


58



2-17-2





32


1842

Ball.

24B.

578







Advierta el impresor lo siguiente que importa. Lo primero que algunos principios de capitulos, y paragraphos quando poco distintos, y confusos entre los renglones no se le pasen.


Lo segundo a que estas abreviaturas X. por iuxta. X. por Christus, Ira. por littera I. por infra. S. por supra. Sma. por sententia. dñus. por dominus. g. por ergo. D. por contra. poa. por potentia. tt. por titulus. hie. por habet. sm. por secundum. ss. por sacra scriptura. al. por animal.

Lo tercero que en el segundo libro en el tratado de los hebreos se escriuan los que van a las margenes conforme a la orden de las letras de donde comienzan en el mismo tratado. y no en las margenes.

Lo quarto que en el mismo segundo libro en el tratado de genealogias se escriuan los nombres que van borrados pero legibles incluidos en esta señal †

Lo quinto que tambien en el tratado de phrassibus se escriuan unos renglones borrados que en ellas van pero legibles.

Lo sexto que en el libro quarto las palabras que son del texto de la biblia se escriuan con letras mayusculas. y finalmente las margenes se roten. para que conforme a las



344

Libro de...

Señales que llenan, se escriuan conti-  
nuadas con la obra. Las que claramente  
no constare, auerse de escribir en la mis-  
ma margen.



*[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint handwritten signature or scribble.]*

Pintase en el principio deste  
libro. un libro cerrado, que des  
pida llamas. y la letra entor  
no. // misse ignem in ossibus  
meis, et eruduit me. thren. 1

Handwritten text in a cursive script, likely a list or index, with several lines of text. The text is written in dark ink on aged, yellowish paper. The lines are somewhat faded and difficult to read due to the cursive style and the age of the document. The text appears to be organized into a list or index, possibly containing names or titles.

# METHODVS I

Isagogica seu isagogemetodica & collectanea in facram Paginam exuarijs quibusque auctoribus concinata, & inquatur libros diuisa  
Per doctorem Christophorum Guillen de Paz Augustobricensem, collegam quondam Vallisoletanum sanctae Crucis nunc autem a sacris concionibus Magistralem Canonicum in alma ecclesia etiam Augustobricensi alias  
Ciuitaten  
si

# METODVS I

la gogica seu itagogica methodica &  
collestantes in facram Regiam ex  
partis p[ri]ncipis p[ri]ncipales con-  
stituta & imp[er]ator liberos diuites  
Per doctorum Christophorum  
Guillelmi de Saxa Augustinob[er]gensem  
collegium quondam Scholasticum  
in hunc finem Curia nunc autem  
a facris concionibus in Augustina  
seu Cantuarum in alia ecclesia  
etiam Augustinob[er]gensi alias

Christiani

fi







Præfatio oratoria auctoris  
ad Christum dominum

5

Cum totis viribus regius vates (ut paraly  
pomenon alta commemorant) preparatas  
impensas et collecta a principibus donaria  
templi a Sabrone filio construendo deo  
patri tuo (omnium pater) offerre, humili  
deprecatione in hæc verba prorupit. tua  
sine omnia; et quæ de manu tua accepimus  
dedimus tibi. Unde et ego in simplicitate cor  
dis mei letus obtuli universa hæc, et merito  
quæ ad locum unde exeunt flumina referet.  
tione ut iterum fluant. quapropter et ego  
Somnuculus exigui temporis et minor ad  
intelligentiam iudicij et legum. tibi o Chris  
te splendor patris, quæ collegi et totis viribus  
in ecclesia tua obsequium preparavi supplicij  
oratione decerni dicenda. ut dicentur opera  
mea Regi, et quæ sunt dei reddant deo. cuius  
enim nisi tui imago hæc est et libri superser  
iptus? a quo in quo et ad quem tota scriptu  
ra sacra incipit, versatur et ut in scripturis  
recta conspiciatur? Cum ergo appetitum nostrum  
teste Dionisio circulo peragatur equum ma  
ximè, et rationi consonum est, ut labor iste  
qualis qualis fuerit, qui ab amore tui sumptus  
exordium, tibi non alteri offeratur, et in te ip  
sum terminetur; ac proinde parvulum hæc, et  
seruiderne munusculum respice protulisti et  
ac

1. parat. 29.

eccles. 1.



# Auctor pio lectori,

6

Huius operi Humanissime lectori, metu dji  
no men indidimus, qz compendiaria via est  
quod primo aspectu facile deprehendes, isago  
ges, qz ad sacra pagina notitiam introducit  
quod si legeris intellectu conspicies, et collecta  
nea, qz ex varijs auctoribus concinatum, adeo  
ut doctrina hęc mea, mea non sit (nec de mi  
noris estimanda) erit autem tua, si librum  
merite revolvens memoria lecta mandaveris  
nec furti coargui poteris non enim ides pecu  
nia tua, tua non erit, qz ab alio acquisita  
et a te ipsius nomine sit possessa, nec librum  
me composuisse negabis, qz ab alijs dicta con  
tulerim, alias nec faber domum, nec sacer  
pollium fecisse dicere, quos constat materiam  
minime confecisse, in quo non quidqz mili  
auctoritatis assumo (ut cum Vegecio loquar)  
sed ea quę dispersa sunt velut in ordinem, et  
abbreviationem conscribo pauperulam Ruth  
vinitatis, quę sequens meorum vestigia in agro  
Booz remanentes spicas pro inopia sublevanda  
colligebat, patrum nimirum, et doctorum, qui  
in agro spiritus sancti (sacra videlicet scriptura)  
compressam segetem, et manipulos congregantes  
etiam nobis de industria proiecerunt ut sine ru  
bore colligamus, opere precium igitur me facturum  
existimaui, non tam meo, qz doctissimorum consi  
sis,

vegee. de re  
mel. lib. 3. c. 8.

Ruth. 2

Aliter quoque videtur

Si fructus, si qua paulatim in propria com-  
da colligaram, in aliorum etiam utilitatem  
elaborata in succum ederem, et probo mandarem  
quo fructu nescio, ut si profuerit animo fe-  
cisse me certo sciam. nam neque qui plantat  
neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus  
facit ipse ut tibi prosit. cuius amore precor  
ut eum pro me exorare velis. Vale.

*[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

## Responsiones ad obiecta

17

Aligua repetita? R. fateor sed et diuus Thomas in partibus id sepe consuevit facere, ut sibi ipse dicta congruentius figerent, et memoria tenacius imprimantur. Deinde quia repetitis additur, uel aliter disponuntur: neque ob id exerescet uolumen ultra duas decim paginas. et in sacra scriptura plurimae sunt repetita inuenies ut in libris Regum, et Paralipomenon; in libris esdrae, et Machabaeorum. quin et sanctus Hieronimus epist. 13 de quadraginta duabus mansionibus per desertum, eadem (aut) mihi dicere non est pigrum, legentibus autem necessarium.

Plurima de uerbo ad uerbum ex alijs auctoribus desumpta? R. quid mirum si opus est collectationem: et ad id tendimus, ut et sensus et uerba inueniamus, ab his a quibus doctrinam accipimus; praecipue quia si legas Augustinum, et Bedam: Petrum Damianum et diuum Chrysostomum alterum ab altero integras similitudines et conuersiones inuenies desumpsisse. nec esset admodum difficile ea, quae plurimi sibi <sup>sibi.</sup> propria, et ex se uendicant a quibus de uerbo ad uerbum deprompserint ostentare, cauda et auriculis amputatis ut uagi Egyptij nostri temporis ad uendenda iumenta quae alibi defurati sunt facere consuescunt. ea sepe proprijs dominis uenditantes.

Multae res quae in una parte diuine uerba alibi dictis inter se non consonant? R. ita sane ut letter

quod

quod uarij senserint contemplantur. et pro captu in-  
genij eligat. neq; enim in huius opere tam delectum  
omnes: q; eligenda proponimus. nam neq; sardus  
Hieronymus, cui maxima tribuit et debetur  
auctoritas semper assertive locutus est, immo  
de eadem re multas sententias <sup>pro</sup>ponere solet. Licet  
eas non amplectatur: ut lector eligat quod patet  
in multis quae refert ad gabatas et ephessos ex ori-  
gine et alijs. nec dum quae imperitiam nostram  
ingenuae, et libentissime confitemur.

Multa se inuicem insequuntur in tertio libro  
praecipue, quae nullam in se habent cohaerentiam  
adeo sunt incohaerentia et soluta? R. ides dicit  
miscellaneum, et si sibi non haerent adaptabunt  
tamen singula suis locis, cum explicanda occur-  
rerint: nec minus varietas delectare solet.

Scripta sunt multa in commentarijs quartilibri  
de textu biblico? R. non inconsulto nam sic  
totus biblicus textus excusaretur, quam aliam necesse  
esset semper per manus habere. et haec facillimè  
me intelligunt: etiam a parum in biblia uerita-  
tis.

Hebraeae et graecae non paucae fuerant conscribenda?  
R. haud dubium, sed tamen non necessarium  
tamen laboriosum esset admodum et difficile, cum  
in his a typographis non mediocriter erraret. neq;  
enim

8

enim linguarum notitia, quae huic muneri opus //  
esse, esse mihi ab aliis mutanda.

forte omissa multa, et dicta non pauca, quae //  
alijs omittere uidebunt? R. tale est hominum  
ingenuum, ut quae huic sapida, illi insipida uide  
ant. doctiores addant et corrigant. sane pericu  
lo a me saepius factis in publicis lectionibus dis  
putationibus, et concionibus, hec sic multis adiu  
mento fuerunt, ut astantium applausu, questui  
fuerint, et honori. |


quaeque autem dixeris correctioni sanctae //  
matris ecclesiae subiecta esse uolo ut si uel  
transuersum deuiauerint unquam per uindic  
tas Sabeanae.

Handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript. The text is arranged in several lines, with some lines appearing to be part of a list or a series of entries. The ink is dark and the paper shows signs of age and wear.



*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

*[Faint, illegible handwriting in the right margin]*



Liber Primus de diuisione  
et correspondentia sacro-  
rum Voluminum

cap. 1

Inuitatio ad sacram scripturam

§. 1

ex Petro aureo  
So in cōmentarijs  
ad sacram  
Paginam

Venite ascendamus ad montem domini  
et ad domum dei Jacob. et docebit nos vias  
suas. isay. 2. cap. et micha. 4. ~  
gregor. 23. moralium exponens illud Job. c.  
23. Semel locutus est deus. et id ipsum secon-  
do non repetit. de scriptura <sup>sta</sup> pronunciat pro-  
loquitur. et differit in hec verba. deus singulis  
nummibus non responder. quod tale constituit  
eloquium. per quod a cunctorum questionibus  
satisfacit. in scriptura quidem eius eloquium  
nobis omnibus. in es quod specialiter patimur  
Responder; ubi q. uita precedentium sic forma  
sequentium. atq. in his que per scripturam sa-  
cram

eram ad patres nostros protulit nos erudire uera  
uit. unde cogitationibus. uel tentationibus singulorum  
non iam passim per prophetarum uoces. aut singulorum  
rum officia satis facere. quod quid quid potest euenire et in  
quibus in sacra scriptura communiter comprehendit.  
ex quibus uerbis colligitur quod scriptura diuina sit illud  
tabernaculum. ac quod illud sacrum propitiatorium. unde  
de domino loquebatur ad moysen et filiis israel  
respondebat. sicut scribitur in figura exod. 25. supra  
propitiatorium de medio cherubin precipiam. et lo  
quatur ad te. ) qui circa seraphicum ausulta  
tor concen tuum dominice gloria sedentes super excel  
sum solium contemplantur Isaias propheta, qui non  
tam prophetam secundum Hieronimum quam euange  
licum texuisse uidetur, in cuius tempore retro redijt  
sol. et qui addidit regi uitam, qui spiritum agnum pro  
uidit ultima; et suggerens in syon consolatus est in  
exeruum, qui ostendit futura et prae dixit abscondita an  
tequam euenirent, iuxta quod. eccl. 48. Sapiens uisites  
tunc de ipso. Hic utique eximius prophetarum, ubi scrip  
turam noui ac ueteris testamenti, pro tempore reue  
late ueritatis et gratia contemplantur secundo cap. lib.  
sui. ubi eandem aspiciat quasi dei oraculum. quasi de  
num super uerticem montium collatam. et ait  
erit in nouissimis diebus preparatus mons domus  
domini super uerticem montium; et fluent ad eum  
omnes gentes; ac si aperte diceret quod scriptura sacra  
talem habet proportionem ad uniuersam humanam  
sapientiam. qualis est comparatio montium  
ad infra uerticem. Et omnem aliam planam  
terram ~

§. 2

Sunt

Sunt nempe sacre literę quasi mons ille protectiuus vi-  
goris, de quo ad Iosb Angelus protestatur gen. 19.  
dicens: non stes in omni circa regione, sed in mō-  
te saluum te fac. quasi mons ille incentiuus ardo-  
ris super quo Moyses et vniuersus populus Is-  
rael admiratur, exod. 19. vbi scribitur quod totus  
mons Sinai fumigabat eo quod descendisset do-  
minus super eum <sup>in</sup> igne: quasi mons ille rigatis  
sumoris, de quo Dauid cum iubilo gloriatur in  
psalmo, dicens, ecce quam bonū et quam iocun-  
dum habitare fratres in vnum, sequitur, ros  
Hermon qui descendit in montem Syon. quasi  
mons ille diffusiuus odoris, ad quem se itura spon-  
sa domini attestatur cantic. 4. Vadam ad mōte  
myris et ad collem thuris. quasi mons ille al-  
lectiuus candoris, qui dicitur Libanus de quo pro-  
pheta vaticinio predicatur Esaię. 35. gloria liba-  
ni data est ei, decor carmeli et Saron. Ni-  
mirum diuina sapientia mons est protectiuus,  
incentiuus, rotratiuus, flagrantiuus, allectiuus.  
Protectiuus, propter contubernium dei maiestatis  
quod in ea conspicitur. Incentiuus, propter cō-  
flatorium Christi charitatis, quod in ea attendit.  
Roratiuus, propter promptuarium celi voluptatis  
quod in ea ebibitur. Flagrantiuus, propter magis-  
terium verę sanctitatis quod in ea disseritur. Mons  
est allectiuus et candens, propter priuilegium  
purę veritatis quod in ea reperitur. O studiosa  
anima que scripturarum sacrarum ebriaris dul-  
cedine, que ipsius epularis delitijs, que illius  
irriguis oblectaris. nonne videtur tibi scriptura  
quedam mons protectiuus cum conspicis in ea

14  
sacra scriptura  
est mons mul-  
tplex.

contubernium dei maiestatis? candor est quippe  
lucis eternę et speculum sine macula maiestatis  
Dei. generositatem q̄ illius glorificat contuberniū  
habens Dei, sed et dominus omnium dilexit eam,  
sap. 3. Ergo ita ut ipsa sit mons in quo  
beneplacitum est deo habitare in eo. etenim do-  
minus habitabit in finem, in psalm. Annon tibi  
videtur quidam mons Incentiuus dum inspicis  
in ea conflatorium Scribi charitatis et libanū  
amoris dei? fruis quidem precepti totius scripturę  
diuine charitas est. i. ad Thimot. 1. quam charitate  
et sponsa senserat dum canebat: introduxit me  
in cellam vinariam inebriantem et estuante  
scripturam, ordinavit in me charitatem. canti-  
cor. 1. Hanc etiam Isaias didicerat dum clama-  
bat, dicit dominus cuius ignis in monte Sion,  
in <sup>id est</sup> scriptura sacra, et caminus eius in Hierusa-  
lem Isai. 31. Annon tibi videtur quidam mons  
roratiuus dum reperis in ea promptuariū cęsi  
voluptatis? nonne tibi videtur iam Soc in terris  
regni cęlestis habitaculum et illos fudus in terra  
cargere quorū radices in celo fixę sunt? Hieroni-  
mę ad Paulinum, iudicia quidem domini iustifi-  
cata in semetipsa et dulciora super mel et fa-  
vum, propter quod studentibus eum deuotione  
et diligentia circa eam per diuē ~~circa eam~~ per  
Prophetam, inebriabuntur ab vberitate domus  
tuę, et torrente voluptatis tuę potabis eos, ut sic  
libri sacri canonis sint illi montes mirę dulcedinis  
de quibus scribit Joel in illa die stillabunt montes  
dulcedinem et colles fluent lacte, et super omnes  
rivos Buda ibunt aquę, fons de domo domini

egre

egredietur et irrigabit torrentem, Joel. 3. An  
 non tibi videtur Scriptura sacra quidam mons fla-  
 grantius et valde odoriferus dum reperis in ea  
 magisterium verę sanctitatis? vera quidem san-  
 ctitas, vera virtus, et eius magisterium non re-  
 peritur alibi secundum Augustinum sup Joane  
 nisi in illa que est cella aromatum et odorame-  
 torum et optimi unguenti. Isai. cap. 32. in cuius  
 montibus, fugat dilectus et insabit ac requies-  
 cit dominus Iesus Christus cum odorifera vita  
 sua sicut decantat sponsa fuge dilecti mi assi-  
 milare capree hinnulo q certior super montes aro-  
 matum canticorum. d. Nonne demum tibi vide-  
 tur scriptura sacra mons candens sumeque alle-  
 uis dum respicis in ea privilegium pure veritatis  
 in nulla manę scientia humanitus inventa potest  
 sincera veritas reperiri. Porro hoc est de qua  
 dictum est Danieli, et nunc annuntiabo tibi quod  
 expressum est in scriptura veritatis Daniel. 10.  
 Suiusmodi scriptura veritatum splendoribus, dul-  
 tam fecit sapientiam suius mundi, prudentiumque  
 reprobaui prudentiam, ac philosophorum insipien-  
 tium arrogantiam confutavit. Sicut scriptum est,  
 illuminans tumirabiliter, amontibus spernis  
 tur batisunt omnes insipientes corde. de cla-  
 ratum est itaq; ex deuersu predicto quod scriptu-  
 ra sacra uere sit et proprie montuosa ita ut de  
 ipsa predictum fuerit per figuram deuter. 11.  
 terra ad quam ingredieris possidendam montu-  
 osa est de celo expectans pluuias, quas dominus  
 deus tuus semper immissit et oculi eius in  
 ea sunt, Sic est mons ille de quo inquiritur

per

per Prophetam, quis ascendet in montem domi-  
ni? aut quis stabit in loco sancto eius? Et sic  
est mons ad cuius ascensum inq̄resum, et cons-  
ensum Isaias propheta in uerbis propositis  
inducit ~~ad montem~~ et hortatur dicens Venite  
ascendamus ad montem domini et ad domum  
Dei etc. in quo quidem verbo animarum docilium  
excitatur intelligentia scripturarum celestium per  
dicatur preminentia doctrinarum salubrium pro  
mulgatur exuberantia. animarum dico docilium  
excitatur intelligentia ex modo conhortatus, Ve-  
nite ascendamus. scripturarum vero celestium  
predicatur penitentia ex tropo figuratiuo.  
ad montem domini et ad domum Dei Iacob.  
doctrinarum quoque salubrium et gratiarum sublimi-  
um pro mulgatur exuberantia sub verbo ex-  
pellatus et docebit nos vias suas. igitur  
in his verbis respectu sacre doctrine aliquid  
indicitur, aliquid obijcitur, aliquid promittit?  
amplexus indicitur studiosae actionis Venite  
ascendamus. excessus obijcitur generosae con-  
ditionis, ad montem domini et ad domum Dei  
Iacob. influxus promittitur luminoso diffusio-  
nis. et docebit nos vias suas. de quo influxu  
promissum est per Prophetam Ezechielem, Ezechiel.  
34. in pasuis uberimur pascam eos in mo-  
tibus Israel, ibi, requiescent in herbis uirenti-  
bus, et pluuie benedictionis erunt.

cap. 2

Commendatio sacre scripturae in speciali 2 d. 1

Ne



Venite ascendamus ad montem domini et ubi quis  
 magnus ille Pauli discipulus Apostolorum contempora-  
 neus, dei nosq[ue] consilis Dionysius Areopagita in  
 epistola sua. 9. quam scribit Titos Hierarche interro-  
 ganti quæ sit sapientie domus et quis cibus et potus?  
 Descriptura sacra sic dicit: edificans inquit sapientia  
 sibi domum: duplex alimentum proponit. vnu quide[m]  
 forte et manens, aliud humidum et profusum. Et  
 in cratere donat prouisiones ipsius bonitates: forte qui-  
 dem alimentum fore arbitror intellectualis perfectionis,  
 et manentis identitatis cognitionem: secundum quam  
 diuina participantur ab illis intellectualibus instrumē-  
 tis, quibus diuinitus Paulus ex sapientia accipi-  
 ens vere forte tradidit alimentum. Humidū vero  
 et diffusum per varia et multa et diuisibilia  
 ad non tremulam dei cognitionem nutritos, manu  
 docere, propter quod ros, aque, lacte, vino, et melli  
 assimilantur diuina et intelligibilia. ros quidem  
 et aque propter virtutem vite generatiuam. lacte uero  
 propter vim augmentatiuam. vino uero propter vim  
 reuiuificatiuam. Propter mundificatiuam autem simul  
 et seruatiuam melli. Hæc quidem diuina sapientia  
 donat accedentibus copiose ad ipsam, in deficiente[m]  
 alimentor[um] affluentiam largiens et super emanans.  
 in symbolica ergo theologia inuenies cum sapientie  
 domo columnas septem discretas, et forte alimen-  
 tum in sacramento et pane diuisum, et rursum  
 que ab ebrietate dei et crapula. hæc Dionysius de  
 domo sacre scripturæ loquens. quam quidem domum  
 diuine sapientie diuinus, ubi ros, aqua, vinum, mel,  
 et lac, et cratere toruatiq[ue] ministratur: ubi acubi-  
 tus, somnus et crapula reperitur. ros quidem de  
 gustatio scilicet omnium diuinorum sicut scriptum est.

Sacra scriptura  
 est alimentum  
 et domus.

de

deutero. 32. concresecat ut pluuia doctrina mea, fluat  
ut ros eloquium meum. aqua, emundatio scilicet et abs-  
terisio omnium vitiorum sicut dicitur Ezechiel. 34.  
effundam super vos aquam mundam, et mundabimini  
et alibi, aqua sapientie salutaris potabit illos ecclie.  
15. Vinum calefactio scilicet et inebriatio animorum in  
amore diuino, sicut suauis est prouer. 9. bibite vi-  
num quod miseri vobis. et Isais. 55. emite absque  
argento, et absque ulla commutatione vinum et lac.  
Laceruditio scilicet omnium paruulorum, sicut scriptum est  
1. Petri. 2. quasi modo geniti infantes lac concupis-  
cite. et Apostolus dicit. tanquam paruuli in Chris-  
to lac vobis potum dedi, non escam. mel informa-  
tio scilicet omnium perfectorum sicut Dauid testatur, qua  
dulcia faucibus meis eloquia tua super melosum meo,  
accubitus recreatio scilicet omnium actiuorum de quibus  
dicitur luc. 12. quia faciet eos dominus discubere  
in scriptura sacra, et transiens ministrabit illis.  
Somnus, obdormitio scilicet ~~hominum~~ deusorum et con-  
templatiuorum, de quibus dicit psalmista, cum dede-  
rit dilectis suis somnum in scripturis suis sanctis  
ecce hereditas domini filij merces fructuuentis.  
crapula, impinguatio scilicet omnium mentium que  
sabet fieri virtute sacre scripture cantico. 5.  
comedite amici bibite et inebriamini carissimij.  
Hanc utiq; sapientiam in qua ut in domo mixifi-  
ca que predicta sunt diuinitus ministrantur,  
contemplatus Isaias propheta ad ipsius consensum  
et ascensum sub verbis propositis nos inuitat cum  
ait Venite ascendamus ad montem domini et  
ad domum dei iacob. In quo verbo animarum  
dormilium excitatur intelligentia ex modo exhor-  
tatio quo dicitur Venite ascendamus. scrip-

Sominu

curarum celestium praeclari preeminencia sub no-  
figuratiuo cum additur, ad monem domini. Et  
ad domum dei Jacob. doctrinarum salubrium  
et gratiarum ~~sublimium~~ promulgatur exuberantia  
sub uerbo expectatiuo sub quo concluditur et doce-  
bit nos vias suas.

§. 2

Primum igitur excitatur intelligentia docilium ani-  
marum cum dicitur, Venite ascendamus, ascendamus  
itaque ~~atque ascendamus~~, quia ascensione opus est intel-  
ligentia scripturarum sicut ait sanctus Propeta de  
theologo studioso quod ascensiones in corde suo  
disposuit in ualle lacrymarum <sup>et</sup> reprimenda  
subnectit, quod benedictionem dabit legislator, vi-  
debitur Deus deorum in Sion, in sua sacra doctri-  
na, Venite igitur et ascendamus a sensibilibus  
ad intellectualia, a corporalibus ad spiritualia, quia  
nobis consulitur ad aeterna, a mutationibus ad  
immobilia. Esay. 1. quis est in uobis de uniuers-  
so populo eius ascendat in Hierusalem et sit domi-  
nus deus cum eo. Videmus sensibiliter de nume-  
ro ascendentium. quaedam ascendunt cum uolatu  
ut aues, quaedam ex afflatu et impulsu uenti ut  
nubes, quaedam ascendunt cum conatu ut homines,  
quaedam ascendunt cum ornatu ut oves, et pasuales  
greges sicut habetur in canticis, venite ergo theo-  
logi studiosi et ascendamus istis quatuor modis.  
ascendamus utique cum uolatu meditationis perspi-  
cuae sicut aues, ex afflatu inspirationis intransiens  
sicut nubes, cum conatu supplicationis mellifluae  
et orationis assiduae sicut homines, cum ornatu  
conuersationis perspicuae sicut oves, ascendamus  
primo cum uolatu perspicuae meditationis ut aues  
quia scriptum est, in lege eius meditabitur die  
ac nocte qui uult in ea proficere. In sanctis

multiplex est  
ascensus ad no-  
stram sacre ser-  
ipturae.

quidem

quidem literis profunda est intelligentia requirenda  
vbi per vocem ad intellectum, per intellectum ad rem,  
per rem ad rationem, per rationem peruenitur ad  
veritatem. quod cum quidam minus docti et super-  
bi non capiunt: ad Philosophorum doctrinas se rari-  
ferunt, in sacris literis nichil autumantes subtile  
aut meditatione dignum. Hugo dydascalicon parte  
5. ~~contra~~ de studio theologo cum vobis statu medita-  
tionis perspicue ascendite. scribitur in psal. ascen-  
dit super cherubin et volauit, volauit super pennas  
uentorum. quemadmodum et in alio loco dicit: quis  
dabit michi pennas sicut columbe et volabo et  
requiescam? Ascendamus secundo ex afflatu intra-  
neque reuelationis vt nubes. lex enim spiritalis est  
et reuelatione indiget ut intelligatur, ac reuelata  
facie in ipsa gloria dei contempletur. reuela inquit  
oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua,  
ait Hieronimus in epistola ad Lau. vnde et Danieli  
per noctem visio reuelata est: daniel. 1. studio  
ergo ascendenti ex afflatu reuelationis diuine di-  
uigitur illud psalmi. ponis nubem ascensum tuum  
qui ambulat super pennas uentorum, super pennas  
sacrarum inspirationum. et 3. reg. 18. dicit  
quod nubecula parua quasi verbigium somitris  
ascendebat de mari. Tertio ascendamus cum  
conatu assiduo deprecationis et iugis orationis  
sicut ascendunt homines. non solum enim admo-  
nendi sunt homines venerabilium literarum vt in  
scripturis sanctis, genera locutionis sciunt et quo-  
tiens apud eas aliquid dici solet diligenter aduer-  
tant, memoriterque retineant. Verum etiam (quod  
est precipuum et maxime necessarium) orant vt  
intelligant. ~~In eis quidem literis quasi studiosi~~

15

suasurum, quoniam Dominus dat sapientiam a  
quo ipsum stultum (si pietate perditum est) accipiant.  
August. 3. de doctrina christiana cap. 39. Unde  
Abbas Theodorus, ut refert Cassianus in collectio-  
nibus Patrum. non aliter questionem difficilem et  
longo tempore ignoratam agnouit, donec septem die-  
bus et noctibus infatigabilis perseverans, peruenit  
in oratione permansit. quocirca studiosus theodorus  
bene per Ionatham figuratur de quo scriptum est  
1. reg. 14. quod ascendit Ionathas reptans mani-  
bus et pedibus et armiger eius port eum. reptans  
enim pedibus et manibus est conatus mentis totalis  
quo per sacram orationem ascenditur in deum.  
Cum igitur voluntas ascendit sacris orationibus  
circa intelligentiam scripturarum eius armiger intel-  
lectus ascendit. Hec est enim virgula aromatica, vir-  
tute cuius ascendit anima ad scripturas. cantic. 3.  
quae est ista quae ascendit per desertum, per immensam  
syluam, et per latibula scripturarum sicut virgula  
fumi ex aromatibus myrrhae et thuris, et uniuersi  
pulueris pigmentarum. Ascendamus quarto cum or-  
natu conuersationis conspicuus, sicut oves et pasua-  
les greges. non enim proprius auditor huius scien-  
tiae scire est sectator passionum. nam qui didice-  
rit et sic fecerit, sic magnus vocabitur. qui uero  
didicerit et non fecerit, minimus vocabitur in reg-  
no caelorum. Propter quod ait Iacobus. 1. cap. canonicus  
sue: esote factores uerbi et non auditores tantum  
fallentes uos metipsos, quia si quis auditor est uerbi  
et non factus hic comparabitur uiro consideranti  
vultum natiuitatis suae in speculo; considerauit  
enim se et abiit, et statim oblitus est qualis  
fuerit. Et recte hoc dicit, quoniam scriptura

diuina

Diuina est quoddam speculum et quoddam lauacrum  
ad animæ lotionem, absterisionem, et ornamentū, or-  
dinatum, sicut scriptum est cant. 4. capilli tui sicut  
greges caprarum quæ ascenderunt de monte Galaad.  
dentes tui sicut greges tonsarum quæ ascendunt de lau-  
acris, omnes gemellis fetibus et sterilibus non est in eis.  
ut referantur capilli ad affectiones sanctas, dentes  
ad colloctiones mundas, fetus ad operationes uirtu-  
osas, quibus debent ornari qui ascendunt de lau-  
acris sancto scripturarum, et de monte galaad de acris  
sibi testimonij. nam de scriptura dictum est, testimonia  
tua credibilia facta sunt nimis. sic igitur patet qua-  
liter in hoc verbo animarum docilium intelligentia ex-  
citatur cum dicitur venite ascendamus quod orat  
prius declarandum.

§. 3

quare sacrascrip-  
tura assimilatur  
monti.

Secundo uero scripturarum celestium magnifi-  
centia et excellentia predicatur sub tropo figu-  
ratiuo, cum comparatur monti et domui. ad  
montem (inquit) domini et ad domum Dei-  
Jacob. monti quidem comparatur pro eo quod in  
ipso respectu uniuersæ terræ reperitur. celsitudo,  
qua exsuperat, et uenustas, replet et occupat.  
Plenitudo, qua exuberat, Pulchritudo qua irra-  
diat. magnitudo qua accumulatur. consimiliter  
Diuina Scriptura, quasi mons omnem sensum  
exsuperat in sensu anagogico. matthe. 17.  
Duxit eos in montem excelsum seorsum et trans-  
figuratus est coram eis. quasi mons omne bonum  
exuberat, et omnem fructum et riuum pullulat  
in intellectu tropologico, ubi de moribus agit psal.  
103. super montes stabunt aque. sequitur. Irri-  
gans montes de superioribus suis de fructu ope-  
rum tuorum satiabitur terra. quasi mons omne

centum

16

centrum irradiat et occultum declarat in intel-  
lectu allegorico, ubi agit de Christo, per quem  
omnes umbræ et figure legis irradiantur, quia  
lex per Moysen data est gratia et veritas per  
Iesum Christum facta est. cui et dirigitur illud  
propheticum *Isaiah. 4.* scriptum. quis tu mons  
magne coram *Zorobabel* in planum? et redu-  
cet lapidem primarium et exequabit gratiam  
gratiæ eius. quasimons omne donum accumu-  
lat et aggregat in intellectu literalj. et in sen-  
su *Historico* superficialj. et plano. omnia enim  
quæcumq; <sup>quis</sup> utiliter alibi didicit, multo abundan-  
tius in scriptura sacra inueniet, et quanto mi-  
nor est aurum, argenti, vestisq; copia quam de  
Egipto *Israeliticus* populus abstulit in compa-  
ratione diuitiarum quas postea *Hierosolima* con-  
sequutus est, maxime sub tempore *Salomonis*  
tanta est scientia collecta de libris gentium:  
si diuinæ scientiæ comparatur ut *Augustinus* ait  
de doctrina christiana cap. 41. ut ipsa sit mons ille  
magnus de quo *Dani. 2.* lapis qui percusserat Sta-  
tuam, qui destruxit omnem inanem prophetiam,  
factus est mons magnus et implicuit vniuersam  
terram. an non vobis videtur scriptura diuina  
monti congrue comparari cum dicitur ascendam  
in montem *Domini*? Nimirum octo montes  
inter alios inuenio nominatos videlicet. Mon-  
tem *Sion*, qui interpretatur specula *Dei*. Mon-  
tem *Bethel*, qui interpretatur domus seu Sabi-  
tulum. Montem *Sina*, qui interpretatur regu-  
la, seu mensura. Montem *Olueti*, qui dicitur  
mons pinguedinis. Montem *Oreb*, qui inter

pre

pretatur mons incendij seu ardoris. Monte in  
libani, qui dicitur mons candoris. Montem ga  
ladd, qui interpretatur aceruus testimonij. Mon  
tem moria, qui dicitur mons visionis. ubi Abra  
ham obicit filium, et edificatum est postea  
templum. De quo dicitur in Proverbio in monte  
Dominus videbit. gen. 22. Et indubitanter  
obtusunt preclarę materię, ad quas omnia redu  
centur, quę tractantur in diuinis scripturis. Scrip  
tura namq; tractat alicubi de miro fastigio beatę  
diuinitatis, et ibi occurrit sicuti mons Sion, et  
ob hoc gloriatur eccle. 24. et sic in Sion firma  
tasum, et in ciuitate sanctificata similiter re  
quiescit. quemadmodum et alibi testatur quod  
factus est in pace locus eius, beatę s; deitatis  
et habitatio eius in Sion, in sacra scriptura.  
tractat ibi de sacro misterio sumptę humanita  
tis, et ibi occurrit sicuti mons Bethel qui inter  
pretatur habitaculum Dei et ibi agitur de Christo  
in quo habitauit plenitudo diuinitatis corpora  
liter secundum Apostolum et cant. 2. similis  
es o dilecte mi capreę hinnulo que uoy super  
montes Bethel. tractat alibi de uano uesti  
gio create uniuersitatis, et tunc occurrit sicuti  
mons Syna, qui interpretatur gloria siue men  
sura. creauit enim Deus omnia in pondere  
numero et mensura secundum sapientem.  
ad galatas. 4. Syna mons est in Arabia et ser  
uit cum filiis suis uniuersa enim creatura  
scriptura deseruit. scriptum est enim quod  
statuit ea in eternum et in seculum seculę  
preceptum posuit et non preteribit. tractat

alicubi



16  
aliubi de summo Stipendio Superne felicitatis, et tunc occurrit sicut mons Oliveti unguis corda studentium Zachar. 14. stabunt pedes Domini super montes Olivary. unde tempore noctium et tribulationum exseundum est et studendum pro consolatione ad loca scripturarum, in quibus agitur de superna felicitate. exemplo illius de quo scriptum est Luc. 11. noctibus exiens morabatur in monte qui vocatur Oliveti. tractat aliubi de dno supplicio future calamitatis, et ibi occurrit sicut mons Oreb qui interpretatur ardor ibi enim timore comburitur, et ardet animas studiosi et ibi potissimo divina scriptura apparet ut mons Dei comminantis Somini peccatori. 3. reg. 10. scribitur de Helio quod comedit panem subincertum et bibit aquam ex vase et ambulavit usq. ad montem Dei Oreb. loca enim scripture in quibus tractatur de dno supplicio future calamitatis maxime nos induunt ad penitentiam sanctam et lamen. tractat aliubi de multis in signis iniurie varietatis preceptis et honestatis et Soci ubi tractat de virtutibus, donis, preceptis, et de eorum oppositis et ibi occurrit sicut mons Libani qui interpretatur candidatio, ibi namque omnis sanctitas lucet, omnisq. munditia et honestas domino contestante: Sancti estis quoniam ego sanctus sum. eccles. 50. quasi plantatis Cedri in monte Libani. cedrus alta Libani celsitudo omnis perfectionis non plan

tatur alibi, non reperitur in alijs scripturis.  
tractat alibi de magno prodigio stupende  
autoritatis vbi videlicet agit de potentis Mo  
ysi, de Prophetarum miraculis, de stupendissi  
mis prodigijs Iesu Christi, ibi occurrit sicut  
mons galaad, qui interpretatur acervus ter  
timonij. ista enim prodigia et miracula  
sunt indulta in testimonium veritatis. genes.  
31. dicitur de Iacob quod extendit taber  
naculum suum in monte galaad. in illis  
quippe locis scriptura sacra multum exhibet  
Dei potentiam, magnificat et extendit.  
Tractat alibi de claris precoribus perfectę au  
ritatis virorum sanctorum quorum exempla mores  
et actus vitamque describit, et ibi occurrit sicut  
mons Moria qui dicitur mons visionis. ad  
exempla enim illorum debemus respicere intueri  
et nos ipsos edificare, quod scriptum est in  
figura. 2. paral. quod cepit Salomon edifica  
re domum Dei in monte Moria. Igitur cum  
omnis veritas que dicitur in scripturis, vel  
spectat ad Syon ad beatam diuinitatem  
vel spectat ad Bethlehem ad supernam huma  
nitatem, vel spectat ad Syon ad extatam v  
niuersitatem, vel spectat ad montem Sion  
ad supernam felicitatem, vel ad montem Oreb  
ad futuram calamitatem, vel ad montem Liba  
ni ad iunctam et impositam bonitatem,  
per precepta diuina, vel ad montem galaad  
ad stupendam autoritatem et potentiam  
Dei facientis miracula, vel montem Moria

ad ostensam sanctitatem et perfectione ius  
 torum recte possumus dicere quod fundamen  
 tum eius in montibus sanctis, montes ergo  
 in circuitu eius sicut sacre scripture et domi  
 nus in circuitu populi sui, populi videlicet  
 Christiani cui ipsam comunicabit. sic igitur  
 patet scripturarum celestium magnificentia sub  
 tropo figuratiuo montis // comparatur autem  
 domui, ad domum (inquit) dei Jacob. Vere  
 namque ipsa est domus Dei picturam, sculptu  
 ram, clausuram, structuram, nimirum Liber  
 sacri canonis omni modo depingitur flori  
 de exornationis. omni tropo condecoratur et  
 clauditur mystice eloquutionis, omni style  
 sculptur et inciditur prophetice indagatio  
 omnimodo constructur et textur provide coap  
 tationis. omni dicomodo depingitur floride ex  
 ornationis qua utitur retoriis secundum  
 Augustinum. 4. de doctrina Christiana cap. 7.  
 ubi concludit post plura exempla. quapropter  
 eloquentes quidem non solum sapientes cano  
 nicos nostros auctores fateamur et tali elo  
 quentia usus esse qualiter personis huius sacra scriptura  
 modis conueniebat. unde ex 4 s. coloribus uere coloribus  
 sue uerborum exornationibus quos ponit Tul seu exornatio  
 lius in 4. Rethor. nulla deficit in scripturis nobis rethoricis  
 diuinis, est enim repetitis ubi dicitur qui ex  
 ponis nubem ascensum tuum qui ambulat  
 super pennas uentorum qui facis Angelos  
 tuos

5.4

comparat sacra  
scriptura domui

tuos spiritus est. Et est conuersio ubi dicitur  
in <sup>in</sup>scientiam dices audeo et ego Hebræi sum  
et ego est. Et est gradatio ubi dicitur in prin  
cipio erat verbum et verbum erat apud  
Deum et Deus erat verbum est. Et est tra  
ditio ubi dicitur Israel secundo legem ius  
titis in legem iustitie non peruenit. Et est  
membrum cum dicitur Ve genti peccatrici po  
pulo graui iniquitate, semini nequam filijs  
scelestis. Et est articulus cum subditur de  
reliquerunt dominum blasphemauerunt san  
ctum Israel ab alienati sunt retrorsum est.  
Et est compar ubi dicitur vobis qui opulen  
ti estis in syon et confiditis in monte samarie.  
Et vniuersaliter non deest vnica ex ~~45~~ 45.  
floritionibus dictionum sicut (nisi tempus de  
ficeret) promptum esset ponere in exemplis,  
Et apparebit in lectione Isaiæ. Similiter et  
20. exornationibus sententiarum seu florida  
tionibus quas Tullius subnectit in eodem quatuor.  
nulla deest in serie scripturarum sicut patet le  
genti ~~quod~~ <sup>enim</sup> ibi est, licentia, distributio, diminu  
tio, frequentatio, expositio, breuitas, demonstratio,  
imago, et confirmatio, et sic de ceteris ut ex  
75. floritionibus, textus sacrati canonis venus  
tissime adornetur, varieg. pingatur. cuius figu  
ra legitur 3. reg. 6. cap. quod fecit Salomo  
in parietibus templi et domus domini esse  
rubin et palmas et varias picturas. Et  
in pavimento vestibuli Assuerij erat ex sma  
ragdo et pario stratum lapide, quod mira  
va

§ 5

varietate pictura decorabat Sester. 1. / <sup>^ d. 5.</sup> Secundo  
 liber sacri canonis quasi domus Dei omni  
 tropo concluditur et obteratur mystice eloquenti  
 nis, qua utitur grammaticus ut docet August. 3.  
 de doctrina christiana cap. 29. dicens. sciant so  
 mines literati omnibus nodis loquutionis quos  
 tropos vocant, auctores nostrorum vsos fuisse, etiam  
 multiplicius et copiosius quam possint credere  
 qui eos nesciunt aut etiam estimare. et subdit  
 quod istorum troporum omnium non solum in diui  
 nis libris exempla sunt, sed etiam quorundam  
 nomina retinentur ut allegoria, parabola, et  
 enigma. unde ex 24. speciebus tropi quas asig  
 nat grammaticus, nulla deest in scripturis di  
 uinis. est enim Somopasia, ubi dicitur, os ius  
 ti meditabitur sapientiam; et ubi dicitur, ve  
 ritatem meditabitur guttur meum. et antro  
 prospator, ubi dicitur, penitet me fuisse somi  
 nem, et ubi ait, dimitte me ut irascatur fu  
 rorem meum. et generaliter reperitur in sacris  
 libris. methonomasia, Anthonomasia, cata  
 crexis, mathalepsis, Hyperbaton, Periphrasis,  
 et Ironia. ita ut per hoc scriptura diuina pluri  
 bus (namque tropis omnibus) obterata appareat  
 et conclusa. In cuius figura legitur 3. reg. cap. 6.  
 quod omnis domus Dei vestiebatur cedro habent  
 te toruaturas. tropus autem idem est quod con  
 uersio, et ideo scriptura diuina plena est tropis  
 toruaturis. Tertio uero liber sacri canonis omni

sacra scriptura  
 utitur tropicis lo  
 cutioibus -

sol

solo dissecitur, scinditur et sculpsitur prophete  
ticę indagacionis. unde Hieronimus in prologo  
super Isaiam dicit. quid loquar de Prophe  
tica, et sicca, et theologia? quid quid valet Su  
mana lingua proferre et mortalium sensus  
accipere isto volumine continetur. et Au  
gustinus. 3. de doctrina christiana docet, quod  
quid quid de locoy situ, denaturisq anima  
lium, lignorum, Serbatum et Lapidum, a  
liorumq omnium in scientijs prophetis seu  
ptum est, hoc totum valet ad soluendum  
sculpendum et incidendum enigmata scrip  
turarum. Unde omnis notitia siue histo  
ria et de factis gentilium siue mechanica,  
siue geometria, siue arismetica, siue poetica,  
seu philosophica inueniuntur in sacra scriptura  
multipliciter sculpsa, sicut Augustinus deducit  
et promptum esset per exempla videre. in eu  
ius figura. 3. reg. cap. 6. de Salomone legitur  
quod omnes parietes templi per circuitum  
culpsit varijs celaturis. sculpsit enim in ea  
cherubin quantum ad scientias ~~propheticas~~  
philosophicas, et palmas quantum ad mathe  
maticas, et celaturas valde eminentes quan  
tum ad ~~scientias~~ <sup>artes</sup> mechanicas. Sine enim regu  
lis <sup>enim</sup> artis mechanicę atq proportionibus male  
pdest intelligi templum Ezechielij, taberna  
culum federis, arca Noe, et Hieroglyphum  
solis quod legitur in Isaiā. quarto liber

Sacra<sup>ti</sup> canonis omnium nodo contextitur et  
 constructur p<sup>ro</sup>uide<sup>re</sup> adaptationis ita ut qui nes  
 cit aut non intelligit illos nodos, nexus et  
 regulas quibus contextitur et sententia coapta  
 tur non possit bene proficere in ea. quos quidem  
 regulos in. 3. de doctrina christiana optime pro  
 sequitur Augustinus in diuersis capitulis ex  
 ponens. 7. regulas Cyrenij et addens ipse  
 alias plures ita ut sit §. 6.

Regule exponen  
 di sacrampagi  
 nam.

Prima regula de capite et de corpore.

Secunda regula de uersatq<sup>ue</sup> permisso corpore.

Tertia regula de toto et parte genere et specie.

Quarta. de legitimis numeris et tempore.

Quinta, de permissis et lege.

Sexta, de recapitulatione et anticipatione.

Septima de diabolo et eius opere.

Octaua de distinctione.

Nona de percussione et statione seu interrogazione

Decima de obseruatione.

Est ergo regula prima quod ubi agit scriptura  
 de domino sepe se transfert ad eius corpus. Se  
 cunda quod ubi agit de corpore christi uero sepe  
 se transfert ad ecclesiam, quod est mysticum cor  
 pus eius, Tertia uero quod ubi agit de permis  
 sis et lege sepe quod dicitur ad literam est  
 ad spiritum transferendum, ut est illud nisi  
 manducaueritis carnem filij hominis et bibe

ritis eius sanguinem non habebitis vitam  
in vobis. unde melius vocatur hęc regula  
secundum eundem Augustinum de spiritu  
et litera. Quarta regula est quia ubi agit  
de genere et de toto ibi sepe referendum sit  
ad speciem et ad partem, ut cum dicitur in  
Ezechi. domus Israel habitavit in terra et  
polluit illam in via sua, hoc non est intelli-  
gendum de toto Israel sed de Israel secun-  
dum carnem. et quod sequitur, dabo vobis  
cor novum et auferam lapideum cor de  
carne.





*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*carne*

2 carne vestra in medio vestri non potest intelligi  
de toto Israel sed de reliquijs, quæ sibi electi nem  
gratis salva facti sunt ut Apostolus dicit. ~||~

quinta regula est q, cum agitur de temporibus et legi  
timis numeris ut ibi per tempus et tempora et dimi  
dium temporis, et alibi beatus qui peruenit usque ad  
dies 1325, et alibi qui habet computet numerum bes  
taq in his omnibus procedendum est a parte ad totum  
iuxta illud dicitur pro anno dedit tibi alibi vero a toto  
ad partem per Synedochem, ut cum dicit saluator si  
cut fuit Jonas tribus diebus et tribus noctibus in ventre  
ceti, sic erit filius hominis in corde terræ. ~||~

sexta Regula est q, frequenter per recapitulationes  
quandocumq, per anticipationem verba scriptura ordi  
nantur. Septima Regula est q, frequenter cum agi  
tur de diabolo tunc trans ferendum est ad eius corpus  
mysticum, quod est ecclesia impiorum, et econverso  
ut est illud quomodo cecidisti lucifer, qui mane ori  
ebaris, ubi agitur de Rege Babylonis, et nihil mi  
nus transferendum est ad diabolum, qui est caput  
omnium superborum. ~

octava Regula quam addit Augustinus potest dici  
distinctio, nam aliquando dictione addita ad clausula  
per

precedentem erit oratio heretica, quae relata ad posterio-  
riorem erit catholica et e converso, ut ibi in principio  
erat Verbum, et Verbum erat apud deum, et deus erat  
Verbum sequit sine distinctionem Arij Verbum hoc erat  
in principio apud deum nolens confiteri deum esse ver-  
bum.

Nona Regula potest vocari per circumlocutio sine interroga-  
tio qua non intellecta frequenter in scriptura errat  
ut cum dicitur, deus est qui iustificat quis est qui conde-  
minat? ad Rom. 8. Si (quod sequitur) Iesus Christus qui  
mortuus est intelligit revelatio et non per circumlocutio  
error erit, nam intelligit Apostolus q. Iesus Christus  
interpellat pro nobis, et non condemnat.

Decima Regula potest appellari observatio, quae cum  
dicitur sine Augustinum an propria sit locutio vel trans-  
lata, in qua maxime erraverunt Manichei scripturam  
quancumque, literalem et proprie intelligendam dicentes  
intelligendam esse spiritualiter, ut Mariam non di-  
cunt esse mulierem sed significare ecclesiam, et sic de  
alijs erroribus multis. Istae igitur decem regulis decem  
figuribus, decem modis scriptura sacra concepta et provide  
coaptatur, ut superbus irrideat, indignis clausa sit, et re-  
sue plana ut vilescat ut dicit Gregorius. lib. mor. 20. c. 1.  
quae est in figuram suavis mira iunctura legit. 3. reg. c. 6.

q, trabes posuit sub montem domini per circuitum  
 et q, texuit domum laquearibus cedrinis. cedrinaqz  
 altitudo designat sublimitatem. quare subtiles con-  
 nexiones sacra doctrina pprie designant per laqueari-  
 a cedrina / ex quo igitur liber sacri canonis sic floride  
 depingitur, sic tropice concludit. sic physice ac philo-  
 sophice incidit ad eius intelligentiam intrat, sic pro-  
 uide concepit ipsa est verissime et ppriissima domus dei  
 quam etiam prophetales spiritus admirat Baruch. 3. ubi  
 ait. o israel qz magna est domus dei, et ingens locus po-  
 sessionis eius, magnus et non habens finem, excelsus  
 et immentus. et ob hoc merito scripturarum celestium  
 magnificentia et preminentia predicat sub tropo figu-  
 rativo, cum dicit ad montem domini et ad domum dei  
 iacob, quod erat secundo locus declarandum

3<sup>o</sup> - ~~3<sup>o</sup> Articulus ubi ponitur genera~~  
 lis divisio Biblię in octo p. principa

les. 5. 1  
 Vltimo doctrinarem sublimem et gratiarum nobili-  
 um ppalat exuberantia sub verbo expectatio (et do-  
 cebit nos vias suas) ubi considerandum est q, scriptura  
 divina potest diuidi in octo partes principales, in octo  
 modos docendi, quos assumit. docet namq, politice et legis  
 latice in prima sui parte. s. in Pentateuco. docet  
 se

Secundo Chronice et Suborice seu enarrative in altera  
sui parte vbi in decem libris. Iosue. Iudicum. Ruth.  
Regum. Paralipomenon. Esdra. Tobia. iudith, Esther.  
Docet ~~ter~~ tertio Symnodice, et quasi poetice et decanta  
tice in altera sui parte. vbi in tribus libris psalmoy  
therencorum, et canticorum. Docet autem quarto  
pphetice et declarative quasi p modum hismeliorum  
sermonum et pzdicationum in alia sui parte videlz  
in sex libris. isaia. Hieremia, Baruch. Ezechiel. da  
niel. et lib. duodecim pphetarum. Docet dialectice et  
disputative in alia parte. sibi in duobus libris Job. et  
ecclesiaste. in utroq; namq; disputative concionative  
et disceptative procedit, docet ~~ter~~ sexto monastice  
seu edice. et consultative in alia sui parte videlz in tri  
bus libris. in pbijs sapientia et ecclesiastes. et sic  
sub his sex modis docendi comprehenduntur omnes libri ve  
teris testamenti. Docet ~~ter~~ septimo testimonialiter  
et affirmative eo modo quo notarij de veritate sunt as  
sueti informare homines, et hoc in prima parte novi  
testamenti. videlz in euangelij. Docet autem octavo  
epistolariter et destinative et hoc in secunda parte novi  
testamenti sibi in quatuor libris. in ~~decem~~ <sup>14</sup> Pauli epist  
lis, et in actibus. quilibet fuit epistola ad Theophilum  
missa, sicut in principio patet. Primum quidem sermo  
nem

1. nem feci de omnibus o Theophile. <sup>igitur</sup> et in lib. septem  
 canonicarum, et in lib. Apocalypsis Iesu Christi. quam  
 vedit deus palam facere servis suis. mittens per angelum  
 suum servus suo Joanni. et statim sequit epistolare ex  
 ordinem cum sua salutatione. Joannes septem ecclesijs  
 qui sunt in Asia gratia vobis et pax ab eo qui est. et  
 qui erat, et qui venturus est etc. et sequit narratio. ego  
 Joannes frater vester et particeps et socius in tribulatione  
 fui in insula que vocat Patmos. et fui in spiritu domi

S. 2 nica die, et audiivi post me vocem magnam etc. / Et au-  
 tem considerandum quod in istis octo partibus occurrit liber /  
 sacri canonis quasi varia domus dei. ut benedicatur in  
 verbo pposito. Venite ascendamus ad montem dei. et ad  
 domum dei Jacob et docebit nos vias suas. Occurrit au-  
 tem ut domus lapidea in parte legislativa ratione gra-  
 vitatis legis cuius pondus et onus vix filij Israel por-  
 runt unqz portare. a quo onere liberauit nos Christus  
 dominus. Quasi domus lignea in parte enarrativa  
 ratione equitatis. nam ibi divina iustitia super obser-  
 vatores et transgressores legis qualiter se habuit enar-  
 rat. Ut domus eburnea in parte decantativa ratione  
 ubi suavitatis, et suavitatis ut patet in psalmis et canticis.  
 Quasi domus nubea in parte declamativa in libris pro-  
 phetarum ratione obscuritatis. tenebrosa enim aqua in  
 nu

Sacra scriptura  
 est quasi varia  
 domus dei.

nubibus, aeris profunda intelligentia in prophetis sm̄s  
gregor, sup ezechielem. Quasi domus aurea in parte cō  
sultatoria in libris sapientialibus ratione honestatis et  
sapientia, quae ibi docetur. Quasi domus bellica in par  
te disceptativa ratione diversitatis, et contraria proba  
bilitatis, sicut patet in Iob, ubi est conflictus varius ra  
tionum. Quasi domus coeli in parte attestativa quattuor  
euangeliorum ratione maiestatis Christi domini quae  
ibi presentialiter exhibetur quasi in coelis. Quasi do  
mus rotunda in parte destinativa epistolarum, et libro  
epistolarum, rigauerunt enim in libris illis Apostoli,  
et fecundauerunt ecclesiam doctrinis suis. Venite  
ergo et ascendamus ad domum domini etc. ascendamus  
inquam ad domum lapideam ad libros legislatiuos et do  
cebimur de vijs timoris, lex enim illa ut lex lapidea lex  
timoris ut scriptum est. domus cum edificaretur de lapidibus  
volatis edificata est. Finalio loco dicit. Venite filij audi  
te me timorem domini docebo uos. Venite secundo et  
ascendamus ad domum dei ligneam, ad libros enarra  
tionis, et docebimur de vijs rigoris, ubi enim manifestae  
dei Iustitiae in punitionibus hominum, qui discesserunt  
ab eo ut pote Saulis Microboam Achab et exaltationis  
aliorum qui placuerunt ei, ut Samuelus, Danielus, Ezech  
Iosue. Unde scriptum est. 3. reg. 6. q. edificauit Salomon  
pa



parietes domus intrinsecus, et operuit lignis cedrinis. et  
 de hac doctrina per viam rigoris habetur in psalms. dis-  
 ciplina tua correxit me in finem, et disciplina tua ipsa  
 me docebit. Ascendamus tertio ad domum eburneam  
 ad libros decantatiuos et docebimur de vijs dulcoris, un-  
 de scriptum est psalms. 44 myrrha et gutta et Cassia  
 a uestimentis tuis a domibus eburneis, ex quibus delec-  
 tauerunt te filiae regum in honore tuo. et de hac doctrina  
 p modum dulcoris scribitur pro vbiuorum 24 comede fili  
 mel qz bonum, et fauam dulcissimum guttuerituo, sic  
 doctrina aringua, et 1 paral. 25. dice qz erudiebant  
 canticum domini cuncti doctores. Ascendamus quarto ad  
 domum dei bellicam ad libros disceptatiuos, et docebimur  
 de vijs uigoris inuestigare, i. cum multo vigore ratione di-  
 uinorum iudiciorum, sicut patet in libro Iob. et haec est  
 domus de qua scriptum est. 2. Reg. 3. qz erat magna con-  
 certatio inter domum dauid, et domum Saulis, domus  
 autem Saulis defuebat quod die, nam inter Iob et ami-  
 cos ipsius fuit longa concertatio donec amici Iob conuic-  
 ti sunt et defecerunt. et similiter in eccles. sequitur lon-  
 ga dicertatio inter stultum et sapientem virum, quoz  
 partes Salomon vicissim mouet, quasi concionator, de hoc  
 autem modo docendi p modum uigoris et bellicum de-  
 cantabat propheta docet manus meas ad pugnum, et digi-  
 tos

tos meos ad bellum ps. 143. Ascendamus quinto ad do-  
mum dei auream ad libros consultationis, et docebitur  
de vijs decoris, scriptum est enim. 3. Reg. c. 6. q. nihil e-  
rat in domo, quod non auro tegeret et de doctrina decen-  
tissima librorum sapientialium ad litteram arg. sap. 1.  
8. q. doctrina est disciplina dei et electrix operum illius  
qua qui docti fuerunt, et in libris sapientialibus eruditi  
fulgebant quasi splendor firmamenti, et quasi stelle in  
perpetuas æthernitates, sicut promittit angelus dan. 42.  
Ascendamus sexto ad domum dei nubeam ad libros decla-  
mationis omnium prophetarum, et docebitur de vijs splē-  
doris scriptum est enim. 2. paraly. 5. q. domus dei imple-  
ta est nube. et. 3. reg. 8. dicit q. nebula impleuit domus  
domini, et non poterant sacerdotes propter nebulam mi-  
nistrare, in libris namq. prophetalibus nebulosis non pa-  
tet de facili intellectus, ut homo possit explicare nisi qd  
splendores aliqui et resurgentes Iesu Christi apparent in  
eis aliquando, sicut radius solaris in nube et per istum  
splendorem docemur in libris prophetalibus, nam aliter  
clausi essent omnino sermones. Joannis. 7. ascendit di-  
liculus in templum et docebat. et Joannis. 8. perrexit  
Iesus in montem oliueti, et diliculus iterum venit in tem-  
plum, et oranis populus venit ad eum, et sedens docebat  
eos. Ascendamus septimo ad domum dei coelicam ad  
libros attestationis quattuor euangeliorum, et ibi doce-  
bitur

binuere de vijs amoris. hęc est enim illa domus sup quam Ia-  
 cob post visionem somnium admirat. gen. 28. dicens uere  
 dominus est in hoc loco. et ego nesciebam. et sequit uerens  
 est sic alia rursus domus dei. et porta coeli. et ides quidocen-  
 tur in hac domo docentur amoroſe à deo. et modo filiali si-  
 cut scriptum est erunt omnes docibiles dei Ioannis 6. et  
 isaï 58. ponam la spem propugnaculata tua. et omnes ter-  
 minos tuos in lapides desiderabiles. uniuersos filios tuos doc-  
 tos a domino. Ascendamus ultimo ad domum dei rōmā-  
 dam ad libros salutationis et epistolares. ubi docebimur  
 de vijs foecundatui. et irrigatiui sumoris sicut scriptum  
 est fons egrediet de domo domini Ioelis. 3. et Zachar. 13.  
 erit fons patens domui dauid. et habitaturibus Hierusa-  
 lem. ex qua domo ouiet illa sapientia. et doctrina que  
 proloquit ecclij. 24. dicens ego sapientia effudi flumina  
 dixi rigabo ortum plantationum. et inebriabo partus  
 mei fructum; qm̄ doctrinā quasi ante lucanum omnib<sup>es</sup>  
 illuminans. Sic igitur in octo scholis et in octo domib<sup>9</sup>  
 supradictis docet nos dominus uias suas. de qua quidem  
 inexplicabili doctrina in istis octo domibus comprehensa  
 et uis inscriuabilibus sapientiq. que in istis libris docet  
 Hieronimus p̄ modum cuiusdam ep̄. legi loquit in pro-  
 gnis sup psalmos et ait. quid sic non inueniatur. quod fa-  
 ciat ad utilitatem. aut edificationem sumam generis con-  
 ditionis

enchiridia sacre  
 scripturę ex sanc-  
 to Hieronimo

detronis, sexus etatis, habet enim hic infans quid laudet  
puer quid laudet, adolevens quid corrigat, iuuenis quid  
sequat, senex quid praestet. hic dicitur foemina pudici-  
am pupilli iuuenienu precatorem. Vidus iudicem, pau-  
peres proletozem advena custodem, hic iuuenient re-  
ges quid audiant, iudices quid timeant, hie tristitia  
solat letum temperat, iratum mitigat, lassum recreat  
diuicem ut se agnoscat increpat, omnib; se suscipien-  
tib; apta medicamenta tribuit, nec peccatorem des-  
puit. sed remedium ei per poenitentiam ingerit, post  
huc deus ostendit simulacra irritant, fides asserit  
pseudia repudiat, in istra ingredie, prohibet iniquitay  
misericordia laudat, crudelitas abdicat, veritas requi-  
rit, mendacium damnat, dolus accusat, praedicator  
poenitentia, pax sequenda promittit. spes certa nutrit  
et (quod his omnib; est excellens) Christi sacram<sup>ta</sup>  
Laudant. Hic Hieronimus. §. 3.

Sancti aduertendum est q, scriptura sacra non po-  
test diuidi per partes subiectiuas aut integrales sui  
subiecti cum deus simplicissimus sit, sicut seientiaq;  
diuidunt s'm regulam philosophi. nec potest diuidi  
per ueritates theologicas artificialiter contra se distri-  
buitas, quoniam quasi in quolibet libro tractat de ueri-  
tatib; istis, ut quilibet sanctorum scriptorum compote-  
rit

rit suam thesologiam quantum spiritui sancto utilis  
 et necessarium visum est. sicut August. ii. de ciuit. c. 2.  
 unde de mysterio trinitatis de incarnatione, de iustitia  
 dei, et alijs perfectionibus in quolibet inuenit. Sicut et  
 etiam que in libris chronicis tractantur narrative in li-  
 bris prophetis ponuntur predictiue, in psalmis decantatiue  
 et in sapientialibus libris conclusiue, nam sapientia-  
 les sententia non sunt nisi quaedam regulae generales  
 collectae ex scripturis, et ex his quae uel bonis uel malis ho-  
 minibus euenerunt, sicut colligi potest ex prologo in  
 1. libro ecclij. cumque libri scripturae non possint di-  
 uidi per se regulam <sup>aut materiam</sup> necesse est quod diuidantur per se modum  
 docendi. induit quidem scriptura omnem modum per-  
 suadendi quod tradit practice, et ideo uideat magis posse  
 artificialiter diuidi per illos octo modos homines practi-  
 ce instruendi de quibus dictum est.

cap. 4  
 Diuisio prima partium scripturae.

Prima quae pars quae politica est quinario libro non nu-  
 mero continet. tractat enim primo de qualitate domi-  
 ni legem iniungentis; secundo de qualitate famulij  
 legem proponentis. 3.º de qualitate cuiuslibet legem con-  
 tinentis. 4.º de qualitate populi legem admittentis. et 5.º  
 de breuitate epilogi legem exponentis. Incipit

genesis

Incapit ergo genesis partem politicam. et tractat de do-  
minis legem iniungente describens eius omnipotentiam  
pro eo q̄ creator fuit omnium a principio quod declarat  
in quinq; capitibus. pro eo q̄ saluator fuit hominum sub  
diluvio quod declarat in alijs quattuor capitulis. pro eo  
q̄ disseminator fuit omnium gentium confuso labio per  
universum mundum, quod declarat in duobus capitibus.  
describens eius amicitiam et benevolentiam ad homines  
præcipue ad patres Israelis spiritualis, quod ostendit ex A-  
bramæ segregatione quantum ad locum, egredere de ter-  
ra tua et de cognatione tua, quantum ad tignum cir-  
cuncisionis quantum ad factum oblationis filij. et hoc  
a capite 12 usq; ad 25. Similiter ex Isaac custodia  
ne quem servavit et custodiunt inter illas nefarias na-  
tiones et hoc a capite 25. usq; ad 29. Similiter de Iacob  
præelectione et multiplicatione a cap. 29. usq; ad 39. et  
simili modo in Ioseph exaltatione a 39. cap. usq; in fi-  
nem. ac si vellet ita arguere liber ille, leges illius domi-  
ni qui est omnipotentissimus, et solus deus benevolus sicut  
ab hominibus observanda, sed ille dominus qui leges huius  
tractatus instituit, et iniunxit est solus deus omnipoten-  
tissimus, et summo generi valde benevolus, et maxime  
patribus sanctis, ergo illius leges sunt ab hominibus ob-  
servanda, ut sicut politice Summanitus ad inuenta inci-  
piunt

puerit a fine actuum <sup>omnium</sup> humanorum. sic ista politica diuinitus  
reuelata incipiat a principio productio terrarum  
a quo tanquam a latere omnium legum et bonitatem et recti-  
tudinem sortiuuntur. §. 2

Tunc accedit exodus quasi liber secundus et tractat de  
famulo legem proponente videlicet de moyse proponente  
et describens qualiter fuit miraculose preseruatus in  
serpente primo cap. et secundo; qualiter fuit maliciose  
effugatus ex egypto numquid uis me interficere sicut  
occulisti hominem egyptium sequitur fugit in terram  
madian et in fine cap. secundi qualiter fuit imperiose  
destinatus a domino c. 3. et 4. qualiter fuerit prodigi-  
ose operatus in plagariis denariis a quarto capitulo usque  
ad .14. qualiter fuit gloriose magnificatus et manifes-  
tatus coram populo a cap. 14. usque ad .19. unde tunc ibi  
quod timuit populus dominum et crediderunt domino et  
moysi seruo eius: ac si uellet arguere sic liber ille famu-  
lo dei credendum est in his que ex parte dei proponit. Moy-  
ses fuit uere famulus dei ut ex illis que perueniunt patere  
potest sicut de tabernaculo uestibus sacerdotum festis  
et preceptis domini et alijs. ergo moysi credendum est le-  
gem hanc proponenti. §. 3

exodus

Leuiticus

Tunc accedit a cap. 19. leuiticus qui totus tractat de  
uicibus legem continentem videlicet de multitudinem legum  
de legibus que regulant homines quantum ad moralia  
a .19

a. 19. cap. usq. ad 22. / De legibus que regularunt homi-  
nes ad iudicialia. a c. 21. usq. ad 24. / de legibus que  
regularunt homines quantum ad obsequia exhibenda deo  
et ubi de legibus tabernaculi; utensilium, et indumentorum,  
usq. in finem exodj.

De legibus sacrificij et offerendorum a principio ipso le-  
uitici usq. ad cap. 3. exclusive. de legibus sacerdotij  
et consecrandorum a cap. 3. usq. ad undecimum. / de  
legibus edicij et abariorum, que animalia sunt munda  
et que immunda a cap. 11. / de legibus puerperij atq. im-  
mundor. de puerperis, leprosis, semifluis, idolatris suf-  
focatis, incestuosis, et morticinijs a cap. 12. usq. ad 23.

de legibus <sup>Phasie</sup> ~~Phasie~~ iubilij et solemniorum a 23. ad 26  
de legibus non volentarij, atq. promissorum, et occasio-  
ne Sicut ponuntur promissiones plurimum bonorum obser-  
vantibus legem a cap. 26. usq. in finem. / §. 4

numery

Sunc accedit liber numerorum, et tractat de populo legē  
admittente describens octo numeros. Primo numerum  
pugnatorum, et eorum collocationem circa tabernaculum  
in castris; et hoc tam leuitarum, q̄ omnium filiorum Isra-  
el, et mandat omnem leprosum eici a castris, et applica-  
ri nazareum usq. ad caput septimum: 2<sup>o</sup> numerum  
oblatoium, et eorum distributionem, quod et quantum  
quilibet princeps obtulit post numerationem cap. 7.  
tertio numerum ministrorum, leuitarum videlicet  
sa



Sacerdotum et eorum deputationem ad diversa officia c.  
 8. usq; ad undecimum tertium // 4<sup>o</sup> numerum explora-  
 torum et eorum deturbationem quia totum populum tur-  
 bauerunt a cap. 13. usq; ad 16. // Quinto numerum pra-  
 eatorum Chore Dathan et Abiron et fornicatorum qui  
 imitati sunt Belphegor cum madianitis iuxta consilium  
 Balam, et eorum interfecionem a cap. 16. usq; ad 26.  
 Sexto numerum gentium de novo in deserto mortuo  
 toto populo antiquo, qui prius fuerat numeratus, et eo-  
 rum destinationem ad bellum a 26 cap. usq; ad 33.

Septimo numerum mansionum, et eorum recolectiones  
 cap. 33. // Ultimo numerum praediorum sex civita-  
 tum confugij et eorum assignationem a 34 capite usq; in  
 finem. ac si vellet arguere liber ille scientia politica si  
 bene tractatur debet populum disponere, et sub certa non  
 ordinare ut pat. 7. politica, sed ista politica est divina et  
 bene tradita, ergo debuit (ut dictum est) populum sub  
 certis numeris ordinare. s. s.

Tunc accedit liber deuteronomij et tractat de epulo  
 go legem exponente, et primo ponit epulo logion utineris  
 et laborum usq; ad quartum caput. // 2<sup>o</sup> epulo logio  
 foederis, et praecceptorum tam judicialium, qm moralium,  
 qm aliorum a cap. 4. usq; ad 27.  
 tertio epulo logion multiplicis muneris et promissionum

deuteronomius

in observantes leges. et multiplex afflictionis atq; ma-  
lorum in transgressores. a cap. 27. usq; ad 33 ubi ponit  
benedictio et maledictio, et innocat coelum et terra  
ut patet in cantico quo concludit, audit e coeliquis lo-  
quor?

quarto ponit epilogum et summam futurorum. a. 33.  
cap. usq; in finem ubi moyses benedicendo filiis israel  
quos fuerat erant cuilibet tribui propheticè cum qua-  
dam brevitate summauit. Ac si sic vellet arguereli-  
ber ille, nullus potest excusari ab observatione legis  
clare exposita et breviter explicata post suam diffusio-  
nem, sic fit in processum, ut declaratum est. igitur  
ab observantia huius legis politica nullus se potest ra-  
tionabiliter excusare. et sic finitur tota pars politi-  
ca et legis latina totius sacra scriptura; cuius ascensus  
arenosus q; sterilis, si intelligat ad literam est tamen  
fructuosus si intelligat de Christo per allegoriam. ecclij  
25. ascensus arenosus in pedibus veterari, hoc est in  
affectibus ludorum, qui in veterati sunt, et obstinati  
in observantia legis, uenit tamen scriptum sit, q; vetera  
transierunt. ad hebreos. B. dicente, nouum ueteraui  
prius, quod autem antiquatur, et seruescit prope interi-  
tione est. Venite ergo theologi et ascendamus ad partem  
legis latinam, non in ascensu arenoso. sed sicut scriptum  
est Hierem. 6. in meridie ascendamus intellectum spi-  
ri

ritualem clarum et meridianum accipientes ~

~ Divisio 2<sup>a</sup>. <sup>cap. 5</sup> partis quae est Historica,   
 <sup>s. 1.</sup> Secunda uero pars quae est Historica et enarratiua sub   
 Librorum denario continet, non enim intendit illa   
 pars nisi unam conclusionem, Sane scilicet, q, deus ad-   
 impleuit circa terram promissionis filijs Israel, quae   
 uel cominatus est, uel promissit.

Promissit namq, respectu terrae promissionis, primo   
 q, eos induceret, dabo (inquit) uobis terram fluentem   
 lac et mel. / 2<sup>o</sup> q, eos defenderet, dominus deus pug-   
 nabit pro uobis, et uos tacebitis. tertio q, oppressos erig-   
 erit et liniret. 4<sup>o</sup> q, eos erigeret in sublimem, faciet   
 dominus excelsiorem cunctis gentibus / 5<sup>o</sup> cominatus   
 est q, eos deiceret si non obseruassent legem. 6<sup>o</sup> co-   
 minatus est q, eos eijceret de terra, et captiuaret. 7<sup>o</sup>   
 promissit q, in captiuitate non desereret eos imo as-   
 sisteret eis. 8<sup>o</sup> promissit q, eos reduceret ad terram   
 promissionis. patent haec omnia. 27. 28. et 29. deute   
 ronomij in parte illa et p<sup>o</sup>tionem.

Incipit ergo Josue partem historicam et enarratiua   
 et intendit unam conclusionem. scilicet deum fuisse   
 respectu filiorum Israel quos ad terram promissionis   
 stupendiam inducitur, quod probat ex Iordanis di-   
 uisione

Libet Josue



30  
quartilibu, et intendit quintam conclusionem scilicet  
deum fuisse ualidum deiectorem populi israelitici, quod  
declarat ex decursu decem et nouem Regum Iuda, et reg-  
no Israel, per omnia enim cum reliquissent dominum  
ruerunt continuo decrescendo. §. 6

quartus liber  
regum.

Tunc accedit finis quarti regum et secundi Paralypom,  
et intendit sextam conclusionem scilicet deum fuisse  
regum eiectorem, et captiuatorem populi sub theglat  
phalasar, Salmanasar, Senacherib, Nabuchodonosor, re-  
gibus Assyriorum et Chaldeorum. §. 7

Tunc accedunt liber esdræ et Nemiæ et intendunt con-  
clusionem septimam uidelicet deum fuisse propicium re-  
ductorem de captiuitate, sub cyro et dario regibus me-  
dorum. §. 8

Liber esdræ

Accedunt tunc quattuor libri et intendunt octauam  
conclusionem scilicet deum fuisse precipuum adiutorem  
et astutem in tempore captiuitatis. astutem enim tho-  
bis sub prima captiuitate, qua fuit Assyriorum. et astu-  
te Iudith et uinuerso populo sub captiuitate secundi  
Nabuchodonosor regis Assyriorum. et astute Nesther  
et toti populo sub captiuitate Medorum. et astute Ma-  
chabæus et uinuerso populo sub captiuitate grecorum. ut  
sine hoc denarius Historialium librorum aperte clame-  
ret deum complere quidquid comminatus fuerat, et promitte-  
rat transgressoribus, et obseruatoribus legis tue, neq; ad  
ali

Thobias, Iudith  
esther. et ma-  
chabæus libij.

alium finem Systemus ordinare, non enim intendit sacra  
spūra Systemas propter illas, sed in ordine ad deum

cap. 6  
↪ Divisio 3.ª partis quæ est Hymnodica.

§. 1.  
tertia pars spūra deus, quæ est Symnodica, et quasi po-  
etica et decantativa sub librorum ternario continet  
est enim sciendum q. cantus poetici diuiduntur in tria ge-  
nera. In carmina quæ sunt cantus lætitiæ, unde  
Boetius in primo de consolatione, carmina qui quoridā  
est. In elega quæ sunt cantus mestitiæ sicut ibidem  
sequitur, et uerus elegi fletibus ora rigant: et in dra-  
mata, quæ sunt cantus amicitia. et in hæc pars decā-  
tativa sacra spūra admodum sacra poetica diuidit in  
librum psalmodiarum, qui continet carmina lætitiæ et dul-  
coris, et in librum threnorum, qui continet elega mi-  
seriæ et doloris: et carmina canticorum, qui continet dra-  
mata gratiæ et amoris.

Libri psalmodiarum

Incipit ergo partem poeticam et decantatiam libri  
psalmodiarum, qui continet carmina lætitiæ et dulcoris, et  
diuidit in Alleluia, in cantica, in orationes, intellec-  
tum, psalmos, et titulum. continet enim. 77 psalmos.  
13. intellectus. 23 cantica. 6. titulos, et quattuor ora-  
tiones qui simul iuncti. 150. psalmos efficiunt ↪  
carmina namq. quæ in psalterio continent, quædam di-  
cunt Alleluia a iubilo iuberiore, sicut lauda anima  
mea dominum, et laudate dominum quoniam bonus est psal-  
mus

mus et laudate dominum de coelis, et sic de alijs in quibus  
 exprimebat dauid maximum iubulum cordis sui erum-  
 penis in laudem dei: quaedam uero dicuntur cantica q̄ labio  
 exteriori q̄ ore a leuitis et sacerdotibus canebant  
 sicut patet in cantico 15. graduum, quod propter hōta  
 liter nominatur. q̄ dum dauid ascendebat ad domum  
 domini per scalam quindecim graduum, in quo libet  
 gradu uersum ex illis canticis canebat: et in ultimo gradu  
 qui erat iam in altitu domus domini canebat: ecce  
 rure benedicite dominum, qui stat in domo domini  
 in atrijs etc. / Quedam uero dicitur intellectus  
 a radio profundiori, ubi propheta in finem, hoc est in  
 futurum profundius de christo speculabat ut patet in  
 illo psalmo misericordias domini, ubi praedicit de christo  
 ipse innocens me, pater meus et tu, et de passione sub  
 iungit tu uero repulisti, et distulisti christum tuum  
 id est illo psalmo permittit intellectus in subscriptione.  
 quaedam autem sunt appellata absolute psalmi ab or-  
 gano exteriori, q̄ in eorum thara et in psalterio canebantur:  
 quaedam uero tituli quasi a radio propinquiori, q̄ tunc  
 ut magis propinqui intitularent christum, et maxime  
 in passione, ut patet in illo psalmo, eripeme de inimicis  
 meis, cui inscribit, ne disperdas uel corumpas dauid  
 in tituli inscriptione: Quedam uero orationes dicitur  
 ab animo feruentiore, sicut patet in illo psalmo, exaudi  
 domine iustitiam meam, intende deprecationem meam

auribus perape orationem meam. de uultu tuo iudici-  
um meum producat. cui prescribitur oratio dauid. et sub  
istis sex et octo psalmodum diuersitas continet. ~ ~ ~ ~ ~  
Vltimus tamen sciendum est q. illa pars que absolute  
dicitur psalmus aliquando est expressio laudis diuini in  
generalis, et tunc absolute intitulatur psalmus dauid  
aliquando uero pro aliqua causa in speciali: et tunc ad-  
dit. N. g. psalmus dauid cum fugeret a facie Absalon.  
ut in illis domine quid multiplicatis uis uel cum ascen-  
dissent Philistinim ad quem uenturum eum cum audissent  
q. in uenturum erat in Regem, ut in illis. quare fremuerunt  
gentes. uel cum uenit ad eum Nathan quando intrauit  
ad Bersabee. ut in illis psalmo. miserere mihi deus; et  
sic de alijs multis causis. Alij uero pro persona aliqua  
in speciali. ut pro leuitis cantantibus qui fuerunt in tri-  
plici ordine, ut patet. i. paral. 25; q. quidam erant sub  
manu Asaph. quidam sub manu Ethan; et ideo psalmi  
intitulatur Asaph tanq. cantandi per illum ordinem le-  
uitarum. sicut est ille deus deorum dominus locutus  
est. Dicit uenerunt gentes; et sic de pluribus alijs. qui-  
dam pro Idithun. ut dixi custodiam uias meas, qui-  
dam pro filijs Ethan ut misericordias domini in eter-  
num cantabo. Leuitis uero ianitoribus qui erant  
filij chore intitulant multi psalmi ad informationes  
eorum. ut audite hec omnes gentes. magnus dominus et  
Lau



Laudabiles nimis. Alij pro diversis temporibus, et tunc  
 intulant vel pro rememoratione sabbathi ut domine  
 ne in furore tuo. et sequendo: vel secunda sabbathi ut mag  
 nus dominus, vel quarta sabbathi ut deus ultimum,  
 vel quinta sabbathi ut exultatio adiuvari nostro, et  
 sic de alijs: qui psalmi illi cantandi erant a leuitis il  
 lis diebus in consumatione sacrificij: psalmicero illi qui  
 intulant vel in salomonem ut deos iudicium tuum  
 regida; vel moysen ut domine respiciam factus enabis.  
 vel in Hieremiam Aggerim. et zachariam ut beatus  
 uir qui timet dominum super flumina Babylonis facti  
 sunt a dauid, sed pro persona illorum.

Ap 8.2  
 Liber threnorum con  
 tinet elega cantus  
 tristitiae et meroris. e  
 Liber pro mat. ad lite  
 ram mortem Ioseph, ne  
 potius (ut textus immu  
 destructionem Hierusale  
 et transmigratiorem  
 racl de terra sua

Diuisio cantici Canticoꝝ.

Liber secundus in parte decantativa scilicet cantici  
 canticoꝝum introducit quattuor personas videlicet sponsi  
 sponsam, sodales sponsi. et adolescentulas sponsa. et hoc  
 super decem collationibus, in quarum qualibet primo  
 loquitur sponsa, deinde sponsus. et intermiscet inter  
 rogationes et responsiones sodalium, et adolescentularum;  
 et licet apud ludos quidam autemerit q. librum illon  
 Salomon composuerit de sponsa et sibi filia P. Saraonis,  
 nihilominus ludij meliores sentientes dicunt, q. composuit  
 eum de synagoga, sine de populo israelitico, et unice  
 uero deo. omnibus enim alijs nationibus conuerti ad  
 colat. solum filij israel de sponsa uerant sibi uerum deum  
 et

et propter hoc salomon amorem dei ad filios israel et  
conuento sub metaphora sponsi et sponsae nititur expli-  
care. cap. 7

### De quarta parte scripturae

hinc <sup>s. 1</sup> que est dialectica uel disputatiua sub libroz umbina-  
rio continet. omnis namq; disputatio uel est inter op-  
ponentem et respondentem, et hanc consueuimus appe-  
llare dialogum, uel est eiuudem ad seipsum generatusq;  
sonandi uocum, que consueuit dici soliloquium, quem  
admodum innuit Augustinus in lib. soliloquiorum in-  
troducens seipsum ut interrogantem et rationem respon-  
dentem; et in hoc sacra scriptura in parte disputatiua di-  
uidit in duos libros. scilicet in librum Iob, in quo disputatur  
per modum dialogi; et in ecclesiasten ubi disputatur  
per modum soliloquij. ~ ~ ~

### Libro Iob.

Inquit ergo libro Iob partem disputatiuam, et primo in-  
troducitur partes disputantes scilicet Iob in miseria et pau-  
peritate consistentem, et tres amicos eius, qui uenerunt  
ad consolandum eum, et hoc in primis <sup>tribus</sup> capitulis + duobus  
Secundo uero introducitur et ponitur disputationem, et quia  
quattuor sunt genera disputationum, prima quidem  
dialectica ex probabilibus: secunda sophistica et garru-  
la ex apparentibus: tertia tentatiua ex communi-  
bus: quarta uero definitiua et demonstratiua ex necessari-  
is et immobilibus; uicinas introducit prima disputatio  
dialectica inter Iob et tres amicos eius, unum post aliud  
et

3

et continet novem replicationes. novus enim locutus  
 est Job. et octo vicibus amici sui replicaverunt contra  
 eum, et tacuerunt in nona; et durat hęc disputatio a  
 tertio cap. usq; ad 33. Secundo vero ponitur secunda dis  
 putatio uana et sophisticā Helui filij Barachiel busites  
 cum ipso Job; cui tamen Job non respondet; et hoc a cap.  
 32. usq; ad 38. 3. vero disputatio tentativa introdu  
 cit inter dominum. qui de multis questionibus tentauit  
 et interrogauit Job, ut declararet ei q. modica aut nulla  
 erat sapientia eius comparata ad deum; et hoc a cap.  
 38. usq; ad 42. quarta et ultima disputatio quę ad  
 pro Job contra amicos causam diffinitur ponit. cap. 42  
 sub his verbis. Postq; autem dominus locutus est verba  
 hęc ad Job, dixit ad Eliphaz Themanitem, iratus ē  
 factus meus in te, et in duos amicos tuos, qm̄ non estis  
 locuti coram me rectam, sicut amicus meus Job ~  
 Tunc accedit liber eccl̄es et introducit soliloquium Sa  
 lomonis. nunc loquentis in persona sapientis, nunc in  
 persona stulti, in persona sapientis cum ait, cogitavi  
 a uino abstrahere animam meam, ut animum trans  
 feram ad sapientiam, et in pluribus alijs locis. in per  
 sona uero insipientis, dum dicit uadam et affluam de  
 Sutyis, et fructu arboris. Despuat autem in toto libro unā  
 conclusionem scilicet omnia despicienda esse utraque  
 qz subiecta sunt uanitati, et demonstrat decem esse  
 Vana

*Disputatio tentativa*

*ecclesiastes*

Vana, quae maxime appeti consueverunt in hoc mun-

do.

cap. 3

~ Divisio quinta partis scripturae ~  
Quinta pars scripturae, quia est monastica et ethica  
et consultiua in librorum ternario continet, scilicet  
proverbiorum, sapientiae, et ecclj. est autem conside-  
randum quod mores ~~monasticae~~ instituunt, aliquando  
modo filiali, quo pater instruit filium; aliquando mo-  
do imperiali, quo pater Princeps instruit baiulum, aut  
iudicem delegatum; aliquando modo magistratij, quo  
modo magister in scholis instruit discipulum, et in  
istis tres modos pars ethica et moralis diuinae scientiae  
diuidit in tres libros. Nam in libro proverbiorum tradi-  
tur ethica modo paterna, et introducit pater ut do-  
cens filium; unde Salomon ubiq; in libro illo dicit  
(filium) ac si pater loquat filio: unde et Aristoteles  
suum librum ethicorum, qui appellatur Nichomachia  
Nichomacho filio suo scripsit, in principio autem  
parabolarum dicit, parabola Salomonis filij dauid  
Regis Israel, sequit, ut dicitur paruulus astutia, ad-  
lescenti scientia, et intellectus.

Libro sapientiae

In libro uero Sapientiae traditur modo imperiali  
et introducit Salomon tanq; Princeps instruens suum  
baiulum, et iudicem sibi subditum, quem mittens  
ad iudicandum populum suum, ait, Diligite iustitiam  
qui iudicatis terram, sentite de Domino in bonitate.  
In

In libro quoque ecclesiastici tradit et sic modo magistra  
 Li et introducit Jesus filius syrach in principio quasi  
 doctor progrediens et instruens discipulum ac dicens  
 omnis sapientia a domino deo est. et sequitur, sapien-  
 tiam dei quas investigavit et rursus, radix sapientie  
 cui revelata est. et in fine concludit se composuisse mo-  
 ralem librum, sicut doctor componit, et dicit, doctrinam  
 sapientie scripsit in libro isto Jesus filius syrach Hiero-  
 solimita, qui renovavit sapientiam de corde suo. 311.

codice

Incapit ergo liber proſtorum partem monasticam et  
 consultativam, et dividit in quatuor partes, primo instru-  
 it filium modo imaginario et confirmativo; et durat  
 illa pars per novem cap<sup>ta</sup> prima. Est enim sciendum q  
 confirmatus est color rhetoricus qui tunc fit cum res in  
 animata vel muta introducit quasi loquens ut animata,  
 sic autem facit Salomon, qz sapiam introducit ut domi-  
 nam, parvulus alloquentem in primo cap<sup>te</sup>, cum ait, usq  
 quo parvuli diligens infanciam, et stulti ea que sibi sunt  
 noxia cupiunt. 2<sup>o</sup> ~~cap~~ instruit filium modo ordina-  
 rio et disciplinativo, et durat illa par. a 10 cap<sup>te</sup> usq<sup>ue</sup> 15.  
 ubi ponit varias doctrinas, quarum quaedam nunc per-  
 tinent ad unam virtutem, quaedam vero ad aliam. tertio  
 u<sup>o</sup> modo procedit extraordinario et recollectivo et hoc a  
 25. cap usq<sup>ue</sup> ad 30 exclusive. Quarto ~~cap~~ procedit, ma-  
 do amatorio et affectivo et hoc in capite 30. Verba sa-  
 muselis Regis, visio qua erudit eum mater sua, quid di-  
 ceste

Divisio libri proſtorum ~

dilectem quia dilecte uerimij quia dilecte uerimus  
et in ultimo cap. uale regibus o Samuel dare unum, et  
finie librum suum in cantico de muliere septi.

Libri sapientie

§. 2 Deinde liber sapientie tractat ethicam  
modo imperiali et modo quo Princeps erudit baculum  
quem mittit ad iudicandum, et erudiendum populum  
et ides tractat de tota sapientia, et de omnibus uirtutibus  
sub nomine iusticie uniuersales, et legalis que precipue  
adus omnium uirtutum, ut patet s. ethicoy, propter  
quod in principio dicit. Diligite iustitiam; et post hoc  
adus iusticia perpetua est, et immortalis, et iustorum  
anima in manu deusunt, et tunc stabunt iusti in mag  
na constantia. Sapientiam pro iusticia, et iustitiam  
pro tota sapientia indifferenter ponens. intendit  
ergo liber ille tres principales conclusiones, et secundum hoc  
diuidit in tres partes. Primo namq. respectu iusticie po  
nit exhortationem et zelum assumendum, et durat il  
la pars a principio libri usq. versus finem sexti capitis.  
2<sup>o</sup> uero sapiens ponit respectu sapientie generationem  
et ortum attendendum, et durat illa pars a fine sexti  
capituli, ubi dicit, quid est autem sapientia, et quem  
ad modum fructa sit referam, usq. ad <sup>uirt.</sup> decimum caput ex  
clusiue. 3<sup>o</sup> uero sapiens ponit respectu iusticie et  
sapientie operationem et fructum obtinendum. et  
durat illa pars a decimo cap. usq. in finem. §. 3.

Libri ecclesiastic  
tij.

Deinde accedit liber ecclesiasticus tractans mate  
te

95

teriam et sicam modo magistrali sicut doctor docet discipulum. docet autem sapientiam tripliciter. scilicet exhortative et per propositiones, que appellantur prudentium sententia; collectivae et per commendationes ipsius sapientie: exemplative et per narrationes hominum in vita sancta, qui antea existerunt in veteri testamento. isti enim sunt tres modi inducendi ad sapientiam, ut potest colligi ex dictis philosophi in 2. rethorica, quod et per propositiones prudentium, et narrationes iustorum qui precesserunt, et commendationes sapientia inducunt homines ad acquisitionem ipsius. ~ ~ ~ ~ ~

cap. 9  
Divisio sextae partis scripturae quae  
est prophetica §. 1

Sexta pars divina scriptura, quae est prophetica et exdramatica materia. in librorum senario continetur quatuor quidem prophetarum maiorum; et uno duodecim minorum, et altero Baruch ministro et scriptoris prophetae Hieremiae.

est autem attendendum quod universa prophetiae res spectat duo tempora, tempus scilicet captivitatis, quod tunc instabat, cum dominus destinavit prophetas ad populum reducendum: et tempus gratiae et veritatis, quod futurum erat in adventu messiae, et salvatoris nostri Iesu Christi. Et sic est quod prophetae scribere et populo predicare inceperunt circa tempora Abas et Ezechiae, tuncque tempore illis, iam decreverat

de

dei iustitia populum Sicere de terra promissionis  
propter peccata sua; tum quia illi tempore condita  
erat a Remo et Romulo Roma, et ut parabat reg-  
num, quod debebat suscipere Christum, scilicet reg-  
num Romanorum; quare et rationabile fuit, ut  
tunc prepararet scriptura testamentum, quod intro-  
ducebat Christum.

Secundum hoc ergo in quolibet propheta est duplex  
sensus literalis quantum ad diversas partes commixtum  
et interscalariter positus; nunc enim prophetae in  
aliquibus locis ~~dicunt~~ loquuntur ad populum reuocan-  
do eos a peccatis, et comminando captiuitatem, nisi re-  
suscitent; Promittendo uero consolationem, et libe-  
rationem si redeant ad deum. nunc uero loquuntur  
in futurum conuertentes se ad Christum, et est uere  
tunc difficultas ad intelligendum inter istas partes, quod  
statim occasione nata ex prima materia prophetae  
uertunt se ad secundam, et econuerso. Sicut Isaias  
9 cum promississet liberationem Hierusalem ab ob-  
sidione Senacherib per combustionem bellatorum  
sui exercitus ~~et promississet liberationem Hierusalem~~ dicens  
quoniam omnis uis lenta praedatus cum tumultu, et uestime-  
ntum mixtum sanguine erit in combustionem, et ab ignis:  
statim ad Christum uertit se assignans causam  
illius liberationis fore, ut Christus de populo illo libe-  
rato nascatur; et idcirco quasi reddendo causam, sub  
iura



iungit parvulus natus est nobis, et filius datus est no-  
 bis. etc. Hoc ergo pro regula in lectioe prophetarum  
 diligenter tenendum est, et attendendum, quando,  
 quomodo, et quo motu propheta se transferat de  
 primamateria in secundam. §. 2  
 ulterius attendendum q. quattuor prophetas aliquj  
 disidentes contra maiores alios, dixerunt q. in qua-  
 tuor maioribus tractatur de corpore Christi vero. in Isai-  
 a, quidem de incarnatione, in Hieremia de predica-  
 tione et passione, In Ezechuele autem de gloria resur-  
 rectionis: in danielle vero de regno, et ad coelum as-  
 censione, et dominatione, quam obtinuit super uni-  
 versum mundum sub metaphora lapidis qui per curre-  
 rat statuam: et factus mons magnus repleverat  
 omnem terram. Sed in libro duodecim prophetarum  
 tractat de corpore mystico, scilicet de ecclesia, et  
 parum de corpore Christi vero: et in hoc dividuntur  
 penes materiam secundam. Sed iste modus divi-  
 dendu non videtur sufficiens: tum q. in Isaiam plura tra-  
 ctat de gentium vocatone, et de ecclesia, q. in quo-  
 cunq. minori propheta, ut in secundo cap. statim dicit  
 q. fluent ad eum omnes gentes, et ibunt populi mul-  
 ti. Et in cap. 35. Etabitur deserta et inuia: et quasi  
 p. totum librum: tum q. in prophetis minoribus, e-  
 tiam multum tractatur de Christo. ut Osee .6. puer  
 israel et dilexi eum, et ex egypto vocavi filium me-  
 um

de materia pro-  
phetarum.

um. *En Isaie 3. in die illa Stillabunt montes dul-*  
*cedinem, et colles fluent lacte et melle, et fons de domo*  
*domini egredietur. et in Amos 9. c. qui edificat in*  
*coelo ascensionem suam, et fasciculum sup terram*  
*fundavit. loquit de ascensu Christi: et sequit ibide*  
*in die illa suscitabitur tabernaculum dauid, quod*  
*ceciderat. Et in Abdia in principio auditum au-*  
*dicimus a domino, et legatum ad gentes misit. et*  
*sic de alijs prophetis minoribus patet.*

*Alij uero diffiniunt iuxta primam materiam, q*  
*quattuor propheta maiores loquunt de Regno dua-*  
*rum tribuum, quod appellatur Iuda propter quod*  
*in principio Isaias, et Hieremia non fit mentio nisi*  
*de Regibus Iuda. duodecim uo minores loquentur*  
*de Regno decem tribuum, quod dicebat Israel, princi-*  
*paliter; quamuis aliunde et minus principaliter lo-*  
*quunt de Regno Iuda; Et ides in principio Osee, qui*  
*primus est inter prophetas minores ponitur Hierobo-*  
*am filius Ioas Rex Israel.*

*Sed neq ista distinctio conueniens est, qz inter mino-*  
*res aliqui sunt, qui directe loquunt de Regno duarum*  
*tribuum, ut patet de Zacharia. Aggeus. et Sophonia,*  
*maiores etiam multum loquunt contra Samaritaniam*  
*et regnum Israel.*

*Non uod igitur ergo q, possit sumi distinctio penes mate-*  
*rias, sed tantum penes modum tractandi de eadem ma-*  
*teria.*

teria, sicut enim videmus, quod inter doctores quodam  
 sunt principales, et quodam minus principales, quibus  
 tractent de eadem materia, ex hoc quod unus perfectius  
 et diffusius ac clarus tractat quam alter, sic fuit inter  
 prophetas, qui fuerunt predicatores, et doctores ad popu-  
 lum, differunt namque quod spiritus sanctus quosdam elegit  
 ut principales, sed quibus affluit in magna latitudine  
 et plenitudine sententiarum: isti sunt maiores  
 quattuor, quibus annectit Baruch scriptor Hieremias  
 pro eo quod omnia quae dixit, quasi scripsit ex ore eius.  
 quosdam vero elegit minus principales, in quibus  
 non affluit in tanta plenitudine sententiarum; isti  
 sunt minores, quattuor autem maiores cum Ba-  
 ruch addito distinguunt in tempora captivitatis et  
 exilij, pro qua denuntianda propheta sunt missi  
 distinguit enim illud tempus <sup>3</sup> in quinque partes quae  
 potest accipi prima pro tempore divinae <sup>3</sup> et durationis, quo  
 sicut cepit deus super israel et in corrigibilitate eorum  
 tediari, sicut scriptum est. 4. reg. 9. in diebus illis ce-  
 pit dominus tedere super israel. fuit ergo tempus is-  
 tud iuste diffinitivum, quo deus de israel quasi te-  
 datus diffinit eos eiciendos de terra promissio-  
 nis. Hoc autem fuit maxime in diebus Ozias, Achaz  
 et Ezechias Regum iuda: et isto tempore missus est isa-  
 ias. Secundum tempus fuit vera executionis, quae  
 post

quintuplex diffe-  
 rentia temporis in  
 prophetis

post predicationem Isaie, et conscriptionem libri  
sui. poenitere noluerunt, propter quod deus incepit ex-  
equi suam sententiam, in diebus Josia, et Joachin  
et Sedecie regum Iuda, in quibus magna de cle-  
mentia ad huc parcere uolens populo Hieremias  
missus, qui secundum librum inter prophetas ma-  
iores scripsit. Tertium fuit tempus Hieremia  
transmigrationis in diebus superioribus Joachin re-  
gis Iuda, qui cum nobilibus captiuus ductus est  
in Babylonem, quo tempore Ezechiel in Chaldea  
predicauit ad consolandum captiuos, et tertium  
librum scripsit. 4<sup>m</sup> fuit tempus plenitudinis  
desolationis sub temporibus Sedecie, in quo tem-  
plo combusto, et ciuitate destructa omnes, qui re-  
manerant rursus in Babylonem sunt ducti, et  
tunc missus est Baruch a Hieremia, qui libellus  
quartum conscripsit. Quintum tempus e<sup>st</sup> pie-  
reuscatio, quo domino placuit populum reducere  
in terram promissam, quod fuit in diebus Cyri re-  
gis Persarum, et pro hoc missus e<sup>st</sup> Daniel, qui de-  
nunciante destructionem regni Chaldaeorum, et  
introductionem regni Medorum, et deinde regni  
Persarum, et sic usque in finem. cap. 10

hæc Septima Pars diuina scriptura  
est nouum testamentum siue testimonialis  
et

et euangelica <sup>qua</sup> in librorum quaternario continetur.  
Sunt enim quattuor quasi quattuor testes, quos  
ille, qui dicitur IHS fuerit Christus in lege pro  
missus Rex et dominus omnium saluator hominum  
et filius dei.

Diuidunt inter se libri quattuor euangeliorum, quod  
matheus intendit principaliter declarare illum ho  
minem fuisse Christum, et idem in principio dicit  
liber generationis Iesu Christi, non expressit autem  
filius dei, sed filius dauid, filius abraham, et in conse  
quibus subdit, generatio christi sic erat; Hinc est quod  
figura hominis inter quattuor animalia euange  
listas representantia designat matheum, quod maxi  
me immorat, circa hominem Christum, ostenden  
do Iesum fuisse illum, qui promissus fuerat in tota  
serie scripturarum. §. 2

matheus

Marcus uero intendit principaliter declarare  
illum hominem fuisse Regem, et dominum omnium  
sicut habet in danielle. 2. c. quod in diebus quattuor  
Regnorum suscitaret deus coeli Regnum quintum  
quod non corrumpetur, cuius potestas esset potestas  
et aeterna. Hinc est quod marcus designatur per leo  
nem, qui est rex et dominus animalium. Hinc eti  
am est quod maxime circa miracula immoratur, et  
circa resurrectionem, et parum ponit de doctrina  
Christi

marcus

Christi quod principaliter intendit potestatem eius, vir-  
tutem, et dominium, quae in resurrectione, et in-  
vaculis maxime elucescunt. §. 3.

Lucas

Lucas vero intendit principaliter declarare illum ho-  
minem fuisse salvatorem omnium; et idem in principi-  
o introducit gabrielem dicentem, Vocabis nomen eius  
Iesum, ipse enim salvum faciet populum suum a  
peccatis eorum. Et in 2. cap. subdit verbum angelus  
ad pastores, natus est vobis hodie salvator in civitate  
dauid. Hinc est quod maxime immorat circa gesta et  
verba Christi, quae sonant in clementiam, et in salutem  
ac remissionem peccatorum. et propter hoc in referendo  
passionem maxime explicavit verba dulcia, et cle-  
mentiam Christi, ut est illud, Pater dimitte eis, quia  
nunc quid faciunt; et illud, filia Hierusalem nolite  
 flere super me; et illud, Pater in manus tuas commendo  
 spiritum meum. Et ipse solus refert qualiter factus est su-  
dor eius tanquam gutta sanguinis decurrentis in terram  
 et maxime medicus congruebat, ut immoraretur cir-  
 ca curam, et salutem animarum. Hinc etiam est  
 quod per figuram vituli, qui aptus est ad immolandum  
 designatur. §. 4.

Ioannes

Ioannes autem intendit principaliter declarare  
 illum hominem fuisse Dei filium, et verum deum, et  
 quod haec sit conclusio, quam intendit, ipse nec explicat  
 esse finem sui evangelij, ubi ait. Haec autem scripta  
 sunt, ut credatis, quoniam Iesus est Christus filius de-  
 i.

deus et ut credentes vitam habeatis in nomine eius. Hinc est q. incipit a Christi divinitate, dicendo, in principio erat verbum, et quasi in fine cuius liber capitis semper infert utrum hominem fuisse filium dei.

Sine etiam est q. per Aquilam figurat. sicigitur quatuor libri euangeliorum habent pro subiecto idem scilicet hominem Iesum, de quo subiecto quattuor declarare intendunt: Mattheus quidem, q. fuit Christus in lege promissus: Ioannes vero q. est verus deus, et dei filius: Lucas autem q. est verus salvator hominum: Marcus deniq. q. est Rex et imperator omnium. et hec probant per facta et dicta, qua testificari illum hominem fecisse in conspectu discipulorum suorum, et multitudinis ludaeorum; ut sic quattuor euangelia distinguant non peres quattuor subiecta, sed peres quattuor predicata de eodem subiecto. cap. 11

Diuisio octavae partis scripturae sanctae  
 ~ quae est epistolaris ~

Octava pars et ultima divinae scripturae, quae est epistolaris et destinata in librorum quattuornario continetur, videlicet in libro epistolarum Pauli: in libro actuum Apostolorum, et in libro <sup>septem</sup> canonicarum, et in libro Apocalypsis. Qui taliter diuiduntur ordinat enim epistolaris pars ad instructionem, et irrogationes Universalis ecclesiae, ut post quattuor euangelia, in qui

bis agitur de capite ecclesie domino Iesu Christo, se-  
quar pars epistolarum in qua agitur de corpore ecclesie  
quantum ad illa que pertinent ad eius informatio-  
nem; et quod oportet ecclesiam respectu quattuor esse  
informatam videlicet Respectu credendorum, Respec-  
tu agendorum et morum; Respectu initiorum suorum,  
et respectu decursus sui; et sibi futurorum in fine; ideo  
destinaverunt Paulus, Iacobus, Petrus, Ioannes  
Iudas Thadæus epistolas ecclesiam informantes res-  
pectu credendorum et agendorum: Lucas vero des-  
tinavit Theophilus epistolam ad unum Apostolicorum  
contenciuam informantem ecclesiam respectu ini-  
tiorum suorum, describit enim initia ecclesie pri-  
mitiva, qua fundata est in Apostolis, et discipulis. Io-  
annes vero septem ecclesijs destinavit epistolam, <sup>que</sup>  
dicitur Apocalypsis informantem ecclesiam respectu  
futurorum. Epistolæ ergo Pauli contra canonicas  
distinguntur sicut uniuersale et particulare, nam  
epistola canonica sunt uniuersales ad totam ecclesiam  
suam destinatae; epistolæ uero Pauli sunt particula-  
res, quod missa sunt ad speciales ecclesias. scilicet ad ec-  
clesiam Romanam Corinthiorum, galatharum, ef-  
hessorum, Philippensium, Colossensium, Thesalonicen-  
tium, Hebræorum, et ad personas tres scilicet Timotheum  
Titum, Philemonem. Et sunt in uniuersum epistolæ



14. Nam ad Corinthios scripsit duas: Similiter ad The-  
salonicenses alias duas, et ad Timotheum alias duas  
et ita sunt sex, quæ additis octo sunt quattuordecim

Cap. 12.

## 11. Alia diuisio sacræ scripturæ

et librorum ipsius. in legales, historiales,

sapientiales, et prophetales

quoniam autem aliter <sup>s. 1</sup> sacra scriptura diuiditur  
munus solet ex qua diuisione Harmonia et corres-

pondentia utriusq; testamenti lucidius ante oculos

ponit, et intellectus ad eius cognitionem quasi manu

ducit. Ut Prius diuisionem veteris testam accipias.

Notandum est q; diuina scriptura potest considerari

quantum ad nomen, quantum ad causam, quantum

ad diffinitionem, quantum ad sensum. (habere enim

verba propria propria et translaticiam significationem)

quantum ad etates mundi, quæ in sacra pagina notantur

in Augustinum, q. 49. sup lib. Iudicum; quantum

ad uetus testamentum; quantum ad cognitionem au-

riendam ex ea, quantum ad directionem, et quantum

ad distributionem librorum

Quantum ad nomen, dicitur Biblia quæ significat

totum opus, quod tam in libris ueteris q; noui testame-

ti continet.

dr Liber Domini quatenus ueteris tantum instrumen-

ti uolumina continet et comprehendit, quæ ratione

dicit

Sacræ scripturæ  
nomen.

dicunt uetus testamentum quod significat pactum  
uel placitum inter uiros factum, quo sensu pactum a  
Iacob et Laban gen. 31. factum dicitur testamentum, quod  
sic nihil aliud est q̄ noui instrumenti propheta, ut  
Augustinus 5<sup>o</sup> Faustum inquit lib. 15. c. 2. id est sic  
dictum; uel q̄ temporalium rerum promissiones con-  
tineat. uel q̄ per nouum aboleatur, idem contra Fa-  
ustum lib. 4. c. 2. quod et dicitur lex Moysi, q̄ prius  
eius partem instructu dei edidit Moyses, alias uero p̄  
propheta et sancti. Amistum est autem uetus testa-  
mentum in expugnatione Babylonica, sed restitutum  
est per Esdram uel Scythimum scribam, Nicephorus lib.  
4. c. 15. Eusebius lib. 5. c. 8. Athanasius in synop-  
si de sacra scriptura. Asseruaturn est tamen ab hebræis  
et in summo precio Sabæorum; quorum beneficium ad Chris-  
tianam peruenit ecclesiam. Non ad consequendas il-  
las temporales promissiones, sed ad intelligendas in eis no-  
ui testamenti pronuntiationes; Vetus quippe testifica-  
tio fidem nouo conciliat, ut dicit Augustinus lib. 4<sup>o</sup>  
Faustum. Secundo ne prophetiam illis extinguamus, q̄  
in illis contenta facta sunt in umbra futurorum, idem  
Augustinus 5<sup>o</sup> Faustum lib. 32. c. 9. Tertio quia est  
prophetia noui testamenti. et receptum est unanimi uoluntate  
ecclesie consensu p̄ concilia, et approbatur p̄ nouum  
testamentum a Christo et apostolis, qui p̄ confirmatio-  
ne doctrina euangelica integras sepe ex ueteri testame-  
to

41  
to produxere sententias) Dicitur liber uita scriptus  
intus quo ad intellectum mysticum et latenter, foris =  
quo ad sensum licere historicum et patentem, de quo Apo  
cal. 5.

Dicitur lex diuina generaliter, mandatum, iustificationes  
precepta, testimonia, iudicia. quae ut pulchre distinguit  
glossa. numer. 18. conueniunt genere, et differunt spe,  
specialiter per aliqua eorum, quae in lege scripta sunt. gla  
in dulto. c. 18.

Dicitur canon seu regula, quae recte ducit, nec unquam alio sensu  
trahat, regat et quasi normam uiuendi prescribat, et  
distortum prauumque ad modum regule corrigat. unde  
ipsa scriptura est hinc lapis ad ueram doctrinam sec  
tandam, erroris et praua dogmata eliminanda. Carua  
Jal de restituta theologia. c. 12.

Dicitur uerbum dei uel sermo, et doctrina ab ipso deo summa  
no generi de rebus diuinis promulgata; quod alia etiam  
mandatum, uel preceptum diuinum dicit. ps. 118

Dicitur testamentum, nam ut clausum <sup>et</sup> infirmum est tes  
tamentum, quandiu uiuit testator: ita teste lactante  
lex uetus fuit, antequam noua adueniret, et traderet ad  
christo: infirma quae neminem ad perfectum duxit lex he  
braea. 7. clausa ob prophetias, et figuras quae ante mortem  
christi uix intelligebantur luc. 24.

Dicitur instrumentum. d. August. epist. 2. ad pelag. melius  
putat dici quod testamentum sacramenta, quae instruunt  
quisque ad salutem ut sciat, quid credere, quid sperare, qui  
ue

Sacre scripturae  
causa.

ne agere debeat. Ioannes dueds lib. i. c. i. quod ea  
auctoritate pbatissimis scriptoribus ac testibus ob signa  
ta sit, nec ulla falsitate suspecta. §. 2

quo ad causam considerat spura sancta quadru  
pliciter scilicet efficientem, materiales, formalem  
~~in collatione librorum, in sententiarum dispositione~~  
~~et uerborum concepta~~ et finalem.

quo ad efficientem quidem uel principalem qui est deus  
deus spuis sanctus omnis boni auctor. uel instrumentales  
scilicet moysen, qui legem in monte synay suscepit. pro  
phetas qui a deo illuminati et missi sunt. esdras qui  
post iudaeorum captiuitatem de perditas spuras repa  
rauit. septuaginta interpretes, qui dispensatione  
dei scripturas explicauerunt. Apostolos qui eas a christo  
susceperunt, et per orbem disseminauerunt; quarum sep  
tem factae sunt versiones.

Prima uersio fuit 72 interpretum, qui cum hebraeis  
seruati sunt septuaginta ex unaquaque tribu diuinam spuram sub  
Ptolomeo Philadelpho interpretati sunt. 230 annis  
ante incarnationem Christi, ut multis placet.

Alteram fuit uersio Aquila qui synops Pontico ortus et  
graeuus esset Hierosolimis baptizatus est, postea uero re  
plato Christianismus iudaeis sese coniunxit, et diuinam  
scripturam peruersa ratione uertit sub Romano rege  
330 annis post 72 interpretum uersionem.

Tertia Symacdi, Sic cum samaritanus esset, nec popu  
lo suo acceptus propter ambitionis morbum haberet, ad iudae  
os.

os se recepit ac secundo circumcissus est, et ut Samaritana  
non subverteret uerere et ipse diuinas literas sub Seuero  
Rege armis post uersionem Aquila. 56.

quarta uersio fuit Theodotionis ephesij (qui uicini in felty  
Sgressus Marcionis Ponticifuisse. postea a seclatoribus il  
lius Sgressus succensus) et ipse sacram scripturam sub  
Comodo Rege, eo ipso tempore quo Symachus ad uer  
sionem predicta Sgressus interpretatus est.

quinta interpretatio tunc fuit quando abscondita scrip  
tura Pitbis inuenta est sub Antonio Rege Caracalla. in  
Hierico a quodam ex illis qui <sup>Nico</sup> ~~Hierico~~ pietate uacauerat  
conflata est.

Sexta et ipsa Pitbis inuenta est antea sub Alexandro Ma  
mæ filio. Nicopoli septentrionali a quodam origenis fa  
mulari composita.

Septima fuit sancti Luciani qui hebraicos libros cor  
rexerit. et Christianus fratribus edidit. qui post ipsius mar  
tyrium sub Decetiano et Maximiano propria ipsius  
manu scripti <sup>sunt</sup> inuenti Nicomede sub Constantino  
Rege magno apud Iudgos in pariete armarij calce cir  
cumlecto ubi custodiebat Athanasius in tyropi diuin  
spere. Euthemius in prefatione ead psalmos. et glossa  
in prefatione bibliz.

Novissime superueniens B. Hieronimus peritus in  
tribus linguis Hebraica nempe graeca et latina primo  
correxerit translationem qz interpretum in latino cu  
astericis et obelis: Postea uero transtulit immediate bi  
bliam de Hebrz in latinum sine astericis et obelis. et hac

translatione nunciativa tota catholica ecclesia Romana  
suet non in omnibus libris. et ipsius translatio merito ex  
teris antefere, quod est uerborum tenacior. et perspicuitate se  
tentis clarior. in prefatione bibles de canonicis et non ca  
nonicis libris. videtur de officio ecclesiasticis lib. 1. et  
decretis sacri concilij tridentini hęc ultima approbata  
que continet in testamento ueteri libros. genes. exod. le  
uit. numer. deuter. Josue. Iudicum Ruth. quattuor re  
gum. duos paralyptom. esdrę duos. Thobias. iudith. esther  
Iob psalterij dauid 150 psalmorum, Parabos. ecclesiast  
tes. cano. sapientia. ecclesiast. isaia. Meremiam. Da  
ruel. Ezech. Dan. Osee. Joel. Amos. Abdias. Ionas. mi  
cheas. Nahum. Abacuch. Sophonias. Aggeus. Zacharias  
Malacchias. Machabęorum duos primum et secundum.  
In testamento nouo continet libros. euangelium mat  
thęi. euangelium marci. euangelium lucę. euangeli  
um iohannis. actus apostolorum a luca euangelista scriptus  
criptus. quatuordecim epistolas Pauli scilicet ad Romanos  
unā. duas ad corinthios. ad galatas unā. ad ephesios u  
nā. ad philippenses unā. ad colossenses unā. duas ad the  
salonicos. duas ad thimothę. ad Titum unā. ad Philemon  
unā. ad hebreos unā. Petri Apostoli duas. iohannis apo  
stoli tres. iacobi Apostoli unā. iudei Apostoli unā. et Apo  
calyp. iohannis apostoli. quos libros pro canonicis habet  
concilium tridentinum 8. 4. decernit.  
quod ad causam materialem considerat scriptura quod adu  
pliciter scilicet in qua. ex qua. de qua. ex qua scilicet et ex qua  
spiritu et litera. Paulus. 2. cor. 3. / in qua quod impressa est  
in

Paulus epist. citata

In membranis, et in cordibus hominum: de qua  
 qz agit sacrascriptura de deo patre ut creatore, filio ut re-  
 demptore, spū sancto ut gubernatore: circa quam nam  
 sacrascriptura uersat primo circa hominis lapsum, crea-  
 tionem orbis, et reparationem eiusdem, Carnasal de  
 restructa theologia: secundo uersat circa legem et gra-  
 tiam Rom. 3. et 7.

quo ad causam formalem considerat sacrascriptura in  
 collocacone librorum in sententiarum dispositione, et  
 uerborum contextu ubi notatur modus procedendi in uero  
 qz testamento monendo, promittendo, minando, et sic est  
 alta, reba terribilis. gregor Som. 6. sup Ezech, modus  
 inuenendi libros sanctos notando qz ubi intiment qz eterna  
 facta narrent, futura pronuncient, agenda precipiant.  
 Aug. lib. 1. de genes. ad lit. c. 1. notat et modus legendi  
 sacrascripturam, aduertendo qz ubi prohibent mala, precipi-  
 unt bona, concedunt media, suadent perfulta. Hieronim,  
 ad Thetriadē.

quantum ad causam finalem considerat diuina scriptura  
 quatenus in ea constituunt bonis premia uetqz eterna, ma-  
 lus autem damnationis poena perpetua. Ioannis. 15.  
 et quatenus sacrascriptura consistit partim in speculatione  
 qua inquit de naturam, potentiam et proprietatem;  
 partim in praxi, seu actione earum rerum que sunt neces-  
 sarię ad bonos mores, et beneuicendi rationem: et quate-  
 nus in scripturis sanctis quedam sic considerantur posita ut  
 tantum sciant, et credant ut illud. in principio creauit  
 deus coelum et terram, et alia que cognoscenda solum

Ponunt: alia iura ut observent et fiant ut honora  
patrem tuum, <sup>alia</sup> prohibita ne fiant ut non mechaberis  
et c.

§. 3.

Sacra scriptura  
diffinitio ~

Deinde considerat sacra scriptura quantum ad diffinitio-  
nem. et hoc dupliciter scilicet vel propriam, vel largam  
et amplam, sive propriam rursus aut explicitam aut impli-  
citam, sive explicitam sacra scriptura dicitur eloquium divini  
spiritus loquentis per prophetas, et apostolos sibi invicem suc-  
cedentes, quod communiter totius ecclesie sensu in numeris  
et ordinem sacri canonis receptum est: sive diffinitionem  
implicitam et contractam sacra scriptura est ratio et sermo  
de deo, quae uno nomine theologia dicitur. //

Sive largam et amplam diffinitionem sacra scriptura ab vgo-  
ne lib. de arca noe dicitur liber vita, cuius origo est quae  
essentia incorporea, scriptura indelebilis, aspectus desidera-  
bilis, doctrina facilis, scientia dulcis, profunditas inscruta,  
verba numerabilia. //

§. 4.

Sacra scripturae  
sensus multiplex

Quantum ad sensum consideratur divina scriptura  
Habet enim propriam, et translata[m] significationem  
in scriptura. Unde sunt in ea sensus literalis et historici  
sive grammaticalis, ut sonat, quos sensu Hierusalem de  
notat civitatem terrestrem, et pertinet ad cognitionem  
in quo commemorantur, quae divini aut humani gesta  
sunt, ut cum Christus Matthei. 12. docet ex primo samu-  
elis. 21. q. dauid comedit panes propositionis, ibi solum  
factum attendit: et hic sensus est summa mensa parata sim-  
plicibus, et doctores in ps. 22. parasti in conspec-  
tu meo mensam adversus eos, qui tribulant me. . . est



44

est etiam sensus allegoricus, qui ad fidem seu ea que cre-  
denda sunt; et ad corpus mysticum refert. et docet figura  
et dicta esse intelligenda que proponunt. ut. 1. corinth.  
10. Historiam exodi narrat Apostolus Historiam fuisse  
populi Christianni. et patribus omnia contingisse in figuris.  
unde in hoc sensu Hierusalem, significat militantem  
ecclesiam. Apoc. 22. Et haec est secunda mensa, que tra-  
het cibum pinguiorem, subtiliorem et dulciorem.

est et sensus tropologicus s. qui dirigit ad spem. qui  
victorum factorumue reddit causas. in quo de litera ad  
maiora consurgimus, et quod quid in priori populo car-  
naler factum est iuxta moralem significationem in-  
terpretamur, et ad anima nostra emolumentum con-  
tinuus. ut Matt. 19. Christus prohibens repudium uxoris,  
nisi interueniente fornicatione. Prudenter etiam expo-  
nit causam ob quam libellus repudij iudicis antea con-  
sus fuerit, Moyses inquit permisit eum vobis propter du-  
ritiam cordis vestri; et hic sensus est tertia mensa, que  
saporem continet exemplorum, mysteriorum et morum.  
est tandem in s. sensus anagogicus qui intendit  
charitatem. et in eo dimissis terrenis nos ad sublimiora  
conuertimus; ubi de superiorum beatitudine. et celestibus  
disputamus; ut aut presentis vite meditatiis umbra sit fu-  
tura beatitudinis; Respicit etiam veteris testamenti  
et novi congruentiam, in quantum in ipso Christo iterum  
via nobis demonstratum est. Verba significant aliquid quod  
ad coelestem pertinet conuersationem. Et sic Hierusalem  
ac

accipit pro ecclesia triumphante ut ad galat. 4. illa  
que sursum est Hierusalem libera est. et hec est quarta  
mensa sacra scriptura quae mentem miraculis, figuris et  
verbis pascit.

§. 5.

etates in sacra  
scriptura consi-  
derandae

quantum ad etates consideratur divina scriptura simpliciter  
et nominatim et sic prima etas dicitur infantia ab Adam,  
secunda dicitur pueritia a diluuiio. 3<sup>a</sup> dicitur adulescentia  
ab Abrahami. 4<sup>a</sup> dicitur iuventus a David. 5<sup>a</sup> dicitur senectus  
a transmigratione. 6<sup>a</sup> dicitur gratia a Christo usque ad fine  
seculi. Prima iuxta hebreos continet. 1656 annos. Se-  
cunda 292. tertia 941. quarta 473. quinta 600.  
iuxta septuaginta uero et duos interpretes prima etas co-  
tinet. 2242 annos. secunda. 1072. tertia 94. quarta  
48. quinta 534. Unde a mundo condito usque ad Chris-  
tum iuxta hebreos sunt. 3962 anni. iuxta septuaginta  
uero. 5328.

consideratur etiam sine etates quantum ad religiones  
que ante Christum fuerunt, fuit enim barbarismus ante  
diluuium a tempore Adam, scitismus fuit post diluui-  
um a diebus Noe. genticismus qui ab idololatriis incipit  
diuisus postea in sectas Pythagoricorum, Platonico-  
rum, epicureorum. Iudaismus a tempore Abrahami di-  
uisus tandem in scribas, Phariseos, Sadduceos, Herodoty-  
pistas, osceos, Nazareos, Herodianos. Samaritanismus  
a tempore Nabuchi. dissectus in gothenos, sebueos, esse-  
nos, dosetheos.

consideratur similiter sine etates quantum ad regimē  
Populi Iudaici quatenus ille populus uixit sub tutela A-  
braham isaac, et Jacob et duodecim filiorum istius usque ad  
Ioseph.

+

Joseph, quomortuo in egypto seruiunt iudgi egyptijs. 144 annis / Duum duorum nempe moysis qui presuit annis 40. Josue qui gubernauit annis

27. Sub tutela iudicum tredecim qui persua tempora hebreis presuere annis. Hothoniel. 40. Ahoth. 30. Barac. 40. Gedeon. 40. Abimelech. 3. Thola. 23. uel 25. Iair. 22. Iephte. 6. uel. 7. Abessam. 7. Haiabon. 10. Abdon uel labdon. 8. Samson. 20. Helisacerd. 40.

Sub tutela Regum gubernarunt in regno iudae Saul cum quo samuel 40 annis. Dauid 40 annis. Salomon 40. annis. In regno diuisi Reges iudae seu duarum tribuum annis. Roboam. 17. Abias. 3. Assa. 41. Josaphat. 25. Ioram 8. Ochozias. 1. Athalia regina 7. Iosias 40. Amassias 29. Ozias 52. Ioatham. 16. Achaz. 16. Ezechias 29. Manasses 51. Ammon. 12. Josias 31. Ioachaz menses tres. Ioachim. 11. Iechonias uel Ioachim tres menses. Sedechias 11. Reges Israel uel samariae, quod erat regnum reliquarum tribuum ubi regnauerunt annis. Hieroboam. 22. Nadab. 2. Bassa. 24. Ela. 2. Amri. 12. Achab. 21. Ochozias 2. Ioram. 12. Iehu 28. Ioachaz 18. Iosias 16. Hieroboam 41. Zacharias 6. sellum 30 dies. Manahé 10. Paccia. 2. Paccé 20. Osee 9. hoc tempore fuit captiuitas Babylonica per septuaginta annos sub regibus

bus gentium Nabuchodonosor. eudmerodach. et  
Balthasar  
Sub tutela etiam Pontificum, qui ad sacra peragen-  
da eligebant, et suo etiam tempore populi curam ha-  
buerunt. scilicet Sadoe. Acsimas, Ioram, Augiter-  
mus. Mideas, Sudeas. Helius. Joathan. Urias. Neri-  
as. Hodeas. Sellum. Helchias. Zara, Iosedecus  
qui captivus ductus est in Babyloniam, postquam cap-  
tivitatem Pontificatum habuere iterum, qui non  
semper ut preteriti filijs proprijs reliquere: quales  
fuerunt. Iosedecus filius Iesus, sub quo templum re-  
edificatum est: Joachim filius eiusdem. Joarmes filius  
eiusdem. Sadius filius Sadius. Onias filius eiusdem,  
Symon filius eiusdem, Eleazarus eiusdem frater, Ma-  
nasses eius amicus. Onias secundus Symonis filius  
Symon eiusdem filius. Onias tertius Symonis filius  
sub quo narrantur gesta Machabaeorum.

Preterea sub tutela aliorum ducum post captivita-  
tem babyloniam de quibus in sacra pagina. scilicet  
Judas Machabaeus annos 3. Ionathas annis 19. Sy-  
mon. 3. annis. Hircanus 25. sub quo propter seditiones  
in illo populo excitatas inter Aristobolum, et Hircanum  
filios Alexandri de imperio dimicantes, postula-  
to auxilio a Romanis per Hircanum confirmatus est  
in Pontificatu a Pompejo duce Romanorum, et Aristobolo  
Romam ducto iudges facti sunt tributarii Romanis  
tem

templo postea a Cassio expollato, et post paucos annos  
 Herodem alienigenam habuerunt regem, sub quo na-  
 tus est Christus dominus. August. lib. 18. de civitate. c. 45.  
 Rem habuit in toto praedictae Historiae et narrationis de-  
 cursu in his quae ad statum totius Republicae Iudaeae vel  
 ad partem eius pertinebant cum Regibus Persarum  
 qui regnaverunt annis sequentibus. Cyrus 30. annis,  
 Cambyses 9. Fratres magi 7. mensibus. Darius 36, Xer-  
 xes 20. Artabanus 7. Artaxerxes 40. Xerxes secu-  
 dus duobus mensibus, Sogdianus 18. Darius nothus 19.  
 Artaxerxes Menon 40. Artaxerxes octavo 26. Arse  
 4. Darius Arsan filius 6. et subiecto regno Persarum  
 regnavit Alexander magnus 6. annis.

Sub Regibus Assyriorum seu Syriae et Assuae, qui reg-  
 naverunt annos. Seleucus seu Nicanor 52. Antio-  
 chus Soter 19. Antiochus Theos. 15. Seleucus galaticus  
 20. Ceraunus 5. Antiochus magnus 36. Seleucus  
 Philopator 12. Antiochus epiphanes 11. Antiochus  
 eupator 2. Demetrius Soter. 12. Alexander 10. De-  
 metrius secundus 13. Antiochus Sidetes 9. Demetrius  
 tertius 4. Antiochus Gryphus 12. Antiochus cicerus  
 13. Philippus 2.

Sub Regibus Egyptiorum annis. Ptolomeus Lagus filius  
 40. Ptolomeus Philadelphus 38. Ptolomeus evergetes  
 26. Ptolomeus philopator 17. Ptolomeus epiphanes 14.  
 Ptolomeus Philometor 23. Ptolomeus secundus ever-  
 gete

getes 20. Ptolomeus sother 19. Ptolomeus Alexand<sup>er</sup>  
 20. Ptolomeus Cleopatra filius 3. Ptolomeus diomi-  
 sus 30. Cleopatra 22. Postea regnarunt tibi Romani.  
 - Sub cæsaribus ergo Romani qui fuerunt Julius Cæ-  
 sar 4. Octavius Augustus 56. Tiberius 24. Caligula  
 3. Claudius 13. Nero 12. Galba septem mensibus. Octo  
 quattuor mensibus. Vitellius 3 mensibus. Vespasianus  
 9 annis. Titus 2 ann et 7 mensibus. et hic finit Syro-  
 uia hebræorum, qui habuerunt Reges a Semigenas 4  
 annos sequentes. Antiochus enim regnavit 2 ann,  
 Tammey seu Alexander 26. Alexandra 9. Hircanus  
 Pontifex 34. Herodes Rex 24. Archelaus dux 9. He-  
 rodes Tetrarcha 24. Agrippa 8, et hoc tempore reg-  
 num hebræorum omnino destructum, et contritum est  
 a Romanis, quæ ad formam et ordinem uerq et ordina-  
 ta Republica. cap 13. §. 6.

de ueteri testa-  
 mento in specia  
 9.

quantum ad uetus testamentum considerat script<sup>ra</sup>  
 sacra attendendo in specie quod significat proprie le-  
 gem dei quæ data est per moysen August. 18. Secunda  
 dei. c. 12. lib. 1. retract. c. 22. Large autem significat  
 legem moysis, et omne uetus instrumentum quæ d. Hi-  
 eron scribens Algasia elementa mundi uocari dicit,  
 quibus quasi elementis, et religionis exordij deum uoca-  
 mus: illa <sup>igitur</sup> obseruanda sunt in eo quæ respiciunt correc-  
 tionem morum, quæ sunt mandata de quibus dicit  
 ps. 18. mandatum domini lucidum est: illa sunt relin-  
 quenda

47

quenda. que respiciunt ceremonias legis et ritus sa-  
crificiorum. Hieron. lib. 2. aduersus Pelagianos -  
ostendit autem uetus testamentum promissionem ad  
filium per sex leges. prima in paradiso ante peccatum  
in prohibitione ligni: 2<sup>a</sup> post peruersionem et ex-  
pulsionem Adae et Euae. propter multiplicationem ge-  
neris humani. 3<sup>a</sup> in precepto Noe de fabricanda arca  
ante diluuium: 4<sup>a</sup> post diluuium in diuisione gen-  
tium: 5<sup>a</sup> tempore Abrahae de circumcissione, et immo-  
lacione filij. 6<sup>a</sup> in monte synay quando data est moysi  
lex, qua moralia, iudicialia, et ceremonialia precep-  
ta continebat. 7<sup>a</sup> fuit lex illa qua dicit spiritus seu  
gratia qua peccatum auferit, et a Christo domino lata  
est.

§. 7  
considerat praeterea scriptura quantum ad cognitio-  
nem ex ea auerendam. et hoc uel per studium et diligen-  
tiam omnes affectando scientias naturales, quae de omni-  
bus necesse est uero futuro interpreti habere notitiam  
nulla enim est scientia, aut perfecta naturalis cognitio  
qua ibi aut in partem, aut in totum non contineat.  
perlectorem etiam cognitio sacre scripturae aucte primo  
totum textum biblicae non semel, et ossitantem, sed magna  
cum attentione perlegendo: secundo methodos et locos  
communes uniuersae theologiae seruando quae leguntur =  
Clemens de uera religione. Dionysius in hieridion ad  
Sacerdotium. Origenes de ecclesiasticis dogmatibus. Cy-  
prianus de fide ad Petrum: Augustin. de doct. christi.  
Sententiae Prosperi de spiritu et littera. Ioannes damascenus

cognitio ex sa-  
cra scriptura  
auerenda

de natura et gratia. Petrus Lombardus de meritis pec-  
catorum. Joannes roferus de fide et operibus, olim  
cardinalis de perfecti iust. Tertio Synodias eccles-  
iasticas evolvendo, vitas sanctorum martyrum et Pon-  
tificum perlustando, canones et concilia videndo, Respo-  
sa eximiorum theologorum addiscendo, libros decret-  
rum advertendo, tractatus etiam officiorum episcoporum  
et aliorum ordinum aspiciendo, eos etiam libros qui  
ad ritus et ceremonias dispensandi sacramenta perti-  
nent perlegendo. Postremo quattuor ecclesie eximi-  
os doctores. Hieronymum, Augustinum, Ambrosium  
gregorium magnum, cum Angelus Thoma, et seraphi-  
co Bonav. conspiciendo, nec ex grecis Basilium magnu  
origenem. Crisostomum, gregorium nazianzenum  
et Cyrillum despicias. Legas ex latinis Cyprianum  
Hilarium Bedam, et Bernardum perlegas, et ex neo-  
thericis et licioribus Rupertum Tuvicensem, dionisiu  
Ricelium, Thomam Caietanum et Joannem echiunam  
plectaris.

Deinde per observationem ordinis notando perpetuam  
et continuam librorum utriusq; testamenti seriem pro-  
priam libri, atq; ad ea loci cuiusq; significatorem, dili-  
gentem, tum auctoris tum loci atq; temporis investiga-  
tionem comodatam, et idoneam argumentinarrationes  
artificiosam generum in suas partes distributionem, di-  
lucidam partium subdivisionem; brevem rerum prae-  
cipuam epilogum, seu epitomen. In gratia dili-  
gen



148  
genter observat in toto biblic corpore. <sup>et</sup> singulis sacris  
scriptura voluminibus.

Deinde per usum colligendo multos ex divina scriptura  
locos. Primo de deo, angelis bono, angelis malis, ecclesia  
lapsu hominis, peccato originali, voluntate seu arbitrio,  
lege, peccato, et sic de alijs communibus vocabulis quae  
in alia dividuntur, ad quae cuncta reducat, et repetat  
et memoria teneat, ex quibus ad altiora progredietur,  
deinde amplectatur quae publicas disputationes et de  
clamationes doctorum, inuestiget etiam dialecticum  
artificium, et Rethoricum bonorum auctorum, para  
phrasin dialogum, commentationem, Epithomen et  
sermonem extemporaneum praestendat. Vllam uicentis  
de recte formandi studio theologico.

Praeterea per considerationem finis. Notando duplicem  
esse studiosorum finem; alter est uera pietate profice  
re, quod contingit ascendendo per septem gradus. Pri  
mus est timore conuerti ad uoluntatem dei cognosce  
dam. Secundus mitescere pietate, nec diuina contra  
dicere scriptura: tertius diligere deum propter deum ex  
tota anima, et proximum propter deum sicut seipsum,  
Quartus per fortitudinem exercere iustitiam: quintus  
misericordia animam tumultuantem purgare. Sex  
tus diligere inimicos, quo purgat oculus ad deum ui  
dendum: Septimus est ipsa sapientia, ad quam cum per  
uenit homo pacatus fuit ea. August. lib. 2. de doctrin  
Christ. c. 7.

Alter

Alter studiosorum finis est docere alios; salubria  
dare consilia, atq; ex verbo dei viam hominibus ad coe-  
lum monstrare quae ad salutem perveniant sempiter-  
nam; ac putare nil ita difficile esse, quod non pateat,  
si lectioe continua observetur; meditatione per mo-  
dum et causam ratione investigetur, oratione deuota  
et suspirijs a deo postulet. exercitio pietatis quae grat.  
August. lib. de mor. eccl. c. 7. §. 8.

Consideratur deinde sacra scriptura quantum ad direc-  
tionem, nam omnia quae scripta sunt in sacra pagina  
diriguntur ad res gestas veteris testamenti, et Christi in no-  
vo testamento: et haec admittunt omnes interpreta-  
tionis species, nempe Historicam quae ad nudam facti se-  
riem; allegoricam referendo ad corpus mysticum; tro-  
pologicam, si ad nostros actus referamus, qui in Christi  
debent regulari; Anagogicam in quantum ostensionem  
in Christo uter gloria: dirigunt etiam quae scripta sunt  
in ss ad ecclesiam militantem, quae tribus possunt ex-  
plicari modis, per interpretationem scilicet Historicam;  
ethicam, seu tropologicam; <sup>et</sup> Anagogicam. diriguntur  
et ad triumphantem ecclesiam, quae duplicem tantum  
habet sensum, historicum scilicet et anagogicum. Et  
sic sensus literalis sine historicus convenit omnibus  
sacra scriptura locis, mysticus vero tantum paucis ss. lo-  
cis convenit, et adaptat §. 9

Allegoricam

non omnibus.

Considerat tandem divina scriptura quantum ad distri-  
butionem librorum veteris testamenti. Ex quibus quin-  
§

quod sunt legales qui leges et iudicia ore dei edita enun-  
 ciant, et diuisione in genesis, ubi agit de creatura  
 coeli et terra, de mundi et generis humani, rerum etiam  
 creaturarum exordio; de diluuiis, Archange, diuisione  
 terra, confusione linguarum, descriptione gentium,  
 seu populi dei electione, et descensu in Egyptum p.  
 50. capita.

distributus librorum  
 sacra scripturae  
 Libri Legales

exodum seu exitum ubi agit de afflictione populi  
 dei, preservatione miraculosa moysis, de eius uocatio-  
 ne, decem etiam plagis, corporali quoque exitu filiorum  
 Israel de egypto, liberatione eiusdem populi, tran-  
 situ maris Rubri, subuersione Pharaonis, et pugna  
 Amalec. cum israelitis; lege etiam data in monte synay  
 et diuina preceptis, de arca foederis, et constructione  
 tabernaculi, uestibus sacerdotum, et eorum demun-  
 datione per capita. 40.

Leuiticum seu de his quae ad externum dei cultum per-  
 tinent, ubi agit de ceremonijs et legibus sacrificij, et offe-  
 rendorum, sacerdotij et consecrandorum, edulij, et uba-  
 riorum, mundorum aut immundorum, Purificatione &  
 Subiugo. Iurasse et solemnij uotorum et promissionum.  
 incidenter quoque de preceptis moralibus et iudicialibus.  
 de obsequijs prestandis, et ubi de legibus tabernaculi, uten-  
 silium, et indumentorum, habet cap. 27.

In numeros seu de ordinibus filiorum Israel, ubi agit  
 de numero pugnantium, oblatorum, ministrorum, Leuiti-  
 rum nempe et sacerdotum; exploratorum, peccatorum  
 Chore

Gore datham et Abyron, genitorum in deserto, ma-  
sonum in Heremo, et presidiorum, ad qua poterant  
filij Israel confugere per cap. 36.

Deuteronomium seu epythomen legis mosayca, ubi  
labores itineris ab israelitis perpetui repetunt, foederis ar-  
ca, precepta iudicialia, ceremonialia, et moralia tanguntur;  
officia ecclesiastica declarant, benedictiones et ex-  
missiones divina ad bonos exprimunt, maledictiones  
quoque in transgressione declarant; Perducit Moysi<sup>us</sup>  
et benedictio tribuum Israel habet. c. 34. qua ducatus  
Moysi indicant

§. 10

Libri Historiales;

Post libros legales sequuntur in sacra pagina Historiales  
Libri decem et septem in quibus antiqua Historia ex-  
primunt. Scilicet Josue, qui de transitu Jordanis, de  
subversione regnum hostilium et impiorum, de in-  
troductione populi dei in terram promissam, de divisio-  
ne terrae sanctae, obituque ducis agit per 24. cap.

Judicum in quo agitur de Principibus iudicibus ac de-  
fensionibus populi Israel, de triumphis et victorijs  
hostes habitis. per cap. 21.

Ruth, in quo de conversione ad Iudaismum, de vitia et  
moribus eius, de occasione matrimonij per excessum  
propinquioris, ex quibus Christus dominus descendit  
agitur. per 4. cap.

Primum Regum ubi de gubernatione populi Israel per  
iudices, de electione Regis saul, et eius regimine, de  
gestis eius, et morte tractat. per cap. 32.

Secun

54  
Secundus Regum <sup>qui</sup> continet regimen populi per dauid,  
eius etiam facta et gesta narrat per cap. 24.

Tertium Regum in quo mors dauid manifestat suc-  
cessio, regimen quoque et salomonis gesta, aliorumque  
regum Iuda, et Israel exponunt per 22 capita

quartum Regum qui casum et ruinam regni Iu-  
da et Israel propter regum suorum prauaricationes  
exprimit, de captiuitate etiam populi de subuer-  
sione ierusalem ac templi multa dicit per 25 capita

Deinde subsequuntur libri paraly pomeron seu preter-  
missorum ad supplementum hystoriae sanctae. Primus  
ubi genealogia, electio, iudicio, gubernatio, virtutes  
et res gestae dauid repetuntur per 29 capita,

Secundus ubi de integro et iuncto regno salomonis,  
et postea diuiso tractatur per 36 capita.

Accedit esdras qui habet quattuor libros, in primo  
Reductio israel de captiuitate Babyloica, et instruc-  
tio populi per esdram reducti sub Ierusalem Iosedec.  
qui fuit sacerdos magnus. habet cap. 10.

In secundo negum restauratio muri ciuitatis Ihe-  
rusalem et correctio malorum in ea subortorum de-  
clarat per cap. 13.

In tertio qui incertus et Apocryphus habet repeti-  
tio aliqua circa captiuitatem Babyloicam, quae con-  
tingerunt sub Zorobabel, et esdra alibi iam scripta per  
9. cap. / In quarto, qui non habet in canone quae  
dam

dam visiones et somnia circa populi iudaeorum libe-  
rationem, et captiuitatem, restorationem quoque  
templi exprimentur per. 16. cap.

Deinde sequitur liber Thobia, in quo probatur Tho-  
bia, uaria eius uirtutum ornamenta, ministerium  
archangeli Raphaelis, institutio liberorum, et ser-  
uatae matrimonij docentur per. 14. cap.

Iudith. ubi de liberatione israel a persecutione Ho-  
lofernis, de oblatione Hierusalem, et Bethulia po-  
puli quoque hebrei, de honestate Iudith, de interfectio-  
ne Holofernis tractatur per. 16. cap.

Esther. ubi exemplum de cruce conspicit conuiu-  
tium Assueri, crudelitas Aman, occisio eiusdem perpende-  
ntiam Esther procurata; exaltatio Mardochei, et  
iudaeorum liberatio indicat per. 16. cap.

Iob. ubi afflictiones et consolationes iustorum exprima-  
tur, patientia ipsius perfectio et disputatio, quam ha-  
bit cum amicis; prudentia dei, et resurrectio ho-  
minum traduntur per. 42. cap.

Tum etiam libri machabeorum in quibus agitur de  
propheta, inter hebreorum duces, et reges Persarum. de  
liberatione quoque populi sub mathathia, Ionathia et  
Symeone per. 16. cap.

In secundo repetuntur quaedam dicta in primo libro  
et supra adduntur aliqua, de martyrio septem fratrum, tri-  
bulatione populi, et eius liberatione per Iudam Macha-  
beum

beum per. cap. 15. Post Historiales libros sa-  
pientiales sequuntur in quibus uera prudentia ad  
bene uiuendum docet, qui quinque sunt scilicet  
Psalterium, in quo de modo laudandi deum agit  
et de Christi domini diuinitate, humanitate, passio-  
ne, resurrectione, ascensione, et aduentu ad iudicium,  
de poenis peccatorum, et beneficijs diuinis tractatur  
habet psalmos. 150

Libri sapien-  
tiales

Proverbia de dictis sapientium, qui moralem philo-  
sophiam, instructionem nempe et disciplinam incipien-  
tium seruire des, correctionem morum, virtutumq;  
informationem propagat per cap. 31.  
ecclesiastes seu concionator, qui uanitatem rerum  
mundi, contemptum uitiorum, et profectum in uia  
dei ambulantium, per naturalem philosophiam. habet  
12. cap.

Cantica canticorum, seu epithalamiorum, que  
uiriuisti perfectionem, contemplationem animam sanctam  
et Christi domini cum ecclesia coniunctionem, mu-  
tuamq; amorem inter sume sponsam et sponsam ad-  
uertit. per. cap. 8.

Sapientia, que iudicia instruit regimen prela-  
rum, et conseruationem iustitie demonstrat, contem-  
ptum idolorum notat, et de aduentu, et de passione  
Christi, qui est uera sapientia tractat. per. 19. cap.  
ecclesiasticus seu congregator populi ueruersi insti-  
tutio

tutionem, obedientiam nempe subditorum, et instruc-  
tionem morum intendit, nobilitatem sapientia ma-  
nifestat, et sanctos viros ex professo laudat per cap

51.

§. 12

libri prophetales

diuidit et dicta sacra pagina in libros prophetales  
in quibus futura prędicunt, seu reuelationis, et o-  
racula diuina ostendunt, ex quibus quidam sunt  
maiores scilicet, Isaias qui sub Rege Ioachon Ach-  
az. Ezechia Regibus iuda, contra iudgam et Mem  
deinde contra gentes Babylonem Philistos da-  
masum, ubi etiam de aduentu Christi in carne, et  
eius passione; de uocatione quoque gentium prophe-  
tauit per cap. 66.

Hieremias qui prophetiam suam contempsit in diebus  
Josia Ioachim filij Josia, et Sedechia eiusdem filij  
usque ad quintum mensem captiuitatis Hierusalem,  
ut in istolis placuit Origeni. Rom. 1. in iuda et Ben-  
iamin, <sup>ut</sup> Hieronimus uidet de futura siccitate et  
aduentu Regis Babylonis tractat; et captiuitatem  
iudorum, destructionem quoque Hierusalem in thre-  
nis suis maestissime lamentat per cap. 57.

Baruch qui post destructam Hierusalem per Chal-  
deos ad captiuos in Babylonia de pręnunciatione  
reditus populi <sup>de</sup> israel, et de his que uenerunt  
in fine mundi agit, et per orationem Hieremie pro  
§.



52

Subee idolotria captiuitatis causa ostendit et ido-  
lorum falsitas detegit per cap. 6.

Ezechiel qui tempore captiuitatis cum daniel fuit  
ut dicitur August. in ps. 64 ostendit; prophetauit eis  
qui cum eo captiui fuerunt de sceleribus Iudaeorum, de  
ruina Hierusalem, et de reparatione illius agit per  
multas uisiones. continet cap. 48.

Daniel qui fuit tempore captiuitatis predicauit  
in Babylone populo Iudaico, agit de mundi monar-  
chia, de potestate, et aetheritate Regni Christi, de  
Historia Susanna, destructione Bellus, et interfeci-  
one Draconis. per cap. 14.

Quidam sunt prophetae minores, qui scilicet  
minora scripsere uolumina, et sunt numero duode-  
cim. Nempe. Osee qui subdicit et Hieroboam con-  
tra Samaritaniam, seu decem tribus de idololatria populi  
Israel per meretricem significata; de inundatione  
peccatorum cum admonitione, ut filij Israel ad do-  
minum conuertantur. Verba facit, per 14 cap. 11.

Joel cuius propheta facta est eisdem temporibus  
quibus Osee, ut placet Augustino. lib. 18. de ciuitate  
dei. c. 27. cum Hieronimo in prologo eiusdem ad tri-  
bum Iuda et Hierusalem dicitur; consumptionem  
terrae Iudaeorum per grucam, brucum, locustam, et  
Rubiginem, Iudicium futurum, et spiritus sancti ef-  
fusus

fusionem manifestat per cap. 3. // Amos qui  
predicauit contra gentes finitimas. Damascum, ga-  
zar, Ascalon, Azotum, Accaron, Tyrum, Sidonias,  
Theman, filios Amon: de sceleribus Iudaeorum, de  
ira dei et uindicta super uentura: de poenitentia  
quodq; finali ad quam uenire praedicit, sub Ozia Re-  
ge tempore isaia, habet cap. 9.

Abdias qui tempore Regis Josaphat (ut placet Altha-  
naso) prophetauit contra Iudaeos, et persecutores fi-  
liorum israel: de uenturis super edon, seu esauca,  
Samaritanis, per. 1. cap.

Ionas qui sub Rege Ozia et Hieroboan prophetauit  
Niniuitis, sub quo nomine salutem gentium pro-  
gurat; subuersionem ciuitatis minat, nisi ege-  
rint poenitentiam per. 4. cap.

Micheas qui regnante Ioathan (ut dicit Althanasus)  
in synopsi contra Hierusalem et Samariam; contra  
Achab et prophetas seductores prophetauit; de uasta-  
tione, et captiuitate Samaria; de interitu Principu  
israel, et pseudo prophetarum; de ingratitude iusti-  
am, et malitia eorum per. 7. cap.

Nahum qui texuit uaticinium suum est tempore  
quo Micheas Assyrijs, et praecipue Niniuitis iterum,  
relapsis de iudicio, et interitu illius uenturo praedicauit

f. 3. cap.

A

50  
Abachuch. cuius propheta emittit tempore capti-  
tutatis duarum tribuum sub Manasse aduersus  
Babylonem, et Nabuch<sup>us</sup>. S<sup>m</sup> Hieronimus ad Chro-  
nium prophetauit. continet disputationem  
eiusdem prophetae ueritas, cur scilicet in hoc mundo  
iusti conculcentur, et prospere cedat impijs; passiones  
Christi tangit, aduentum domini, et subuersionem  
regni Babylonici declarat per. 3. cap.

Sophonias, qui scripsit prophetiam in diebus Iosue  
filij Amos Regis Iude, ut placet Augustino lib. 18  
de ciuit. c. 33. in Hierusalem, et uniuersam Iudam  
ac deinde contra gentes de seruatore, et resurrectione  
eius; de iudicio dei contra falsos deos, et gentes ex-  
traneas: et de consolatione populi israel propheta-  
tas per tria capitula.

Aggeus qui s<sup>m</sup> Augustin. lib. 18. de ciuit. c. 35. sub  
Zorobabel et Dario; Zorobabeli, Iesu filio Iosedech  
et omni populo qui erat in Iudaa et Hierusalem  
de reuersione Iudaeorum, templi edificatione reuo-  
latione Ciuitatis, et aduentu Christi mentionem facit.  
per. 2. cap.

Zacharias, qui duobus mensibus post Aggeum ut  
patet ex Hieronimo. in eiusdem prologo predicauit  
eisdem quibus Aggeus. de liberatione Iudaeorum, et in-  
dulta contra inimicos eorum; de similitudine aduentus  
Christi

Christi; et passionis eius dem agit. per capita .14.  
Malachias qui propheticis spiritu illustratus, uati-  
cinatus est post reditum Babylonis, eo tempore quo  
Zacharias, sup israel; licet non contraeam; de  
abiectione populi iudeorum, et sacrificiorum eius,  
de aduentu Christi et uocatione gentium tractat p  
4 cap.

Summa librorum et capitum ueteris testamenti et  
q̄ habet libros .45. capitum uero .1075.

Novum u<sup>o</sup> testamentum (quod in eius diuisione  
postea late et distincte patebit) habet libros .27. ca-  
pita .260.

Specialiorem et  
magis distinctam  
diuisionem ~

tam igitur ad omnium predictorum particularis  
explicationem des dante accedamus.

cap. 13  
De prima Parte principalis  
Librorum ueteris  
~ testamenti ~

Specialis diuisio  
genesis.

Prima ergo pars librorum ueteris testamenti est  
Legalium, que diuidit in quinque, scilicet genesin  
ubi agit de constructione celi et terra, aquarum  
omnium, lucis, piscium, et animalium, hominum quo-  
q̄. De requie etiam dei, et benedictione hominis, per  
considerationem septem dierum .c. i.  
de transgressione Adæ, eiusdem ex paradiso eiectione  
ubi

54

ubi erat lignum pulchrum, et ad uescendum suauis.  
Lignum uita; et lignum scientia: fluminis etiam qui  
diuidit in Byson genon. Tigrin, et eufratem cap.  
De Poenitentia, poena consolatione Adami. et e  
ua. c. 3.  
decede Abeli facta per fratrem, qui maledixit, et des  
perat; narratq; genealogia Adami usq; ad Noe. c. 4.  
transfertq; enoch. c. 5.  
De diluuii cuius causa fuit malicia hominis: et  
arca Noe constructa. c. 6. ingreditq; eam Noe, et in  
iordanu aqua, et morit omnis caro. c. 7. requiescit ar  
ca, aret terra. precipit multiplicatio. c. 8. egredit  
Noe de arca, adorat et paciscit cum deo. confirmat  
matrimonium, usus ciborum, et gladij potestas tradit  
cap. 9. Propagat genus hominum in filijs Noe: in  
cipiunt regna, et monarchia. c. 10. Diuidiunt gentes  
construit Babel, et contigit confusio linguarum. c. 11.  
De dispersione nationum, egressio<sup>ne</sup> Abraham de pa  
tria sua. c. 12. ubi notat quomodo Abraham recipit  
promissionem de Christo: et terra Chanaan, q; defi  
cat altare, et rapta uxor a Pharaone restituit; parti  
e Iordanem cum loti, et sibi retinet Chanaan. c. 13.  
Liberat loti ab hostibus et offert ab espanis et uini  
ipti Meledisedec. c. 14. petit prolem pro mittit Isaac  
et terra Chanaan. c. 15. utit ancilla ad suscipiendas  
prolem. c. 16. Recipit symbolum circuncisionis. cap

17. colligit angelos Sospicio, prędicat ei sodomorum  
destructio. c. 13. orat pro loth in subuersione sodo-  
me. c. 19. Rapit ab Amalech uxor quam simulat  
sororem c. 20. concipit Isaac et edut. c. 21. immo  
lat Isaac. c. 22: sepelit sara. c. 23. Rebecca accipi-  
t in uxorem Isaac. c. 24. ducit Abraham Ceturam  
secundam uxorem, diuidit hereditates in filios, le-  
gitimum Isaac, et concubinarium ismaelem. c. 25.  
De generatione Iacob ~~et Isaac~~, qui prędicat domi-  
nurus Fratri maiori esau: dicit pacificus et alter  
rufus et iratus: probat in aduersus in fame, et in pros-  
peris inuocando deum. c. 26. instruit a matre ut  
pręcipiat benedictionem, et fugit. c. 27: obedit patri  
et pergit ad laban et recipit in itinere oraculum. c. 28.  
Pascit eum laban, seruit pro Rachel, cuius fructus  
coniugij connumerant. c. 29. Acquirat bona tempo-  
ralia, nascit<sup>ei</sup> Joseph. c. 30. persequit<sup>eum</sup> laban rede-  
renda eum uxoriq. c. 31. timet esau et ei muneramit-  
tit. c. 32. recipit eum cum letitia. c. 33. recipit in-  
iuriam a Sichen, qui dinam opprimit. c. 34. Venerat  
et patrem in ciuitate Mambre sepultum. c. 35. Secer-  
nit ab esau.

De genealogia ismaelis et esau in suos filios et des-  
cendentes. c. 36.

De descensu filiorum israhel in egyptum, ubi primus  
Ioseph uendit a fratribus, qz eos accusauerat, traditio  
ma

55

Madianitis. c. 37. et ibi incestus Iudæ cum nuru sua  
Thamar. c. 38. Secundo incarcerat iniuste ob pudri-  
ciam, et continentiam seruandam. c. 39. tertio  
acquirat mentis illustrationem. c. 40. Quarto som-  
nia Pharaonis de bobus et spicis crassis, et tenuibus  
de clarat; et assignat ad regimen Regni Egypti. c. 41.  
quinto descendunt fratres in Egyptum, ubi agnoscu-  
nt a Ioseph, qui petit ab eis minorem fratrem Benia-  
min. c. 42. Sexto remittunt fratres Ioseph cum Be-  
iamin, et dormis ut pater descendat in Egyptum. c. 43.  
44. et 45. Septimo descendit pater cum filiis et  
nepotibus. c. 46. Octavo collocat in Egypto cum fi-  
liis a Pharaone; et ibi egrotat mortuus. c. 47. et  
48. Nono benedicit Iacob omnibus filiis, et uentura  
eis annunciat de Christo etiam per Iudam uentura  
verba facit. c. 49. Decimo morit Ioseph in Egypto  
et adiurat fratres ut eius ossa inde secum ad promissam  
terram asportent, quando exierit de Egypto; qua  
riam libertatem indicat. c. 50. §. 2

2<sup>a</sup> Pars librorum legalium est exodus in quo  
agitur de afflictione populi Iudaici, quorum filij ab Eg-  
gyptijs crudeliter occidunt. c. 1.

de miraculosa preservatione, qua seruat ab obstetri-  
cibus Moyses, et a filia Pharaonis in filium assumitur  
c. 2. de mandato diuinitus accepto, ut liberet Moy-  
ses populum. c. 3. et 4. de ingressu Moyses et Aaron

specialis diui-  
sus libri exodij

ad Pharaonem ad petendum ut dimittat populum  
qui negat petitionem. c. 5. et 6. De Prodigijs et  
miraculis seu decem plagis a moyse in egypto in soci-  
etate Aaronis excitatis, ubi:

mutantur flumina in sanguinem. c. 7. Producentur  
ranae in toto egypto. c. 8. generantur cinifes eodem  
cap. oriuntur muscae caninae eodem cap. moriuntur  
iumenta. c. 9. ulcerantur homines et iumenta eodem  
c. grandinat, et flat ignis eodem. c. Locustae cum-  
ta comedit. c. 10. tenebrae apparent tri duana eodem  
cap. occiduntur primogenita in homine et iumento  
c. 11.

De egressu filiorum israel et spoliatione egypto-  
rum, ritu edendi agnum in memoriam libertatis  
quam consecuti fuerunt, de servitute quadetine  
bant. c. 12. et 13.

De submersione egyptiorum in mari, de gratiarum  
actione pro beneficio suscepto. de murmuratione po-  
puli, pluvia mannae et coturnicum. c. 14. 15. 16.  
17. 18. et 19.

De Praeceptis divinis quae sunt in triplici differentia  
nam sunt praeccepta moralia in decalogo contenta in  
duplici tabula manus ipsius mei omnipotentis exarata  
quorum notitia habet ex Prima tabula quae contine-  
bat fidelitatem eum deum scilicet non habebis deos a-  
lienos coram me; Reverentiam scilicet non assumes  
no



56

Nomen dei tui in Vanum. obsequium. memento ut  
decem Sabbathi sanctifices. et ex secunda tabula  
qua continebat. honora patrem tuum. Non occides,  
non machaberis, non fur non facies; non loqueris fal-  
sum testimonium contra fratrem: non desiderabis  
uxorem, seruum, ancillam, et alia. non concupisces  
domum proximitus. cap. 20.

De Preceptis iudicialibus ubi ostendit iustitias obser-  
uanda inter homines in contractibus emptionis ut de  
seruo empto, et de filia in ancillam uendita. c. 21.  
de contractu depositi. c. 22, mutui, comodati, usu-  
rarium, <sup>et</sup> pignoris,  
et de iustitia obseruanda in poenis talionis ubi reddat  
anima pro anima, oculus pro oculo, dens pro dente  
manus pro manu, pes pro pede, adustio pro adustione,  
uulnus pro uulnere, liuor pro liuore. Et in poenis  
delicti scilicet idololatria. c. 20. Somnicidij. c. 21. fur-  
ti. c. 22. coitus contra naturam eodem cap. maleficij  
dicantis, et corrupti muneribus. c. 23

De Preceptis ceremonialibus, que sunt determina-  
tiones prima partis decalogi, que respicit deum, que ab  
7 hominibus pie solent per sacramenta scilicet circumcis-  
sionis in genestis, <sup>et</sup> unctionis Regum in libris regum.  
et per sacrificia ut <sup>est</sup> immolatio agni paschalis. c. 24. et  
iuge sacrificium leuitici. 6. in figuram perfecti sacrificij  
Christi. Et Per Ritus uarios, qui spectant ad cultum dei  
verus.

Verum scilicet de primitiis offerendis c. 25. de  
confectione tabernaculi, situ et forma arcae, Propitia-  
torij cherubin, mensae, sacrorum vasorum, candele  
Labri, Lucernarum. Veli, altaris, attrij, olei, que  
declarant. c. 26. et Repetunt c. 35. 36. 37. 38.  
39. et 40. De ornatu Aaron et filiorum eius  
c. 28. de modo consecrandi sacerdotes et offeren-  
di pro eis. c. 29. de altari thymiamatis, et labris  
eis c. 30. de precepto sabbati. c. 31. agit et de ri-  
tibus, qui spectant ad cultum dei falsum, ob quem mo-  
yses fregit tabulas. c. 32. qua restituerant ad poenite-  
ntiam populi. c. 33. et 34. §. 3.

Specialis diuisio  
Libri Leuiticij

3<sup>a</sup>. Pars principalis Librorum legalium est Le-  
uiticus. ubi agit de sacrificijs, in quibus consideran-  
tur differentie scilicet ut animalia, armenta, aues  
res arida, ut similla et thuris: Liquida ut vinum et  
oleum, que dicunt sacrificium, oblatio, libatio. fiant  
hæc in holocausto. c. 1. et 2. in hostia pacifica que  
erant ex auiibus. c. 3. pro peccatis commissis per igno-  
rantiam. c. 4 et 5. <sup>ex</sup> proposito. c. 6. et 7.  
considerant et persona pro quibus fiunt sacrificia  
an scilicet sit persona publica necne, nam pro popu-  
lo offert vitulus, Pro principe Aircus, pro sacerdote Vi-  
tulus et hæc animalia debebant esse immaculata. c. 4.  
Pro anima vero cuiusq; privata persona offert immu-  
culata

5

culata capra, aut ~~est~~ ovis; Duo turtures uel pulli columbarum, Similia pars ephi decima. c. 4. et 5. considerat etiam tempus uel inter pollatum diuersis temporibus. c. 1. 2. 3. 4. et 5. uel omnibus diebus iuge sacrificium. c. 6. locus etiam attendit scilicet uel sacer ut altare. et ostium tabernaculi. s. profanus. causa similiter attendunt offerendi. scilicet sponte, casu, aut necessario, precepto us primitia frugum, uuarum, et fructuum. decima, et primogenita animalium.

Secundo agit principaliter in leuitico de consecratione sacerdotis Aaron et filiorum eius, ubi obseruant tria scilicet ritus, quo usus est Moyses in consecratione sacerdotum, qui statim ut iussit dominus obtulit Aaron et filios eius uestitos tunicis lineis, balthes cintos, et mythra ornatos; postea unxit et consecrauit eos oleo; consecratos deriq; dies et noctes in templo manere precepit. c. 8. obserua et usus quo executus est Aaron officium suum offerendo pro se et populo uictulum, precando pro populo apparendo ibi deus in signum probationis. Poena etiam filiorum ministrantium sacra, interitus scilicet Nadab, et Abiu, qui uino aliquantulum obruticum sacra minus solemner peregissent extincti sunt c. 10. 3<sup>o</sup> agit in eodem leuitico de discrimine ciborum quatenus animalia omnia que sunt immun-

consecratio sacerdotum

ciborum differentia.

¶

do legali documento distinguebant in gradientia  
quorum alia ungulas hēre diuisas, et comesta rumi  
natione regeunt, qua habent munda, ut vitulus  
ovis, capra, cervus et alia huiusmodi: aliarum  
nant sed ungulam non diuidunt ut canellus, Lepus  
Cherogrillus que habent immunda; si induit ungu  
lam et non ruminant ut sus et alia que sunt immū  
da. Alia animalia sunt uolatilia et hec rursus  
uel prohibita ut Aquila, grifas, alietus, uultur, mil  
uus, coruus; et alia uel uolatilia repentia quattuor  
gradientia pedibus immunda habent. Permittunt  
et autem que quattuor habent crura sublimiora pedi  
bus quibus a terra salient, ut bruceus, atagen, lacus  
ta, lacerta et similia. Aquatica que pinulas ha  
bent et schamas munda sunt, ut trigla, scarrus, glau  
cus etc. que uisus carent uel aliqua erunt, ut sepia  
que solum habet schamas immunda sunt. Repē  
tia animalia immunda habent ut serpens, mustella  
crocodillus et alia similia. c. 11.

Leges purifica  
tionis -

Agit quarto principaliter de legibus purificatio  
nis ubi non solum bruta animalia reddunt immū  
da, sed et contaminant, et quidem homines singuli  
et privati contaminant puerperis, lepra emanatio  
ne sanguinis, fluxu seminis, idololatria, ritibus  
quo purgant. c. 12. 13. 14. et 15. totum uero Reipu  
blica.

58  
huius corporis, de cuius cura se reformatione. c. 16. 17  
18. 19. 20. 21. et 22. Res quoque inanimata pol-  
luerunt ut sanctuarium tabernaculum altare, &  
vasa templi, quae expiant iuxta formam capitis. 16.  
quinta principalis pars leuitici est in qua agitur de  
Legibus solemniorum, quales sunt feriae domini, quae  
tempore illo celebrabantur. scilicet Sabbathum, qui  
est dies septimus requiei: Phasce seu transitus deci-  
ma quarta mensis, quando immolabat agnus pasche-  
lus; festum azimorum, per septem dies post phasce  
proximos. Pentecoste quinquagesimus dies ab ob-  
latione primitiarum; festum tubarum prima die  
mensis septimi. feria tabernaculorum decimaquin-  
ta die mensis septimi per septem dies; Sabbathum  
terrae seu annus septimus quo omnis terra quiescit:  
Iubileus seu annus quinquagesimus, in quo omni  
revertuntur in antiquum statum; quibus annis numerant  
panes propositionis, quorum ritus explicant. c. 24  
& promissiones servandis mandatis, & poena in-  
fligenda peccatoribus. c. 26.

Sexto Principaliter sic liber tractat de Legibus Leges uotorum  
uotorum, quae debent observari & fieri uel de per-  
sonis, uel de rebus offerendis, redimunt autem uota  
et decima estimatione partis, et ceteris c. ultimis.

Tunc accedit liber numerorum quartus in ordine  
Legatum, in quo agitur de numero pugnantium et pro-  
ponit

Leges solemniorum

Liber numero-  
rum.

numerus pug-  
natorum. et  
ducum.

ponunt duces, ex tribu Ruben. Elizer filius sedim  
Symeon Salameel filius sarisadai, Iuda naason  
filius Aminadab. Isachar Nathaniel filius Isaac  
Zabulon Eliab filius elon, Ioseph filiorum ephraim  
elsama filius Am<sup>us</sup>. Manasse gamaliel filius  
Phadasur, Benjamin Abidan filius gedeonis; da  
Achizer filius Amizadai, Aser pheguel filius sera  
gad eliasaph filius ducl; nephtali abra filius du  
el; qui sunt figura apostolorum; sicut per Moysen  
et Aaron intelligit mystice Christus dominus.

numerus apto  
rum ad bellum

agit de numero populi et hoc uel apti uel non ap  
ti ad bellum, non apti ad bellum quales inter omni  
erant mulieres propter fragilitatem sexus; serui  
propter degeneracionem, alienigena propter barba  
riem: apti uero ad bellum a viginti annis p<sup>er</sup> suas  
Stationes, classes et officia per singulas tribus inue  
nti sunt in tribu prima. 46500. in secunda tribu  
59300. in tertia 74600. in quarta 54400. in  
quinta 57400. in sexta 40500. in septima 32200  
in octava 34400. in nona 62200. in decima  
41500. In undecima 43650. In duodecima 53.  
400.

numerus obla  
torum.

agit de numero oblatorum in die unctiois ta  
bernaculi per dies decem principes, qui obtulerunt  
in conspectu tabernaculi sex plaustra. et duo decim  
boves, perdebant autem singuli integrum bovem  
binj

bini plaustrum, et ita sorte contigerunt, personis =  
plaustra duo et quattuor boues iuxta ordinem ministri-  
terij: merarius quattuor plaustra et octo boues.

In dedicatione altaris per duo decim dies continuos  
obtulissent singuli principes in singulis diebus acetabulum  
argenteum pondere centum et triginta sic-  
clorum, phialam argenteam habentem septuaginta  
siclos iuxta pondus sanctuarij; utrunq; plenum si-  
milla conspersa oleo in sacrificium; mortarium  
ex decem siclis aureis plenum incenso; bouem de  
armento, arietem et agnum amiculum in holocaustum;  
Hircum pro peccato, et in hostia pacificorum,  
boues duos, arietes .5. Hircos .5. agnos amiculos  
quinq; // Summa ergo oblatorum in dedicatione alta-  
ris acetabula argentea duo decim siclorum 240  
phiala argentea .12 pondere sanctuarij; mortarium  
laurea .12 siclorum 120. in holocausta boues 12.  
arietes .12. agniculi 12: pro peccato Hirci 12 in hos-  
tiam pacificorum agni amiculi .60

Deinde agitur de numero ministrorum scilicet leui-  
tarum des in templo seruientium, primum electi, et  
segregati, ex tribu leui a viginti annis et supra in ho-  
cum primogenitorum; numerus eorum 3530.

Qui aspersi aqua lustrationis, rasis pilis oblati sunt  
des, post hoc presentati sunt populo, ut eis manus im-  
poneret, deinde Aaron (et filij eius) aqua eleuati sunt  
in

numerus ministrorum

numerus primogenitorum  
in templo  
ut eis manus imponeret

In conspectu domini. offererebat pro eis similla conspersa. pro libamine, et bos in holocausta. demum segregati ab omni populo applicati sunt tabernaculo ut ingrederentur; et ministrarent in eis usque ad quinquagesimum annum. c. 8. /

Deinceps de numero ministrorum gubernantium ad sustentandum onus populi scilicet moyses et septuaginta seniori<sup>um</sup> eruditi et illuminati spiritu moysi et propheta, congregati ex omni populo, iussu<sup>re</sup> ad ostium tabernaculi cum moyse. c. 11. Summis autem<sup>is</sup> Aaron et filiorum eius super omnes ministros et sacerdotes capite. 3.

numerus exploratorum ~

Deinde principaliter agit de numero exploratorum, qui missi sunt ad explorandam terram promissionis ex deserto Pharan precepto dei. scilicet ex tribu Ruben, samuafilius secur, Symeon, <sup>at</sup> saphi filius Huri. Iuda, caleb filius Iephona. Isachar, Igar filius Ioseph; ephraim, osee filius nun, Benjamin, phalti filius Rasthu; Zabulon, gediel filius Sodi; Ioseph, sceptor manasse, gadi, filius susi; dan, Amiel filius gemali; Aser, Zatur filius Michael; Nephtali, nahbi filius Vapsi. gad, quel filius maebi, cap. 13. 14. et. 15.

numerus perguaricantium ~

Deinde de numero perguaricantium, qui populus iudaicus inuadebant, scilicet Rebelles aduersus mo<sup>ysen</sup>



60

Moysen et Aaronem, Chore filius Isahar, Dathan, Abiron, et Non filius phelets: de filiis Ruben chore cum ducentis et quinquaginta uiris proceribus, quorum nomina uocabantur tempore consilij: igne consumpti sunt. c. 16. / increduli quod murmurauit omnis multitudo filiorum Israel contra Moysen et Aaron die sequenti dicens, uos interfecistis populum, quoniam ob causam. 14700 uiri consumpti sunt igne, alye: etiam extincti sunt serpentibus ignitis. c. 21. / Maria quoque soror Moysi punita est lepra quod murmurauit c. 12. Virga Aaron germinat in signum rebellium Israel. c. 17. / Aaron factus incredulus prohibitus est intrare terram Chanaan, quam deus filiis Israel dederat, et iussus ire in montem Oreb, ubi occubuit et successit ei filius suus Eleazar. c. 20. / Balaam dum acersitus a Rege moabiturum Balac meditata peruersa, a sina eius loquitur, et ipse corripit primo ab angelis, deinde ob consilium contra filios Israel datum ab ipso cedit. c. 22. et 31. / ex filiis Israel fornicant multi cum filiabus moabiturum et sacrificant dijs earum. Unde irades excitatus, et uiginti quattuor millia hominum occidit. c. 25. Deinde agit de numero genitorum in deserto qui post, supra numeratos et mortuos a Moysen, et Eleazar precepto dei munerati sunt a viginti annis et

numerus genitorum  
in deserto.

Supra

Supra, qui ad bellum possent procedere per tribus  
suas; de stirpe Ruben. 43730. de stirpe Simeon  
22200. de stirpe Gad. 40500. de stirpe Iuda 76.  
500. de Isachar. 64300. de Zabulon. 60500. de  
Manasse 52700. de Ephraim. 32500. de Benia-  
min. 45600. de Dan 64400. de Asser 53400  
de Nephthali 45400

numerus man-  
sionum 22.

Deinde agit de numero mansionum per quas po-  
pulus ab Egypto usque ad promissam terram a mon-  
te Synay usque ad montem Cades dictus est a Mo-  
yse et Aaron. nam ante transitum maris rubri  
sunt mansiones. 1. scilicet Ramesses, seu como-  
turbulenta, ut dicit Hieronimus tonitruum gaudij.  
2. Sothot tabernacula sive tentoria. 3. elhan forti-  
tudo atque perfectio, 4. Phairot seu os nobilium.  
a mari rubro usque ad montem Synay sunt 8. ma-  
siones. scilicet. 1. Marah seu amaritudo. 2. He-  
lim seu arictes uel fortes ubi erant duodecim for-  
tes et septuaginta palmae. 3. marerubrum, quod  
hebraice dicitur iansuph. 4. Heremus Syn, totum  
enim usque ad montem Synay spacium Heremus Syn  
dicitur. 5. Daphca seu pulsatio, 6. Halus seu fer-  
mentum, 7. Raphidim. id est visio ovium fortium,  
Hieronimus sanitas fortium; 8. solitudo Synay.  
a Monte Synay usque ad montem Cades sunt man-  
siones

61

Stones .21. scilicet . 1. Sepulchra concupiscentie . 2  
Azerob, seu atria . 3. Rehma sonitus aut iuveniper  
4 Remonphares . idest mali punci diuisio . 5 leb-  
na . idest lateres . 6 Resa seu freni . 7 Cehelta seu ca-  
Salta idest ecclesia . 8 Sepher seu pulchritudo . 9 Ara  
da seu miraculum . 10 malebth seu catus . 11 Tahat  
idest pauor . 12 Thare seu pastora, Hieronimus abac-  
tor uel depulsor . 13. meebca seu dulcedo . 14 Hermo-  
na . idest festinatio . 15. mosebth . idest uincula uel  
disciplina . 16 Beneiahachan . idest filij necessitatis  
seu stridoris . 17. mons gadgad siue nuncijs expediti  
uel concisio . 18 Iethabatha uel bonitas . 19 Hebro-  
na transitus siue transitio . 20 Asiongaber . idest  
in lingua uitiij . seu delationis hominis . 21. Cades uel  
mutata seu translata .

a monte Cades usq; ad campestria moab sunt man-  
siones . 9 . scilicet mons flor idest mons montis siue  
uertex . 2<sup>a</sup> Salmona uel imaguicula . 3<sup>a</sup> Phimon  
idest os oris . 4<sup>a</sup> obob idest magi seu spadones uel ta-  
gara grandes . 5<sup>a</sup> Leabarim seu acerui lapidum tran-  
seuntium . 6<sup>a</sup> dibongad idest fortiter intellectate  
tatio . 7<sup>a</sup> Helmon deblathaim . contemptus plagarius  
siue opprobrium . 8<sup>a</sup> montes Abarim contra nabo  
idest montes transeuntium . 9<sup>a</sup> campestria moab sup<sup>r</sup>  
Iordanem contra Hiericho .

Deinde considerate numerus presidiorum quos ha-  
be

Numerus p[ro]  
suidiorum ~

bebat ad se defendendum omnis populus Israel  
prius tamen ei p[re]ceptum est a deo ut disperdat et  
destruat omnes habitatores terra, ad quam ingredi  
ebat, ut confringat titulos idolorum, ut conminuat  
statuas, quas antea adorabat, ut vastet et dissipet  
omnia excelsa. lucos quoq[ue] euellat excidat, et utrumq[ue]  
de omnem terram. et sic habitet in terra sibi data  
quam diuidant eleazar, losue, et deputati ex tribubus  
(c. 34) in quattuor partes scilicet orientalem, meridj  
onalem, occidentalem, et septentrionalem ~

Ciuitates leuita  
rum.

Ciuitates quoq[ue] et suburbia p[ro] habitatione leuitarum  
assignare, quibus destinata fuerunt. 48. oppida  
c. 35. iumentis autem et pecoribus totidem suburbia

Refugiorum

Refugio uero assignata sunt ex illis 48 oppida sex  
nempe tria trans Iordanem, et tria in terra Chanana  
ut confugiant ad eas, qui nolentes sanguinem fuderint  
c. 35.

Leges con nubioy

P[re]cipit similiter populo ut seruet legem con nubioy  
et hereditatum, ut hominibus propria tribus liceat  
mulieris eiusdem tribus ducere in uxores, et heredi  
tates maneant perpetuo in familijs, sine mixtione tri  
buum. c. 36. §. 5.

Liber deute  
ronomij ~

Tandem ultima et quinta pars principalis libroy  
legalium sacra pagina est deuteronomium seu legis  
repetitio ubi agit de itinere, et laboribus ab israelitis  
perpessis, a principio usq[ue] ad cap. 4: de foedere et p[re]ce  
ptis

ceptis iudicialibus, ceremonialibus, et moralibus. a  
 c. 4. usq; ad 27: de officiis ecclesiasticis, quales  
 sunt ea, quae in leuitico narrantur: de benedictionibus  
 seu promissionibus divinis, quae filiis mandata dei ob  
 servantibus paratae sunt: de maledictionibus sine poe  
 nis in legem transgressores constitutis. a. cap. 27. usq;  
 ad. 33.

agie et predictionibus, in qua parte moyses esset mori  
 turus, qui vultu et tribui benedicit, et futura praedicit. c.  
 33. de morte moysis, qui visa antea terra promissa  
 ex monte Nebo, moritur in terra moab, et sepelitur in val  
 le contra phogor a deo, defletur ab israelitis, et substi  
 tuitur in locum eius ore et mandato dei, Iosue. c. 34.

<sup>cap. 14</sup>  
 De Tertia Parte Principalis sacrae  
 scripturae, <sup>lib. 14</sup> librorum Historialium

Pro <sup>5. 1.</sup> secunda parte principali librorum scilicet hys  
 torialium sacrae pagina quam longius prosequemur  
 quattuor sunt ex Abulenti in lib. 14 qd iacienda  
 fundamenta. Primum est q. omnia quae continentur  
 in euangelijis quantum ad partem historiam  
 et narrativam sunt historia solius christi dñi  
 et non alterius personae in toto aut in parte.  
 Secundum fundamentum est q. omnes libri histori  
 ales veteris testamenti et novi, quamvis de alijs re  
 bus

quattuor funda  
 menta ex Abule  
 si pro libris histo  
 rialibus sacrae pa  
 ginae in lib. 14  
 questionum. ex  
 quo hae desumpti  
 mus -

bis et personis hystoriam texere uideant sunt  
tri hystoria dei creatoris omnium, gubernatoris  
et Redemptoris et non alterius persona ~

3<sup>m</sup> fundamentum e, q, si in parte hystoricali sacre  
spicra fit mentio. ~~quarundam~~ personarum, non ideo  
fit maior mentio aliquarum q, meliores sint, nec  
minor mentio aliarum q, male aut minus bone.

4<sup>m</sup> fundamentum est, q, in parte hystoricali sacre  
spicra nulla fit temporum incidentia, sicut in alijs  
hystorij Regum aut hominum, in quibus narrantur  
multa, que illorum temporibus contigerunt, quam  
uis non pertineant ad personam cuius hystoria propo  
nitur disuertienda.

Fundamentum <sup>fundamentum</sup> ~~Primum~~ ~~horum~~ ~~fundamentorum~~ probat ex c. i. ac  
tuum Apostolorum ubi lucas excorsus ait, Primum  
quidem sermonem feci de omnibus o Theophyle, que  
cepit Iesus facere et docere, usq, in diem qua presump  
ens Apostolus per spum sanctum, quos elegit assumptus  
est, ubi loquitur de euangelio quod scripsit, et mani  
feste declarat de solo Christo domino se hystoriam  
contexuisse; et ceteri euangelista eandem normam  
tenere, nec enim lucas primus euangelista fuit,  
quinimo secutus e Matheum et Marcum.  
2<sup>o</sup> probat hoc idem fundamentum ex Aug. lib. i. de  
concordia euangelistarum in principio ubi dicit, quod  
in

63

Inter omnes sacras scripturas euangelia maiori auctori-  
tate pollent; ubi differentiam immittit inter auctori-  
tatem, & ueritatem, etenim quamuis euangelia in  
illa antecédant, non tamen in ueritate aut neces-  
sitate credendi ceteras diuina scriptura partes praeuunt,  
quasi minus ueras aut minus credendas in eo quod  
continent; non essent autem euangelia grandioris  
auctoritatis, nisi quatenus de solo Christo domino con-  
tinent narrationem, et sic Lucas facta solum et doc-  
trinam Christi se primum narrasse fatetur. uocans  
indifferenter facta Christi omnia, quae suo euangelio  
significauit; quamuis ab alijs quae a Christo ibi aliqua  
gesta proponant.

2<sup>m</sup> fundamentum ex eo probat quod omnes sacrae pa-  
ginae libri scripturae <sup>sunt</sup> ex reuelatione spiritus sancti. et  
ipso dictante; non sumantur instinctu iuxta illud Petri  
in canonica sua epist. c. 1. non enim uoluntate huma-  
nallata est aliquando propheta, sed spiritus sancti inspira-  
ti locuti sunt sancti dei omnes, ubi nomine prophetarum  
omnes diuinae scripturae partes intelligit, et non illos  
solos libros qui stricte prophetales numerari consue-  
uerunt, et hoc quod omnes sancti qui sacri canonis uo-  
lumina condecorunt, fuerunt prophetae quatenus di-  
uino lumine illustrati, quibus deus diuina reuelauit  
mysteria, quasi Apostoli et euangelista non uocant no-  
mine

maxime prophetarum, hoc ideo est quod digniora sunt  
nomina Apostolorum et evangelistarum quibus ipsi gaudent  
quod constat ex verbis Pauli ad ephes. 4. ubi po-  
nens gradatim ecclesie gradus dicit ipse dedit quos-  
dam quidem Apostolos, quosdam prophetas, alios vero  
evangelistas; alios autem pastores et doctores. ex  
quo loco si aduertes colliges, quod evangelistae qui solum  
modo exequent munus praedicationis evangelicae  
sunt inter eos gradu, post Apostolos scilicet et pro-  
phetas, quod secus est de evangelistis qui uolunt  
quattuor euangeliorum condiderunt, maxime quod  
duo ex illis sunt simul Apostoli.

Probat hoc etiam quoniam ut dicit Augustinus in epist.  
ad Hieronimum, et unanimiter ecclesia sensus ad-  
mittit; in sacra scriptura uel minimum mendacium  
admittere nefas est. et habet. dist. 9. c. ad sacras,  
quoniam inmensa facilius est terram et caelum perire quam  
falsitatis uestigium in scripturis apparere, et sic dixit  
Christus Luc. 17. et Mat. 5. c. facilius est caelum  
et terram transire quam de lege unum apicem cadere,  
ubi nomine legis comprehendit omnes libros sacros,  
scripturasque; et hinc nascitur firmitas fidei, qua libris cano-  
nicis assentimus sine ulla omnino hesitatione, quod  
alias dubius in fide (iuxta decretalem dicitur) in-  
fidelis censeatur. vide Augustinum in epist. ad Hieron.  
et d. 9. c. ego solus. ad idem est Aug. lib. 3. de trinitate  
et

de his rebus  
cis



et in epist. ad Fortunatum. et habet ~~causas~~ d. 9. c. nolimus. et. ca. neq. quorumbet, et quod deum sacri canonis in lumine asseruimus de omnibus et eorum quolibet cum suis partibus indubitanter tener dum est. ut dicit August. epist. ad Hieron. et ~~causas~~ d. 9. c. si ad sacras, si enim uel minimum falsitas in aliqua ss. parte reperiret certitudo omnia de ipsa nutteret, que ab una fide procedit. hoc autem in scientijs naturalibus locum non habet, ubi quedam probabiliter, quedam demonstratiue tenent: quedam concedunt, quedam negant, qm non eisdem causis probant, et ueritatis fundamentis inniunt, et quide Scriptura humana humana fide et non rationibus comprobant et admittunt et ex falsitati obnoxie sunt, qz earum auctores aut mentiorit, aut metiri et deficere possunt. deus autem principalis auctor et scriptor diuinarum scripturarum, qui nec falli, nec fallere potest.

principijs

Arguet tamen quispiam contra <sup>hoc</sup> secundum <sup>tu</sup> fundam qz uidemus in libris canonicis Scriptura sacra plurimas Systemas hominum contineri, ut <sup>puta</sup> ~~patet~~ de initio, Noe, et descendentiis ab eo genere, diluuium, turris babilonica edificatiuonem, dispersionem per orbem, actus et genealogiam Abrahami, captiuitatem egypti et exitum ab eo, et breuiter bella populi israelitici, acta iudicum, et Regum, et que hinc in libro esdrae et

arguit contra secundum fundamentum.

neq.

Negmā nec non plurima memoranda Machabæo-  
rum, et auget difficultas q̄ non solum in sacra pa-  
gina inueniuntur hystoria generaliter spectantes  
ad totum populum, sed etiam personarum singula-  
rium, sicut patet in libro Ruth que gesta pauperu-  
le mulieris pro palat, et in libro Iudith, et in libro  
Thobias, et Iob.

solutū argum̄,

Ad hoc Respondet q̄ omnes et singuli Libri sacrae scri-  
pturae, qui hystoriam continent sunt hystoria ipsius  
deī et non alius alterius persona; et si non uno  
et eodem modo pertineant ad deum<sup>ipsi</sup>, neq̄ partes eorū,  
potest enim deus considerari aut ut creator, et sic ad  
ipsum pertinent omnes Hystoria sacra, quae de crea-  
tione loquunt, et creaturarum productione; conside-  
rat etiam deus ut Redemptor, et cum ipse solus fue-  
rit redemptor, tanq̄ solus ipse sufficiens ad soluendū  
debita pro peccato hominum Summanitati unitus; in-  
de est q̄ omnia quae pertinent ad carnis assumptio-  
nem in unitate diuini suppositi, et ad alius in car-  
ne assumpta ad nostram redemptionem sunt hysto-  
ria dei solius quatenus Redemptor est. Et qm̄ filius  
dei Redemptor mundi assumpsit carnem ex certa  
progenie et gente, quam ipse eligere dignatus est de-  
bit scriptura specialiter genealogiam uitam et  
actus illius gentis enarrare, ut cognoscat genus de-  
dem

65

deceptoris, et proinde quodquid de tali gente aut pro  
genie narrat non est hystoria illius. Tertio potest  
considerari deus ut gubernator omnium, et istemodis  
latius extendit q̄ duo priores; gubernatis autem dicitur  
actus, quo res directe in suum finem <sup>ordinatur</sup> dirigit, remouē  
do quodquid ab hoc suspo eam abducere potest, et appli  
cando quodquid proficit et conducit ut citius et facilius  
in finem suum ad quem dirigit, consequatur; finis autem  
omnium rerum deus est, uniuersale et supremum bonum,  
quod iuxta philosophum. i. ethico. omnia appetunt,  
et si non eodem modo omnia ipsum attingant,  
quod non ex equo possunt ab ipso participare, quin immo  
angelus et homo intellectu prestantes inter omnes cre  
aturas proprius accedunt ad deum, et de perfectionibus  
participant usq; ad visionem et fructum ipsius ad  
quam tanq; ad finem gubernat et dirigit deus intel  
lectuales creaturas, et proinde quodquid in sacra spu  
ra tractat ad huiusmodi gubernationem pertinens, est  
hystoria deus quatenus gubernator est, et non alterius  
persona; Hac autem gubernatio qua (ut dicitur) est  
est nos ad semetipsum ducit, fit per fidem, et bona  
opera ipsi placita; fides autem fundamentum est sine  
quo impossibile est placere deo ad hebr. 11. opera autem  
sunt in multiplici differentia iuxta multiplicem dif  
ferentiam virtutum, quas in nobis ad exercitium fi  
dei

dei in nobis exigit; quae ex auditu gignit et miracu-  
lis confirmat. Rom. 10. et marc. 16. c. et merito mira-  
cula fidem astringunt, tum quia arguunt et indicant in  
principaliter operante ea virtute in infirmitate: tum  
quia cum veritates fidei proponant ab hominibus qui fal-  
lere possunt, ut credituri infallibiliter certi reddantur  
a deo (qui Joannis. 14. dicit uia ueritas et uita, qui se  
ipsum negare non potest. 2. Thimot. 2.) necesse est quod  
li qui fidem predicant ex parte dei (neque enim ipse  
ut in plurimum) se semet ipsum homines aliosque de credendis) signis  
miraculosus confirmant, quae solum virtute diuina  
fieri possunt. Hinc sequitur quod omnia miracula, quae  
in sacra scriptura referuntur, quamuis attineant ad  
aliquas personas, quae uel commodum uel damnum  
ex talibus miraculis acceperunt, sunt nihilominus  
Historia ipsius dei, et nonnullarum, quoniam omnia mi-  
racula principaliter deseruiunt ad fidei conserva-  
tionem, et per consequens ut dictum est ad opera guber-  
nationis dei, cuius ut gubernatoris sunt historiae (et  
non alterius) libro tam ueteris, quam noui testamenti  
in quibus de praedictis instituit narratio.

Per opera item nos in destinatum finem beatitudi-  
nis adducit deus dupliciter scilicet per precepta, et  
consilia; et per exemplum iustorum, quibus de ui-  
tandis malis et bonis amplectendis edocemur, et in his  
qua

Rom. 10

mar. 16

66

duobus uersat maior fere pars librorum tam ueteris q̄  
noui testamenti proponens ante oculos precepta d̄y  
et consilia, uirtutes iustorum, eorum persecutiones  
longanimitatem, et patientiam in laboribus sustiner  
dis (quibus tandem tandem deus <sup>eos</sup> assistit, et protegit.)  
peccata similiter, et malorum transgressionem, pro  
quibus deo exigente dant iustas poenas; ut conside  
ranti libros sacros erit facile intueri. Unde Apostolus  
Rom. 15. quaecumq; scripta sunt ad nostram doctrinam  
scripta sunt ut per patientiam, et consolationem s-  
cripturarum <sup>spem</sup> habeamus. et. i. thesalon. 4. itaq; con  
solamini inuicem in uerbis istis. Patet igitur iam suf  
ficienter ex dictis q̄ omnes libri hystoricales sacra  
nonis de solo deo optimo maximo hystorice narrant,  
uel quatenus creator, uel quatenus Redemptor, uel  
quatenus gubernator omnium existit.  
qua omnia ut manifestum fiant (ad librorum hys  
toricalem epistomen iuxta diuisionem a nobis  
superius factam accedamus.

### §. 2. De libro Josue.

Sequitur ergo liber Josue, qui ab aliquibus in secundo  
ordine prophetarum annumerari solet ut dicit Hiero  
nimus in prologo galeato, et continet hystoriam fac  
torum ipsius Josue; ob quod posset aliquis existimare, is  
tam non esse dei hystoriam, iuxta dicta superius, sed  
Somini

Summis est tamen sine dubio Historia solius deus ne  
quod enim que in eo libro continentur propterea <sup>sunt</sup> Josue  
sed propter deum ad ostendendam eius mirabilem vir-  
tutem, et potam in miraculorum patracione, et gestis  
que ibi commemorantur, ut in Jordani Statione Jos  
3. et in microrum Hiericho ruitione Josue 6. et solus  
quiesce cum lapidibus e celo missis ad inimicorum  
destructionem. Josue. 10. que omnia ad deum ut qu-  
bernacionem spectant. Item quod in hoc libro ostenditur  
quod verus sit deus in adimpletione sua promissionis, de  
introducendo populo in terram Chanaan destructis  
Sabitatoribus eius. Preterea ut ex eodem ostende-  
ret magnitudinem beneficiorum dei erga populum hebr-  
eorum, que omnia cedunt in laudem ipsius dei.

continet sic  
liber historia  
a morte mo-  
ysis usque ad  
mortem Josue

continet liber iste Historiam a morte Moyses usque ad  
mortem Josue, et tempus (iuxta literam hebraicam) de-  
cem et septem annorum, scilicet septuaginta. 27. annorum  
proponit autem primus mortem Moyses, postquam  
et plandum hebrorum, cum esset populus iuxta Jor-  
danem. precepit ei Josue ut essent parati ad transeun-  
dum fluvium. Josue. 1. mittit duos exploratores in  
Hiericho qui in domo Raab evaserunt in columes  
c. 2. transit populus Jordanem redeuntibus explo-  
ratoribus. convertit Jordanis retrosum divisus aquis  
ut filij Israel transeant per siccum, extrahunt in la-  
pides et totidem in alveum mittunt Jos. 3. Jorda-  
ne

ne transmissis primo castrametati sunt in galga  
 La; ubi omnes hebrei circumcisi sunt qui per 40. an  
 nos in deserto nullus fuerat circumcisus; et ibi ces  
 sauit manna de celo, et comederunt de cibis ter  
 re: apparuit Angelus yphitosue in agro. Josue. c. 5.  
 obsidet Hiericho, et sine concussione corruerunt  
 eius muri; quo facto ingressi filij israel urbem, habi  
 tationes eius occiderunt reserances Raab et domus  
 eius. Josue. 6. Achab furatus de spolijs Hiericho  
 lapidatus est, et omnis eius supellex igni tradita. Jo  
 sue. 7. contra civitatem Hay indicunt bellum, et  
 vastant et capiunt illam. Josue. 8. cū montes He  
 bal et garizim implet mandatum moysi de pro po  
 nendis maledictionibus; et benedictionibus transgre  
 dientibus, uel obseruantibus Legem, et de scribendis  
 deuteronomio in lapidibus. Josue. 8. timentes tūc  
 quattuor Chananzorum ciuitates scilicet Caphina,  
 Beroth, gabaon, Cariath earim, qui dicebant gaba  
 onites, Sabitus simulato sese alios fingentes pacem  
 inierunt cum Sebis, quod cum postea rescuerūt  
 israelita deinceps perpetua sanduarij seruituti  
 illos addixerunt. Jos. 9. Predicta resciscentes  
 quinq; Reges Chananzorum conuenerunt in pugna  
 contra gabaonem eiq; amicitiam inijsset cum popu  
 lo deo. pergit q; Josue in auxilium gabaonitarum,  
 fugas q; quinq; predictos reges, precepit soli ne occid<sup>at</sup>  
 sed

Achan furat  
 de spolijs Hi  
 ericho

gabbonites  
 alios ee fingunt

sed longissimum diem protrahat donec uindictam de hostibus gabaonitarum reportet; quod et factum est, et lapides de caelo cadentes magnam in illis fugientibus stragem fecerunt. Captos autem ~~autem~~ quinq; Reges (qui in spelunca latitauerat) suspendit Josue in quinq; patibulis. c. 10.

debellat Josue  
ciuitates multas

debellat Josue ciuitates multas; et exiit contra Josue bellum Iabin rex Assor, qui congregauit exercitum, sicut arenam, quae est in litore maris congregatis regibus plurimis, sed dominata terra misso in corda eorum auferunt ante faciem Josue; et ceciderunt uulnerati multi, adeo ut extiterint non fuerint ausi in populum hebreorum <sup>in campo</sup> insurge, <sup>re</sup> inuadere et habere, Josue <sup>uero</sup> enim ciuitates multas inuasit et cepit. Jos. 10. et. 11. Sicq; dilatatus est in terra Chananzorum ut sufficeret ad habitationem israelitici populi, et sic placuit deo ne Josue ulterius contra illos pugnaret, qz iam terra quam caperet potius foret in uicium, quam usui, cum enim habitari ab hebris non posset, serpentibus scaturiret in eorumdem perniciem: quod et dominus praedixerat. exo. 23. qz scilicet non esset us unus armis traditurus terram Chananaan, nec in paucis tempore sed paulatim, ne in ipsos serpentes irruerent.

praecipit dominus  
ut Josue  
terram districti  
diuidat.

Praecipit dominus Josue ut sumpto fumiacho distributionis terram per sortem diuidat. Jos. 11. et. 13. quod et



62

quod et dominus antea faciendum preceperat. et  
portavit anthebas et collectas omnium victuarum, quas  
de hostibus reportauerant hebrei, cum numeratio  
ne 31. regum, quos subiugauerant. Jos. 12. et quoniam  
Josue distribuerat terminos duorum Regum Sculuet  
Seon et Og<sup>1</sup> duabus tribubus et dimidia, hanc ean  
dem distributionem iterum refert ut de istius terr  
distributione sermonem efficiat. de qua Josue. 13. c.  
quoniam autem in huiusmodi divisione tribui leui non  
erat assignanda portio (iuxta Verbum domini ad moy  
sem, inter alias tribus. num. 18.) explicat quomodo  
de parte non obtigerit moyhi, ut sciant quinam sunt  
illi, qui remanebant sine terra partibus, et quibus ap  
plicanda erat Josue. 13. et 14. c.

Primus ergo omnium qui partem terra sibi danda  
poposuit fuit Caleph, cui dominus specialiter promis  
serat. c. 13. poposuit autem civitatem ebron, que  
ad huc inexpugnata manebat; in qua habitabant  
gigantes, quam libenter ei adiudicavit Josue. 13. c.  
et quamuis tota terra Canaan non fuerat ab he  
breis subacta, totam tamen percipit dominus ut  
Josue distribuat <sup>decem</sup> per septem novem tribubus et dimi  
die, que remanserant, immoens quod tempore opportuno  
esset eis tradenda. Josue. 14. et hoc merito, ut que  
libet tribus postea specialiter pro suis tribus decertaret  
ad acquirendam partem sibi sorte datam. Divisio  
vero

Caleph primus  
sibi terram dan  
dam posuit.

uero debet fieri in decem sortes qz inter usuem:  
tribus et dimidiam que erant citra Iordanem contra  
occidentem.

Prima ergo sortis data est tribui Iuda non parua  
qua continet ciuitates et oppida. que recensent Iosue  
16. c. 2<sup>a</sup> sortis data est dimidia tribui Manasse  
cuius termini et ciuitates dinumerant. Ios. 16.  
Hoc facto conuenit uniuersus populus hebreorum  
in ciuitate Sydo qua erat in sorte ephraim; et  
ibi fixerunt sanctuarium, quod illuc usq; nusq;  
fixum et immobile permanserat, sed fuit in gal  
gala Iosue. c. 18. et ab illo tempore hebrei ce  
perunt teneri ad obseruantiam omnium memo  
riarum legis, secundum quod dicit deuter. 12  
c. misit deinde Iosue commissarios, qui terras  
per sortes distribuere reliquis septem tribubus,  
qui facta diuisione reuerserunt in Sydo, coram  
omni Israel: et sortiti sunt sup duas tribus, ut  
sua queq; partem obtineret; et cecidit prima  
ex illis sortibus sup Benjamin, cuius ciuitates nu  
merant Ios. 18. 2<sup>a</sup> sortis contigit Symeon. 3.  
Zabulon. 4. Issachar. 5. Asser. 6. Nephtalim,  
7. Dan. quatuor omnium ciuitates termini et  
oppida describunt Iosue. 19. c. / deinde assigna  
runt seorsum ciuitates refugij profugitiuis, qua  
sex

6

Sex futurae erant num. c. 26. et cum iam designas-  
 sent tres ex illis uersus partem orientalem Iorda-  
 nis, in terminis duarum tribuum, et dimidia de-  
 uiter. 4. precepit illis dominus ut assignarent  
 tres alias uersus partem occidentalem eiusdem Ior-  
 danis. Deuter. 19. c. / tradiderunt et sacerdotibus  
 et leuitis 48. ciuitates, sine terminis ruralibus, quia  
 ipsi non erant culturi terram, agricultores uero  
 erant, prout dominus ordinauerat. Numer. 35. c.  
 Suiusmodi autem ciuitates sacerdotum et leuiti-  
 rum, non erant alia ab illis, quae duodecim tribus  
 obtigerant, quinimmo ex illis: singula autem tri-  
 bus pauciores, pluresue leuitis erant datura. Sing-  
 ularum etiam singulis plures aut pauciores obtigerant.  
 nomina autem huiusmodi ciuitatum sacerdo-  
 talium, et leuitarum, et tribuum in quorum ter-  
 minis erant sitae, et quibus familiae sacerdotum, s.  
 leuitarum, quaeque ciuitates obtinissent. Iosue. 21.  
 c. exponit.

Sex ciuitates re-  
fugij

His peractis uocauit Iosue duas tribus et dimidias / alibi que Iosue  
 qua ad huc erant inter reliquas. nec dimisserant illi duas tribus et  
 dimidiam. /  
 las, seruantes fidem, quam deo Moysi sponde-  
 rant, et dedit illis liberam facultatem ad proprias  
 possessiones sibi signatas remeandi: laudans eos de  
 fidelitate eorum fratres seruata, domus eos remunerans  
 ab.

morit Josue

abeuntes autem erexerunt altare grande circa  
Iordanem in testimonium; ex quo ortum est scan  
dolum in alijs tribubus, donec certiorati sunt, qua  
nam intentione illud fuissent fabricati. Jos. 21.  
Post hec senescens Josue congregavit bis populum  
exortans eum ad omnimodam legis observatio  
nem, proponens et recolens beneficia illis a deo col  
lata, et minitans mala eventura legem transgre  
dientibus: morit deinde Josue et Eleazarus Ponti  
fex filius maior natu Aaronis. Josue. 33. et 34. et  
sic finit liber Josue; quem ex ductis constat esse hys  
toriā solius deij.

§. 3  
de libro Iudicum

Liber Iudicum (iuxta d. Hieronymum in prologo  
galeato, etiam pertinens ad libros prophetales secun  
di ordinis) sic dicit quod continet hystorias et gestatio  
num illorum, qui iudicabant Israel, et si more  
cum tanta plenitudinis potestate, sicut moyses et  
Josue: Si quidem non solum ad dirimendas lites e  
rant constituti, sed et ad bella gerenda et acies guber  
nandas destinati: dicebant tamen iudices, quatenus  
potius ratione ducti, quā potentia alti populi in struce  
retenebant, fuerunt autem omnes numero quin  
decim, quorum hystoria protendit <sup>ferē</sup> per. 3. 20. annos  
curriculum; hystoria autem tredecim eorum textit  
in

70  
in lib. iudicum, duorum autem <sup>ante</sup> priorum, scilicet He-  
li et samuel scribitur in primo lib. regum; In libris  
autem iudicum ponuntur prius aliqua, quae fuerunt  
ante mortem Iosue, sicut pugnae quibus aliqua tribus  
inimicos infestabant. Iudic. i. c. Apparuit an-  
geli facta israelitis, qui eis annuntiavit, quod propter  
eorum peccata non tradiderat dominus in manibus  
ipsorum omnes terminos Chananoꝝ, et ut ab ipsis in-  
pugnarent. Iudic. 2. c. Quamvis et in hoc ipsis  
hebraei aliquod accedebat emolumentum, ne scili-  
cet si sine hostibus essent segnes redderent, amisso  
usu armorum exercitio. Iudic. 3.

Sequuntur statim acta iudicum; quae a peccatis is-  
raelitarum sumpsere principium, quod cum in pace  
degerent adorabant idola, ob quod iratus dominus  
tradebat illos in manus inimicorum suorum, a quibus  
durissime affligebantur, et videntes se in calamita-  
te constitutos clamabant ad dominum, qui mitte-  
bat illis adiutorem, qui iudex uocabatur. Iudic. 2  
et 3. c.

Primus omnium fuit othoniel, cum enim post obi-  
tum Iosue hebraei adorassent Balaam et Baalam, ira-  
tus dominus tradidit illos in potestatem Regis mesopota-  
miae octo annos. et clamauerunt ad dominum, qui  
miseratus eorum suscitauit othonielem; qui eos libera-  
uit prevalens contra Regem mesopotamiae, et quiete  
terra

Primus iudex  
othoniel

terra. 40. annis, non sit mentis. Tempus a quo cepit Othoniel iudicare usq; in diem mortis sue. a morte tamen Iosue usq; ad mortem Othonielis, et proinde includuntur ibi octo anni, quibus seruiunt populus Regi mesopotamia.

2<sup>us</sup> Aod

Secundus iudex fuit Aod, qui post mortem Othonielis adorauit Israel idola, et tradidit illum dominus Regi moab, et Amon, cuius subiecti facti sunt 20 annos, et cum clamarent ad deum prouidit illis de Aod: Sic occidit Regem moab nomine Eglon et quieuit terra 30 annos. Iudic. 3. c. non numerat dies quo cepit Aod iudicare, sed a morte Othoniel usq; ad mortem Aod, et ibi includuntur decem et octo anni, quibus hebrei seruiuerunt Eglon Regi moab.

3<sup>us</sup> Sangar

Tertius Iudex fuit Sangar, qui occidit Gog Ithi Isteus uomere. Huius nullum suum regnum tempus assignat, qz connumerant dies illius in diebus Aod. Iudic. 3. c.

4<sup>us</sup> Delbora

4<sup>us</sup> iudex fuit Delbora mulier, et uxor lapidibus que sola inter iudices annumerat femina et cum hac electus e Barac ad bellagerendum. Seruiuerant hebrei idolis post mortem Aod, et propterea permisit dominus eos tradi sub manu Regis Iabin, cui inseruierunt 20. annis. Et tunc deus suscitauit Delboram prophetissam, qua iudicabat is: m

71

Israel et ipsa iussu domini elegit Barach. qui pug-  
navit contra Sarsa ducem exercitus regis Sa-  
bin. quem in fugam adiacem, occidit mulier hebrea  
a clavis figens tempora. Iudic. 4 et 5. c. et  
quiescit terra 40. annis. Iudic. 5. c. qui nume-  
rant a morte Aod usque ad mortem Delborae. et ibi  
clauduntur viginti anni quibus servierunt Regi  
Sabin.

Quintus Iudex fuit Gedeon. Hebrei enim post  
obitum Delborae conversi sunt ad idola. et tradi-  
dit illos dominus in manus Madianitarum. et  
Amalecitarum. et aliarum gentium orientaliu-  
m quibus septem annos subditi facti sunt. graviter  
oppressi. tunc apparuit Angelus Gedeoni et re-  
velavit ei q. esset Israelem liberaturus. et ibi sta-  
tim recenset longa hystoria electuorum virorum  
et generationum factarum. et populorum victoria-  
rum orientales pop. Iudic. 7. c. et simul pacis quo  
pater Sarsae rex illarum gentium occidit. simul  
et Hebreros Sochoth. et famulos. qui noluerunt ei  
virtualiter subvenire. Iudic. 8. qui vivit q. terra  
40. annos Iudic. 8. qui numerant a morte  
Delborae usque ad mortem Gedeonis.

6. Iudex est Abimelech filius Gedeonis. qui  
non fuit a deo electus sicut ceteri iudices quin-  
tus ambitione et peccato. Habuit Gedeon septua-  
ginta

5. Gedeon.

6. Abimelech.

ginta filios masculos legitimos. Cum illis ille  
gitimorum quendam nomine Abimelech oriundum  
ab urbe Sichem. mortuus autem gedone patris sui  
habuit consilium cum habitatoribus Sichem, ut  
ipsum in dominum recognoscerent neglectis fra-  
tribus suis (ne septuaginta dominos haberent)  
illi autem acquiescentes suasio illius, pecu-  
nijs simul iuuarunt eum, quibus congregavit  
aliqualem exercitum, et noctu inuadens domum  
patris sui ~~omnes~~ fratres incautos repositos super  
lapidem iugulauit; ex quibus solus Ioathanna  
tenuissimus euasit. tuncq; Sichemita Abime-  
lech unxerunt in Regem; inter quos et ipsum  
tanta postea discordia ortus est, ut ipse ciuitatem  
destruxerit, et sale aratam seminauerit, et tan-  
dem ille misere interiit, occisus a foemina du-  
bitatim obsidens pugnaret. eius tempus fuit. 3  
annoy. iudic. 9. c.

7<sup>us</sup>. Thola

Septimus iudex fuit Thola inter quem et Abime-  
lech non interponit tempus ullum, neq; aliqua  
gesta narrare gubernauit. 23. annos. iudic. 10. c.

8<sup>us</sup>. Iair

8<sup>us</sup>. Iair de galaad. de quo similiter gesta nulla  
comemorant. tempus eius fuit. 22. annoy. iud. 10.

9<sup>us</sup>. Iephte

9<sup>us</sup>. Iephte de galaad. adorauerant enim hebrei  
ante hunc idola. quos dominus dimisit Philistinis  
af



affligendos simul et Amonitis, et clamauerunt  
 ad dominum quibus ipse auxilium concedere  
 nunt, iudens istos ueritatem ingratitudinem, sed  
 precumbentibus coram domino, et orationi instanti  
 bus. prouidit illis dominus de iudice lepte, qui Amo  
 nitas viriliter oppugnauit et deuicit. hic est qui  
 incaute uouit et adimpleuit iuramentum filiam suam  
 iugulans post uictoriam. iudic. u. c. Contra hunc in  
 surrexerunt uiri de tribu ephraim uolentes do  
 minum eius comburere; eoque non uocasset eos in bel  
 lum contra Amonitas, de quibus ipse occidit 42. In  
 transitu iordanis cognoscens illis eoque non poterat  
 recte uerbum schiboleth (quod hebrei recte profe  
 rebant) et ipsi proferre. iudic. 12. c.

Decimus est Abesan. iudicauerat septe 6. annis.  
 post quem successit Abessan. 7. annis. de quo gesta  
 nulla narrant. iudic. duodecimo

10. Abesan

Undecimus est Haiabon de terra Zabulon. qui du  
 rauit decem annos. et de quo etiam gesta nulla  
 memorant. iudic. 12.

11. Haiabon

Duodecimus fuit Abdon per 3. annos. cuius simi  
 liter facta non proponunt. iudic. 13. c.

12. Abdon

Peccauerunt autem israelita ut consueuerant  
 ueni ad idola. ut dicit cum de predictis iudicibus agi  
 iud. 12. et traditi sunt seruituti Philistinorum et sequi

†

13. Samson

adamat Samson  
et ducit unam  
Philistinam

ter Iudex. Decimus tertius Samson, cuius nati-  
uitas, qz admirabilis, designat in textu, cum ete-  
nim mater eius esset ~~inoperta~~ sterilis  
angelus domini apparuit ei, nuncians filij concep-  
tionem: et iterum ipsi simul cum marito apparu-  
it idem angelus, pronuncians qualis infans esset  
futurus, et qualiter eum forent nutrituri. iud. 13.  
cum ergo natus eet Samson et adolevisset concupi-  
uit in uxorem, quandam de Philistinis. hoc autem  
sic domino ordinante, ut nancisceret occasionem  
contra Philistees. cumq; descenderet Samson de do-  
mo patris sui, veltam Philistinam in proprijs termi-  
nis quegricans, occurrentem leonem interfecit,  
inter vineas. pponit deinde enigma iuuenibus,  
nuptias eius celebrantibz, quod illi industria et  
diligentia importuna uxoris Samson rescuerunt  
et cum illud exposuissent, Samson etiam periculis  
expositus occidit triginta Philistees, ut spolijs eoz  
iuuenibz pꝛoductis promissa solueret. et iratus cu  
ab hac uxore recessisset, ipsa alterum duxit. iud. 14.  
Reuertit Samson deinde ad uxorem, que cum iam  
esset in potestate alterius viri, pater ei promittit se  
daturum in coniugem alteram illius sororem no-  
minis puleham, minoremq; natu. Id quod Samson  
irascies minac Philistinis mala. Et igne ad caudas 700  
vul

Vespertum admoto tempore messium fruges frumē  
 ti vini et oliuarum hac illaq; discurrētes incē  
 du tradiderunt: Philistei autem scientes damnu  
 occasionē uxoris samson. et patris eius orion. do  
 mum illius cum uxore, et socio igne similiter pē  
 emerunt. Deinde bellum narrat quo samson ar  
 reptā ab inimicandibula mille Philistinos occasione  
 occidit. Iudic. 15. c. Post q; adamavit samson  
 alteram Philisteam in ciuitate gaza, in qua cū  
 eum Philistei obsiderent clausa ciuitate, ipse fori  
 bus ciuitatis in sumeros iniectis au fugit in montē,  
 deinde adamauit validam Philistinam, quae ipsus  
 decepit, et crinib; amputatis, in quib; eius robur  
 sitonerat illudendum Philisteis commisit, qui cru  
 tis oculis mollere fecerunt, sic q; aliqui dies sunt  
 transacti donec crescentib; capillis vis etiam illi  
 restituta est, et cum in conuiuium publicum ubi  
 Principes <sup>erant</sup> Philistinorum adductus esset ad illudendū  
 es, arreptis fortiter columinis domus ipsam corruere  
 fecit, interficiens uirtute tergia millia, adeo ut  
 plures occideret moriens (ipse enim etiam ruina ē  
 oppressus) q; uiuens. Iudic. 16.  
 In libris Iudicum non fit mentio aliorum duorum  
 Iudicum scilicet Heli et Samuel, scribit tamen  
 in lib. 1. Regum quod ad eos attinet. et primo Systo  
 idoli Michā, et sacerdotis eius, et quō pacto uiri detri  
 bu.

...  
 ...  
 ...  
 ...

adamavit samson  
 alteram Philisti  
 nam in ciuitate  
 gaza.

adamavit postea  
 validam Philisti  
 nam.

de Heli et  
 samuele

Viri de Beria  
min stupravit  
usq ad necem  
uxorem Leuitq

bu dan conduxerunt illum in terram suam. c. 17.  
et. 18. Sequit statim abominabile facinus vi-  
rorum terre Canaan de tribu Benjamin stupran-  
tes usq ad necem uxorem Leuita, et de vindicta  
quam unanimiter omnes undecim tribus in Benia-  
min fecerunt. iud. 19. et 20. cum autem de Ben-  
iaminica tribu post tantam eius stragem non re-  
mansissent superstites nisi tantum. 600. viri, qui-  
bus aliquibus iurauerant se non daturus uxores  
considerantes q. tribus illa sic omnino exanguen-  
daret concesserunt illis 400. Virgines de ciuita-  
te Jacob, ex tabes galad, quarum parentes non  
iurauerant: et deinde ipsi surripuerunt ducer-  
tas ex illis quae choreas ducebant in ciuitate Sydo <sup>p vine</sup>  
ubi erat sanctorum. iudic. 20. c. Et in hoc firm<sup>as</sup>.  
liber iudicium, quem constat esse hystoriam soli-  
dei, et non alterius, tum ex recensitis mirabilibz,  
tum ex factis omnibz et modo suscitandi huiusm-  
di iudices in adiutorium populi dei, tum quae  
constant beneficia quibus deus in afflictione labo-  
rantem, gentem israeliticam reficiebat; tum q. quae  
ex punitione dei qua peccata idolatrarum hebrz  
orum corrigebat eius iustitia fit manifesta; et ex  
paterna cura, qua ad eorum defensionem de iudi-  
cibz (cum conuerterent ad dominum) prouidebat  
ipsius misericordia miris elucescit modis. q. q. om-  
nia

74  
nia ad motum instructionem non mediocriter co-  
ducunt, & in admirandam dei laudem cedunt.

### De Libro Ruth.

Libro Ruth. qui s<sup>m</sup> Hieronimum pertinet etiam  
ad secundum ordinem, qm̄ reducit ad librum iudicū,  
aut u<sup>o</sup> ad 3. ordinem a geographorum similibus, refe-  
rentes eodem Hieronimo in prologo galeato, continet  
Systoriam. qua accidit tempore iudicis ut in  
ipsius contextu expresse dicit. Sic autem iudex credi  
t fuisse Heli sacerdos. In hoc u<sup>o</sup> paruis libellis pro-  
ponit peregrinatione Helimelech et Noemio soris suę  
et conubia, quę filij eorum hac peregrinatione durā  
te inierunt in terra moab. obiit ibidem Helimelech  
et filij pariter obierunt, Noemia autem reuertī uolētem  
in terram Iuda secuta est Ruth uxor ipsius. est  
autem Systoria ipsius dei quatenus Redemptor, neq;  
enim ob laudem Ruth, aut Noemi in escripta nar-  
rant, sed in laudem dei, & quatenus de genealogia  
Christi descendens a dauid per Ruth (prout Mat-  
thei. i. exprimit) fit sermo: tum qz ex hoc libro da-  
t principium libris Regum, in quibus de dauid fit prę-  
cipua mentio. tum etiam qz ex cognitione huius  
libri patet propheta Iacob. genes. 49. qualiter scilicet  
ce dauid fuit caput Regum Iuda, omnes enim ab  
eius genere descenderunt, Saule primo Rege et eiuſge-  
nere

non auferet scepterum  
de Iuda etc

re excluso a Regno. ostendit ergo dauid de genere  
iuda. Ruth. 4. in fine libri. ubi non solum dicit da  
uid pronepos ipsius Ruth. sed etiam postea annume  
rat descendenti Phares filij iuda. usq. ad dauid presut  
gen. 48. c. cumque *Historia dauidis* in hoc libro  
tam distincte repetat (de quo constat librum ipsum  
non esse) fit consequens ut ad deum quatenus re  
demptorem tota illa sit referenda.  
quoniam etiam liber iste ad deum spectat ut gubernatio  
rem dupliciter. tum quia in eo ostendit quem ad modum  
premia <sup>conferat</sup> et remuneret bona opera, sicut patet ex eo  
quod Ruth *et* viro et diuitijs accumulauit. quia et ipsa no  
niam socrum suam miseratione comota relinqueret pa  
triam. nunquam dereliquit: tum etiam quia cum Ruth ab  
iobis (scilicet de terra moab) ad deum uenit confu  
git et dignum fuit ut dominus sub cuius confugit alas  
plenam ei redderet mercedem. ut dicit Ruth. 2. c.  
tum etiam quia aliqua prophetia de Christo domino re  
demptore commode intelligi non possent sine hac hys  
toria, ut illa Isai. 46. emittit agnum domine domina  
torem. t. de petra deserti ad montem filie syon. quae est  
de mexia, qui uocat agnus. Ioan. 1. et dominus terrae  
quia est dominus deus. et quia redemit orbem: Sic uenit de  
petra deserti, quia ex una parte descendit a moabit in  
quorum terminus in deserto sita est ciuitas. Petra. dicta  
ex qua oriunda erat Ruth. et sic patet librum istum esse  
*Historiam de*

del

De Libris Primis de Libris Regum

Sequitur in ordine liber Regum in 4<sup>o</sup> diuisus. et in 11<sup>o</sup> regibus diuisus. et pertinet ad 2<sup>o</sup> ordinem librorum propheticorum, ut dicit Hieronimus in prologo galatas. totum autem hoc uolumen 4<sup>o</sup> librorum continet hystoriam Regum populi israelitici, nec miscentur ibi aliqua precepta uel doctrina. ex quibus uideret forsitan non pertinere ad sacram scripturam. cum ibi hystoria Regum, et aliorum hominum continetur. Nihilominus tamen est hystoria dei, quatenus ea que in illis commemorantur multa continent miracula, ut est illud 1. Reg. de matre samuelis sterili, de eius conceptu et natiuitate, et plaga quibus dominus afflixit Philistinos ob arcam captam, que contra inclinationem bouum quibus uehebatur uenit ad populum Hebrorum. 2. Reg. 6. Item 7. terremotus missus de coelo contra Philistinos pugnantibus Hebrum contra illos. et alia multa; neque est ullus ex 4<sup>o</sup> libris regum in quibus aliqua miracula non inducentur. Secundo si libri sunt de deo ut Redemptore in quibus recenset genus saluatoris, conformiter ad ea que postea euangelista mattheus primo cap. recenset. fuit autem omnino conueniens ut in ueteri testamento eadem genera grate xeret ut iudicis armonia et correspondentia euangelice legis ad ueterem immutesceret, ne euangelium conueniendi preterderent occasionem, ex quo detrimentum fidei nostra sequeretur: v. ut in lib. gen. scribitur q. Ab

75  
d. s.  
de lib. i. Regum

Abraham genuerit Isaac. c. 25. et Isaac genuit Iacob  
c. 25. c. et Iacob Iudam. c. 29. et Iudas Phares. gen. 38.  
quin et successiones privatum omnium a Phares  
usque ad David assignant Ruth. c. 4. et a David us  
que ad Salatiel inuenit. in 3. et 4. Regum.

3<sup>o</sup> etiam probat Systemam horum librorum ad solum  
um spectare ex reuelationibus quae in ipsis facta scribitur  
per aduers. et ea quae uel precipiebat uel prohibebat. ut  
in filiis Ieli et sacerdotis. lib. 1. reg. 2. et 4. c. in inue  
tione Regum. lib. 1. reg. 8. et 10. c. et per omnes 4. lib.  
ros multa sunt similia inueniunt. Deinde quoniam in his li  
bris deus manifestat iustus iudex singulis retribuens  
sibi merita bonorum uel malorum operum, et datur  
in eis omnibus exemplum recte uiuendi. ut in filiis  
Ieli sacerdotis priuatis. lib. 1. reg. c. 2. et 3. et mor  
te pueri die quo et arca capta. lib. 1. reg. 2. et 4. cap.  
Similiter et in electione Saulis dum puer erat in sim  
plicitate morum. et postea regno priuati obinobedi  
entiam. lib. 1. reg. 13. et 15. cap.

primus omnium  
regum israel  
Saul.

tam ergo ad ea quae continent prosperantes Primus  
omnium Regum israel fuit Saul, qui non perman  
sit: deinde fuit aliud genus Regum, quod diu perman  
sit sicut regnum David. De Saulis regno loquitur  
sacra pagina in toto primo libro regum, in quo primū  
ponit Systemam, quae contigit tempore duorum iudicum  
scilicet



scilicet Heli et samuel: Postea refert hystoria sau-  
 lis. hoc autem ides qd samuel unxit primum Regem  
 israel. et ides agit de eo ut det principium hystoria  
 regum. Ad dicendum autem de samuele etiam dice-  
 dum erat de Heli, de quo fit sermo usq; ad caput 5. pri-  
 mi libri regum; post hoc autem procedit hystoria de  
 samuele usq; ad <sup>dictum</sup> primum Regem hebreus datum no-  
mine saul. c. 9.

Heli erat sacerdos maximus et iudex in israel  
 Reg. c. 4. et tempore senectutis sue natus est sam-  
 el ex patre ~~heli~~ <sup>nonnisi</sup> Helibana leuita uiro iusto, cui erant  
 uxores dua; altera nomine Phenena, altera Ana  
 ex Phenena genuerat Liberos, non item ex Ana. ob  
 quod Ana non mediocriter afflicta erat, quin et phe-  
 nena illud ebat ei; et cum quadam die in sanctuari-  
 um (quod tunc erat in sylu, ubi erat Heli sacerdos)  
 aduentasset, enixe postulauit a domino Liberos fieri  
 largiter, quam Heli existimauit ebriam; sed tandem  
 cognita ipsius Sumilitate, et uirtute ad dominum et  
 ipse pro ea fudit preces postulans filium a domino,  
 quia et uoto se domino astringens, uouit si sibi nasce-  
 ret filius perpetuo domino mancipandum. Deditq;  
 illi dominus Samuelem filium; quem statim ut ablac-  
 tauit coram domino statuit; tradens illum Heli sacer-  
 doti. ut semper coram domino assistens ipsi domino minis-  
 traret

de Heli et sa-  
 muele

traret. <sup>cap</sup> Lib. reg. i. dedit tunc dominus suum pro  
phetam matri Samuelis; et composuit canticum quod  
incipit exultavit cor meum. deinde sequuntur mala  
ob quae reprobavit dominus sacerdotem Heli, et filios eius  
et amavit Samuelum: erat quidem Heli senectute  
grandaeus simul et iustus, habebat tamen duos  
filios qui similiter in templo ministrabant <sup>sed</sup> plurima  
~~tamen~~ illicita perpetrantes: ob quae retraheretur  
populus a debito dei servitio: misit ergo dominus quendam  
prophetam ad Heli, ut calamitates illi supervenire  
ras predicaret, et super domum <sup>eius</sup> ~~suam~~; ~~et~~ quod filios suos  
ut pater erat non corripuerat, scelerum quae patrabant  
non ignarus; certitorem reddens de amissione sacer  
dotij, et Principatus, ad alium transferendi. Lib. re  
c. 2. tunc Samuel adhuc erat adolescens, qui Heli  
ministrabat, cui quadam nocte in somnis apparet  
dominus mala super Heli ventura revelavit, et sic e  
venit, et Samuel Sabitus tanquam propheta in unice  
ro Israel. Lib. reg. c. 3. / quod sic factum est, Philis  
thaei pugnabant contra Israel et occisissent quattuor  
millia Hebraeorum, dixeruntque inter se comitantes  
ut ad se arcam domini adducerent ut sibi opem et au  
xilium ferret, quod et opere executi sunt. comitantes  
<sup>igitur</sup> ~~autem~~ arcam ad bellum perrexerunt duo filij Heli, cum  
autem Philistaei cognoverunt arcam dei adductam esse  
in exercitum timuerunt valde, et veluti de ~~victoria~~ <sup>victoria</sup>  
des

consilio autem ini  
to arcam domini  
adduxerunt, ut si  
sibi opem ferret

desperantes multos sese concitantes ad bellum ne in ser-  
 uitutem miseram hebreis subicerent, sicuti et ipse he-  
 bergos alias subiugauerant, viriliter decertarunt, et  
 dominus israelitis infensus dereliquit illos, taliterq;  
 ceciderunt in pugnis 300. et ambo filij Heli pariter in-  
 terempti sunt; et arca a Philistinis capta. Hec sciens  
 Heli dolore cordis oppressus cecidit e sella confectusq;  
 cervicibus obiit. et sic Pontificatus et domus eius pari-  
 ter corruerunt.

mortuus Heli Pontificatus ad alios translatus est ~~et tunc~~  
~~statim~~. iudicis auctoritas Samueli est commissa, et connu-  
 merant tempora Samuelis. Vixit Heli 98 annos:  
 iudicauit autem israel 40. ~~lib. reg. c. 4.~~ tempora  
 uero Samuelis simul et Saulis sunt 40 anni, iuxta ~~st.~~  
~~postulum~~ <sup>lib.</sup> aliorum. 13. non tamen constat quos annos  
 q; eorum sint assignandos, certum tamen est q; per vigin-  
 ti annos et plures Samuel populum gubernauit lib. 1.  
 reg. c. 7.

Post mortem Heli narrat quod pacto arca domini apud  
 Philistinos manserit per septem menses, malaq; que  
 illis eorumq; dijs intulerit commemorant, q; uis ipsi  
 eam venerari minime reuebant; postea illam remit-  
 tentes cum muneribus; que nullo ducente sup. plaustrum  
 imposita bouum ad terram appulit israel. <sup>sup.</sup> quod sacerdo-  
 tes et sapientes Philistinorum consuluerant, ut cognosce-  
 rent utrum ex arca domini, quam detinebant tanta illis  
 damna euerirent, necne. ~~lib. 1. reg. c. 5. et 6.~~

Cumq;

cumq; arca peruenisset ad agrum Bethsames Sabita  
tores tui illius arcam minus reuerenter contemplati  
in magno numero interfecti sunt. et timore conuer  
ti miserunt ad ciuitatem Chariathaim ut ibi arca  
asseruaret. <sup>cap</sup> 1. reg. 6. qua adducta est in domum A  
minadab. donec Rex dauid eam in domum suam tras  
tulit. 1. reg. 6. cap. secq; transactis sunt viginti anni et es  
amplius regimini samuelis: in quib; aliquid memo  
ria dignum non declarat.

gererat tunc bellum inter israelitas et Philistinis  
cumq; samuel bis in populum dei insidias mollientib;  
preces ad dominum pro hebris funderet in sacrificijs  
factus est terrémotus magnus in castris Philistin a  
des ut timore correpti in fugam precipitem se dederint  
multis eorum interemptis. quo factum est ut et mul  
ta oppida qua ab hebris abstulerant in eorum potes  
tatem redigerent. ~~1. reg. c. 6.~~

Samuel in grauescence etate non posterat ut uellet  
rebus administrandis incumbere, quarum curam  
misit duobus filijs. qui uestigia patris non sunt secu  
ti. immo munerib; corrumpebant in iustitia mini  
stranda. hebrei ergo conuenerunt ad Samuelem ab eo  
Regem postulantes, quod ipsum magna affectu trubi  
tra. ea autem nocte apparuit dominus Samueli dicens  
ei populus hic non te. sed me adiecit; Fac ergo iuxta pos  
tulatum eorum. Primum tamen exponis illis iniurias et  
tributa

78

tributa quae Reges ab ipsis exigent, et passuri sunt, qui  
bus nihilominus instanter Regem poscentibus Sa-  
muel annuit. ~~1. reg. 8.~~ et hinc incipiunt facta regū  
quibus et Samuel postea per aliquot annos supervixit.  
concessit a Samuele hebraeis Rege, illi revertisunt in  
domos suas. eo vero tempore Saul querebat affinas pa-  
tris sui, et cum ad prophetam Samuelem accessisset ut de  
affinis indicaret ipsum iussu domini in Regem instituit,  
et unxit, praedicens illi aliqua ex his, quae illi eventura  
erant: sicque remissit illum in domum patris sui. 1. reg. 10.  
convocavit igitur Samuel populum Hebraeorum in Masph<sup>at</sup>  
et ibi sorte domini dedit illis Saulē in Regem. ~~1. reg. 10. cap.~~  
post mensem unum ingruente d' Israelitas bello Naas  
Regis Ammonitarum vicit Saul hostes, ob quod gaudentes  
hebraei illum iterum in galgala in regno confirmarunt  
~~1. reg. 11. c.~~ Samuel superactis coram omni populo in re  
prehensivis verba prorupit, eoque Regem postularent, in  
cuius testimonium miraculum ostendit, illi autem obs-  
tupefacti arbitratisunt sermoticos, quos Samuel adhi-  
tatus est, quatenus dominum deinceps in omnibus sequi  
incessanter curent, si minus periticos secerbo serrent,  
1. reg. 12.

Deinde inceperunt bella inter Saul et Philistheos, quae  
usque ad mortem Saulis nunquam cessarunt. in quorum initio  
praevalentes Philistheis sic arma a populo israelitico eli-  
minarunt, ut neque in eis ferrum ex quo confici possent ha-  
berent; adeo ut etiam pro vomeribus conficiendis ad Phi-  
listheis

Lythois ferrum foret sibi postulandum. Unde factum  
est ut in primo bello occurrente nullum aliud arma-  
rum genus præter lanceam unam, et gladium unum in-  
ter hebræos fuerit repertum, lancea quidem apud regē  
gladius uero apud filium iustis. <sup>cap</sup> Reg. 13. tunc autem  
Jonathas filius Regis saulis instinctu domini cepit pug-  
nare contra hostes et occidit viginti ex eis. cum ipse solus  
cum suis armigeris inuasisset illos. qui timentes et rei in-  
uitate attoniti. alij alios occidebant. facta q̄ est magna strages.  
Jonathas q̄ paululum melis gustauit a patre occidi iubet  
quem tamen populus liberauit. ~~Reg. 14.~~ Samuel autem  
qui saulem unxerat in regem uicebat adhuc; iussit q̄ Sau-  
li ex parte dei, ut contra Amalecitas pergeret pugnatu-  
rus. et q̄ omnes etiam infantulos et foeminas interficeret  
quin et omnia eorum pecora, quod saul non fecit, immo  
Regem cepit, nec occidit. pecora autem et armenta pro spolijs  
asportauit. quod cum uideret Samuel scidit partem  
clauis saulis, dicens deus hodie scidit, et abstulit a te reg-  
num israelis, et tradidit illud alteri meliori q̄ tu. sic au-  
tem Samuel dicebat exequens mandatum domini, miseri-  
cordia tamen motus in saulem; pro quo ad dominum ora-  
re non desistebat. tunc ergo Samuel occidit Regem Am-  
leed coram omni populo. ~~lib. reg. c. 15.~~ Precepit autem  
dominus Samueli. ne ipsam amplius pro saule exoraret,  
et misit illum in Bethel. ut unum ex filijs isai ungeret  
in Regem; et unxit dauidem minimum eorum natu-  
m ab illis ergo die recessit spūs domini a saule, et inuadebat  
eum spiritus malus. et ob id adduxerunt ante illum, dauidē  
ut

iussu samue-  
lis saul pergit  
pugnare Ama-  
lecditas

paruit saul re-  
gi et gregibus  
Amalecditarum

ut pulsans byram propelleret angustias Regis. corrigit  
 autem, ut congregatus Philistheus in agmina contra Isra-  
 el. Goliath Philistheus gigas quotidie exprobrans  
 agrumibus israel provocabat<sup>re</sup> omnes ad singulare certa-  
 men, quem dauid induellum prosiliens ficina deiecit,  
 et proprio mucrone caput ab humeris amputavit. *lib. 1. reg. c. 16. et 17.*

Jonathas filius saulis cepit toto corde diligere dauidem  
 quando vidit Philistheum sic truncatum ab eo; sed et  
 Saul cepit odium prosequi eundem, videns tantis laudibus  
 a populo celebrari canentibus feminis, Saul percussit  
 mille, sed dauid decem milia: multosque eum occide-  
 re est aggressus. ob idque ei dedit filiam suam Michol (ut  
 fieret ei in scandalum, et Saul occasum nem occidendi illius  
 nancosceret) quae semel ipsum a morte eripuit. *lib. 1. reg. 17. et 19. c.*  
 Dauid tunc fugiens abiit in bethleem ubi erat  
 Samuel cum alijs prophetis futura prognuncians, quem in secu-  
 tus dauid voluit (sed non potuit) eum in loco illo interfice-  
 re, dominus enim mutavit mentem saulis, et uestimen-  
 ta deposita cepit et ipse prophetare cum alijs prophetis purnu-  
 diem et noctem; interea evasit dauid, et peruenit ad  
 nabaliam, suscitans ab eo, et querens de tanta in eum per-  
 secutione a saule machinata, iniieruntque ambo amicitiae  
 foedus, et Jonathas patrem abscurum se spondit et  
 precibus flexurum. quod si id impetrare non posset dauides  
 moneret quatenus se in cisternam servaret, et ita monuit  
*lib. 1. reg. 19. et 20. c.* Tunc dauid venit in civitatem

Jonathas diligit  
 toto corde dauidem

Nobe

venit dauid in  
ciuitatem nohe

nohe, ubi tunc erat sanctorum, et Abimelech sacerdos  
et petijt panes pro se et socijs suis, simul et gladium, <sup>non haberet</sup>  
Sacerdos autem sacerdos panem alium <sup>non haberet</sup> praeter sanctos pa-  
nes propositionis, et <sup>goliath</sup> gladium, quem dauid in bellis  
ceperat (et tunc ut ipse posuit, erat in sanctuario) <sup>de eo</sup>  
et de <sup>duobus</sup> panibus prouidit illi, quibus acceptis abiit dauid  
in terram Philistinorum ad Regem Achis, cum quibus  
rei regis illi nunciassent, illum hominem, qui ad se confu-  
gerat esse eundem, qui goliath occiderat Philistinum, ti-  
muit dauid, et finxit se insanum; quem Rex dedidit  
a Bici mandauit. Tunc abiit in terram moab, et per-  
dicens loca circumiens latuit saulem. Diei quadam  
cum saul esset in gabaa quesiuit ubi esset dauid?  
nec ullus fuit, qui de illis nunciaret, praeter doegidum  
uero, qui Regi significauit qualiter in ciuitate nohe  
moratus, a sacerdote panes, et gladium <sup>sanctos</sup> goliath accepisset.  
quo audito precepit Rex sacerdotem adduci ad se, uero  
quo simul adducti sunt tres sacerdotes, quos impie saul  
occuldi imperauit, cumque nullus in eos manus mittere au-  
deret, doegidumque omnes interfecit. Ciuitatemq; no-  
he, ubi erat templum, destruxit uiros simul cum femi-  
nis gladio confodiens nemini parcens, etiam de pecori-  
bus. a qua cede euasit Abiathar filius Abimelech sacer-  
dotis, et aufugit ad dauidem <sup>lib. reg. 21. et 22. c.</sup>  
Post haec Philistini uenerunt Ceulam ciuitatem, ut ubi  
prelas agerent, ad quam et dauid perrexit demanda-  
to domini, et pugnans contra Philistinos spolia con-  
tulit.

hebraeorum



trahit: cumq; ibi esset cognouit per diuinam reuelationem q; saul illuc descendere decreuerat ut illum comprehenderet: q; q; ciues ipsum tradituri essent. et fugit inde morabatq; in deserto <sup>cum</sup> quasi sexcentis militib; . Interim Ionathas filius saulis aduenit ad dauidem confortans eum. Sabitatores autem deserti polliciti sunt saul q; traderent illi dauidem in manib; . qui abiit ad quercendum eum. quem cum undecim quaq; circumdedissent, venit nuncius ad saulem nuncians ei q; Philisthiis terram uastabant. et sic cessauit a dauidis persecutione. lib. i. reg. 23. c.

taliter q; euadere non potuisset.

Redijt deinde saul dauidem quercitans qui adhuc in deserto morabat engaddi, in spelunca cum uiribus suis habitans; quam cum ingressus esset saul, ut naturam satis faceret dauidis socij uoluerunt ipsum interficere. quod dauid impediens lasciniam pallij saulis abscondit; egressumq; saulem ab specu dauid insequitur ostendens ex facto se illum occidere potuisse, accusansq; saulem eiq; tam immerito in ipsum inueheret. tunc saul flens confessus est dauidem se iustorem esse notum faciens illi q; post ipsum regnaturus esset in israel. lib. i. reg. c. 24.

Hoc tempore mortuus est samuel. dauid dum adhuc in deserto degeret misit ad nabal carnellum ut sibi de cibarijs succurreret; qui uerbis asperis responders

mortuus Samuel

petita

peccata omnino negavit. Abigail tamen uxor eius mu-  
lier sapientia praedita. munus ad dauidem detulit,  
iam iam paratum Nabal et domum eius penitus sep-  
tare. Nabal post decem dies obiit. dauid duxit A-  
bigail uxorem. ~~1 reg. c. 25.~~ Iterum Saul desertape-  
tit dauidem insectans. Et cum Saul suiq; somno sopi-  
rene descendit dauid cum patruelis suo Abisai, et ingre-  
dientes Regis tentorium, inuenerunt lanceam, qua A-  
bisai tentauit saulem transfodere. **sed** obstitit dauid.  
asportantes tamen Sarisam et seipsum aquas, a longe  
clamans dauid ostendit euidenter se potuisse saulem  
perimere, et de medio tollere, et tunc etiam saul ag-  
nouit peccatum suum, et cessauit insequi dauidem.  
Videns ergo dauid q; in terra hebrorum uehementer  
periclitaretur abiit in terminos philistinorum ad regnum  
Aches, qui donauit ei ciuitatem sicelces. **ut** in ea mo-  
raretur. in qua mansit quattuor menses cum uxoribus  
suis, et sexcentis uiris, qui eum comitabantur. ~~lib. 1 reg~~  
c. 26. et 27.

consultat dauid  
Phylissam )

tunc congregati sunt Philistini in bellum  
saul autem conuocauit populum, et timore inimicorum  
adus consuluit dominum, qui noluit ei responsa dare  
at ille magicam mulierem adiens et consulens <sup>illa</sup>. Sa-  
muelelem defunctum coram saule attulit, qui saulem  
admonuit de morte sua et filiorum sequenti die in Phi-  
listinorum bello futura. **¶** eo tempore Rex Aches secu-  
de

7 deferbat in proelium dauidem cui plurimum fidebat quod  
tamen alijs Philistinorum Regibus minus placuit, ac  
propterea dauid in siclech reversus est. eouero tempore  
quo dauid cum Rege Achis egressus est Amalechite in  
uasunt dictam ciuitatem siclech in qua dauid mor  
rabat uastantes eam, et igni tradentes. ciuim autem  
nullam occiderunt sed captiuos ducentes illos, abie  
rant. dauid igitur cum reversus a Rege Achis ciuitatis  
stragem contemplant insecutus est Amalechitas quos  
consilio domini insecutos, captos occidit et omnia spo  
lia abstulit ab eis. ¶ Tunc autem conseruatum est bel  
lum inter Philistinos et saulem in quo timens po  
pulus hebreorum in fugam se dedit, occubuerunt quoque  
es tres filij saulis, ex quibus unus fuit Ionathas a  
micus dauidis. saul autem uidens se manibus hos  
tium occidendum proprijs manibus gladio se confo  
dit. Philistini inuentum corpus saulis capite eum  
cauerunt et arma attulerunt in templum dei sui As  
caroth. corpus autem saulis et filiorum corpora pari  
ter suspenderunt ex muro ciuitatis Bethsan. Viri  
autem Sabes galaad noctu uerientes corpora depo  
suerunt in patriam suam asportantes facientes plau  
tum magnum super eis. Postea uero sepelierunt ea in  
monte Sabes galaad. Lib. 1. reg. c. 21. ¶ Sic finit  
liber primus Regum.

De libro 2. Regum

se

81  
Rex Achis secum  
defert dauidem in proelium  
Lib. 1. reg. c. 28 et 29.

Saul proprio  
gladio se confo  
dit uidens se ma  
nibus hostium oc  
cidendum

Sequitur 2<sup>us</sup> Regum. in quo Regno Saulis cessante Regnum dauidus succedit, de quo late loquitur sacra scriptura in libro 1<sup>o</sup>, et deinceps de regno successorum illius instituit sermo in 3. et 4. lib. occubuerunt ergo Saul et filij eius in monte gelboe; dum autem dauid contra Amalecitas pugnavit reversusq; est ad civitatem Sicelech venit ad eum adolescens qui saulem iam iam morientem vita omnino priuauerat afferens coronam illius, quem statim dauid occidi imperauit, quia confessus est se saulem ut dictum est peremisse; fecitq; plangitur magnum super eum. *lib. 2<sup>o</sup> reg. c. 1.*

Tunc dauid exijt ab urbe Sicelech qua erat Philisteorum et venit in Hebron civitatem Iuda precepto domini; ubiq; inunctus est in Regem viris populi, qui erant de tribu Iuda. Abner dux equitum saulis iijt similiter in Regem Isboseth filium saulis virum iam quadragenarium; cepitq; discordia inter Abner et Ioab, qui erant duces duorum predictorum Regum, et occubuerunt in certamine quodam duodecim viri fortes ex utraq; parte, et Issa item frater Ioab introijt. *lib. 2<sup>o</sup> reg. c. 2.*

crecente autem discordia domus dauid incrementa domus u<sup>o</sup> Isboseth decrementa patiebatur. et Abner iratus contra Isboseth abiit ad dauidem, ut in manus eius statueret omnes duodecim tribus; quod resciscens Ioab suspicatus q; dauid ipsum ducatu equitum, esset priuatus

exercitus

Abner iijt in Regem Isboseth.

turus ut illud committeret Abner, occidit illum nihil ta  
 le pro meo caritatem. ~~lib 2 reg. c. 3~~ propter quod dauid  
 iratus nimis, <sup>et</sup> fleuit mortem Abner in exequiis eius,  
 tunc Isboset timuit, et duo assassini latrones exis  
 timantes se Regi gratum facturos occiderunt Isboset  
 in fervore dicit dormientem et amputatum illius ca  
 pite attulerunt ad dauidem. legis dauid iratus ip  
 sos interfici iussit in facinoris propeati poenam. ~~2 re.~~  
 4. cap. tuncq; conuenerunt vniuersi duo decim tri  
 bus israel. et unxerunt tertio dauidem in Regem  
 in Hebron. dauid duxit plures uxores et concubi  
 nas. et Rex Hiram Tyri misit illi preciosas ligna  
 et magistros operum ad edificandam domum regiam.  
 pugnavit dauid bis contra Philisthes et devicit illos  
~~lib 2 reg. c. 5.~~ cum autem dauid aliquantulum in  
 regno quiesceret voluit arcam domini adducere (quod  
 tunc erat in Cariatia ~~rum~~) in domum suam. et cu  
 arca adduceret Oza volens eam tenere necaderet in  
 teremptus e a domino. timuit q; dauid illam introduce  
 re in domum suam, asportataq; est in domum Obbedi  
 Lemita; in qua mansit tribus mensib; et accidens da  
 uid q; dominus benedixisset domui Obbedon ob ar  
 cam, voluit illam afferre in domum suam cum mag  
 na letitia et festu, in qua festiuitate et arca reporta  
 tione dauid saltans ante illam depositis regalibus  
 verbis antebat: Sic cum inspexisset Michol uxor  
 dauid

duo decim tribus  
 tertio dauidem  
 unguunt in regem

dauid duxit ar  
 cam domini in do  
 mum suam )

dauid filia saulis despexit Regem, et ob id deus con-  
cluse uulnam eius ne liberis ex dauide gigneret.

lib. 2. reg. c. 5. et .6.

dauid iam ab hostibus tutus statuit in corde suo  
edificare templum domino et arca eius, cui deus  
prophetam nathan gratum habuit, inueniens qui ipse  
esset deinceps amplius honoraturus, et regnum in sa-  
os posteros confirmaturus, veruntamen quia templi  
structura desisteret, quam dominus filio eius salo-  
moni construendam reservabat.

Postea dauid multa bella gessit cum Philistinis, cum  
moabitis, et Edomitis et Assirijs, multasque gentes  
sibi fecit tributarias, et iniquum tributum abstulit ab he-  
breis, quo subdebant Philistinis, et acquisiuit diui-  
tias plurimas, aurum, et argentum, quibus postea  
templum amplissime edificari posset. lib. 2. reg. c. 8.

fecit inquiri Vm esset aliquis de genere Ionathae  
amici sui filij saulis, ut eum beneficijs afficeret ob  
ius iurandum et pactum, quod cum Ionathae pepige-  
rat; Et inuenit Amphi boscus utroque pede claudens  
filium Ionathae, quem coram se adduci iussit, et de  
mensa Regis annul cum seipso semper aluit. lib. 2.

reg. c. 9. Deinde mortuo Rege Ammon regnavit  
filius eius pro eo, ad quem misit nuncios dauid ut  
consolerentur eum, qui ob prauum suorum consilium  
nuncios contumeliosis affectu dimidias barbas radens  
hoc cum cognouisset dauid indixit bellum Ammonitis  
lib. 2.

mittit dauid nuncios  
ad Regem Ammon  
defuncti nuncios  
filiam nuncios

secum

crudelis

liba reg. 10. eo tempore cum esset Joab in castris da  
uid vero domi remansisset et uidiu Bersabe uxorem  
vria suauiternse quam ad amauit et cognouit. que  
et grauidafalta est. dauid autem ut factum et crimē  
emissum occultaret. Vriam accersiri mandauit ut  
ad uxorem accederet. ille autem cum eet vir fortis et  
nobilis bellumq. ingrueret, noluit etiam rege consule  
te descendere in domum suam, sed ad castra reuersus  
est: quod cernens dauid Vriam in locis ubi manus ingru

imminerebat

erat periculum ipsum opponi hostibus precepit ut ab  
ipso occideret, quod et factum ē. 2. reg. ii. iratusq.  
dominus d. dauidem misit ad eum ophiam, qui rucua  
ret ei gladium de domo ipsius non defecturum, et quod  
paruulus ex adulterio Bersabenatus eet periturus,  
et perijt. postq. dauid vria mortuo Bersabe duxit in  
uxorem. deinde genuit ex ea salomonem, et profec  
tus dauid in bellum contra Amonitas deuicit illos et  
crudeliter occidit. predam agens ingentem determinis  
eos. liba. c. 12

ad impleuit autem dominus quod pr. dixerat Per Na  
e San pphetam, in hunc modum, erat dauidi uxor fili  
a nomine Tamar puella ualde et filius primoge  
nitus nomine Amōn de altera matrenatus, qui ada  
mauit sororem Tamar uehementer, quam cum cogno  
uisset fraude simulata, tandem eam diu prosecutus  
abiecit. Absalon autem frater erat ex utroq. parente  
ipsius Thamar, et ab eo die decreuit occidere Amōn don  
opere

Amōn adamat Tha  
mar sororem suam

Absalon insidias  
contra patrem ma-  
chinas.

opere complevit invitans illum ad convivium liber  
regum. c. 13. aufugit Absalon in terram getim. que  
erat aviti sui patrimonium, pro eo autem exoravit  
ab daudem et reduxit illum in Hierusalem. 2 reg  
14. c. Absalon insidias contra patrem machinas eū  
e Regno trudere arbitratus, amicitias iniens cum isto  
ebon. cumq; dauid resuivt Absalonem contra eum  
adventare in Illem nudis pedibus flens aperto capite  
exiit ab urbe. 2 reg. 15. c.

Sibba tunc economus Mephibosels filij Ionathie  
non recte de eo ad Regem est locutus dicens illi q; re-  
manserat in Hierusalem ad recuperandum regnum  
cui fidem adhibens dauid iratus, Sibba dedit omnes  
que erant Mephibosels. Semei deinde vir de semi-  
ne Saulis egressus a Buzari cepit maledicere dauid  
ipsumq; convitijs afficere lapidare, et pulvere iniecto  
parvipendere, hic autem cum cerneret Absalonem <sup>Semei</sup> dauid  
~~dit Absalonem~~ in <sup>Semei</sup> ~~illam~~ inuicti tentavit et occideret  
a daude tamen non est tale quid aggressus. eo vero <sup>permissis</sup>  
tempore Absalon appropinquavit Hierusalem et ur-  
bem ingressus consilio Achitophiel cognovit conve-  
binas patris sui coram omni populo, ut omnes manifes-  
te agnoscerent se taliter odio patrem prosequi q; nul-  
lo unquam tempore cum illis esset reconciliandis. 2 reg  
16. c. 11 Absalon consilio invito, Achitophiel in ea fuit  
sententia ut eadem nocte congregatis 12 Viris dauidē  
insequeret. Cui tamen Sarabites suis consilio se oppo-  
nent ait, melius fore ut congregatis uniuerso Israele da-  
uidem fugientem usq; ad interitum persequatur. Cui  
hi



Si vero sic ex industria remaneret cum Absalone  
 ut daudem (erat enim amicus eius) admoneret de  
 gestis in Hierusalem; et degerendus, et missis nuncios  
 ad daudem consuluit ut illa nocte Jordanem trans-  
 vadere si in voluit evadere desiderabat. quod dauid  
 statim est executus. Achitophel uideri consilium a re-  
 datum parvipensum laqueo se suspendit desperatus. *2<sup>a</sup> Reg. c. 17.*  
 Dauid ergo Jordanem transmitti in-  
 gressus in urbem quandam a filio Absalon afflictabat  
 eandem civitatem inprocto. Sed cum illi res pro anima  
 esset exercitum parvum a quo comitabat tribus duci-  
 bus ordinandum commisit, quos et ille simul comitari in-  
 pugnam decernit illis tamen minime ammentibus re-  
 mansit, illis eis precipiens ut Absalonem filium suum  
 nequaquam lederent, manibus autem conseritis in proles  
 sic illicq; exercitu Absalonis disperso, ipse in fugam  
 uertus insidens mulo subter quercum capillus suspendi  
 e, quem sic in aere penderentem loab lancea confodit  
 miserime interficiens. et receptui cecinerunt. cumq;  
 Absalone interfecto bello etiam illi finis imponi uideret  
 populus per agros diffusus reversus est unusquisq; in ta-  
 bernacula sua. Dauid ergo cum de obitu filij certiora-  
 tus eet flebat lacrimis irremediabilibus. *2<sup>a</sup> Reg. c. 18.*  
 quod cernens loab ad Regem ait. si sic pro filio impio  
 occiso coram populo clamitas nec unam quidem noctem  
 apud te morabor, propter quod dauid suspiria et lachri-  
 mas comprimens serenata fauce se ostendit ad populum.  
 Tribus israel et iuda comitantes daudem adduxerunt  
 eum

appropin-  
guante

Consilium Achitophel infatuatum est

Absalon suspendit et lancea interijt.

cum in Hierusalem inter quas eo tempore disside-  
 bat. ~~lib. 1. reg. c. 19.~~ propter istud autem dissidium  
 inter dictas tribus surrexit uir de Benjamin nomine Si-  
 ba, et intonans buccina ait, o israel nulla est tibi pars  
 in dauide Revertere in tabernaculum tuum; et omnes se-  
 cuti sunt illum dereliquentes Regem. qui precepit Amas  
 se quatenus congregatus uniuersus uirus Iuda insequeret  
 Sibam, antequam munitur amplius. Ioab uero inuidens Amas  
 se amplexatus eum in dolo occidit illum. Ioab et Abisai  
 insecuti sunt Sibam qui erat in ciuitate, et demisso capite  
 Siba ad ipsos permurum cessauit pugna. ~~lib. 1. reg. c. 20.~~  
 tempore dauidis fames ualida tribus annis uastauit  
 terram. Et cum a domino quereret quanam esset tanta  
 calamitatis causa? Responsum accepit hoc prouenire pro-  
 pter hebreos propter damna quae saul intulerat gabaonitis  
 et quod fames non esset cessatura donec pro gabaonitis uin-  
 dicta sumeret, qui audito dauid gabaonitis tradidit septem  
 filios saulis, diuis ex illis ex concubina genitos, quinque  
 uero nepotes, et percussit in quibus et eorum esset filius bona  
 et cetera. Hos septem suspendentur gabaonite et plaga famis  
 cessauit. ~~2. reg. 21.~~ ubi etiam describitur et miranda  
 bella dauidis contra Philistinos, in quibus occisi sunt  
 et gigantes. Deinde cap. 22. ponit quidam psalmus  
 dauidicus, qui incipit in psalterio Diligam te domine  
 et c. 23. ponit nomina fortium dauidis, et res fortiter  
 ab eis gesta. In fine uero libri c. 24. proponit descriptio  
 populi a dauid facta, quod dominum ad iracundiam pro-  
 cauit, et in punitionem peccati dedit optatum Regi, ut ex-  
 tribus

et amputato et de-  
 misso

tribus annis tempo-  
 re dauidis fames in-  
 uastat terram. ob  
 damna quae saul  
 intulerat gabaoni-  
 tis.

tibus plagis unam, quam males eligeret, et pestem elegit  
in qua subito 70V Somnium obierunt. cumq; dauid ve-  
luti aspiceret vidit Angelum domini in aere gladio sa-  
guines manu arrepto civitati Hierusalem imminantē  
et stupore correptus suppliciter ab Angelo postulavit qua-  
tenus ipsum perimeret, et populo parceret. Venitq; pro-  
pheta Gad et dauidi suavit ut edificaret altare in esbo-  
co, in quo angelus apparuerat, quo facta plaga cessavit.

De Libro tertio Regum.  
usq; ad 13. caput  
inclusivē

In 3. libro Regum agit de Regibus qui in regno suc-  
cesserunt Post dauid. Et primo scribit de tempore in  
quo regnum fuit unitum; deinceps de regno diviso. 2.  
reg. 12. et primo proponit mors dauidis, senuerat dauid  
et multo magis viribus q; etate, neq; poterat in lecto ca-  
lescere q; tumuis pannus obvolueret, et ob hanc cau-  
sam quæsierunt adolescentulam pulcherrimam, que  
cum ipso cubaret; quam tamen Rex mirime polluebat  
neq; enim etas viribus destituta ad id impellebat. Et  
tempore Adonias filius dauidis conabat regnum usur-  
pare, de quo conquesta ē Bersabe mater salomonis co-  
ram dauide, qui hoc audito precepit salomonem in Re-  
gem ungi. 3. reg. 1. 11. dauid deinde appropinquante  
morte instruxit salomonem de faciendis circa Ioab, qua-  
tenus illum morte puniret, et similiter Syemei iusta pri-  
ua

*[Faint handwritten notes in the right margin]*

*[Faint handwritten notes in the right margin]*  
cognovit

*[Faint handwritten notes in the right margin]*

*[Faint handwritten notes in the right margin]*  
Dauid morti iu-  
nus instruit salo-  
monē de faciendis

uaret. Adonias petijtā salomone in uxorem Abisach  
uxorem dauidis, de quo iratus salomon illum statim  
interfici imperauit: Boab quoque similiter etiam ad sac  
tuarium confugerentem occidi iussit. Abiathar quoque  
sacerdotis priuauit et in exilium missus, quoniam  
sic accidit. 2. reg. 2. cap.

Salomon ducit  
filiam Pharaonis  
Regis Egypti

Post hoc salomon duxit uxorem filiam Pharaonis regis  
egypti. et quadam nocte dormienti salomoni deus sa  
pientiam infudit tantam, quantam nulli concesserat.  
quod statim rei euentus manifestauit in iudicio duarū  
mulierum proparuis contendentium. 3. reg. 4. c.

Inijt salomon foedus cum Hiram Rege Tyri ut serui  
illius cederent ligna in monte libano, et lapides gran  
des ad structuram templi domini; et narrat de omni  
bus eius partibus, et situ. 3. reg. 6. c. ij edificauit prope  
rea salomon domum sibi preciosam ualde, et domum  
montis libani, cuius figuram exprimit scriptura. 3. re.  
c. 7. templū fabricatū collocauit salomon in exarcar

cum maxima populi celebritate, et salomon largiter  
perorauit. 2. reg. 3. c. edificauit autem domum dñi  
septem annis, et domum regiam annis tredecim, quibus  
simul conſuebant 24 annos regni sui.

cum alijs quattuor  
quibus regnauerat

Apparuit illi tunc secundo dominus et dicens illi  
q. si ipse et filij eius seruari mandata dei essent in  
perpetuum regnaturi; si minus q. essent perituri. tem  
plum. et seruiturum labores. scribere insup de prude  
ti ad ministratōne domus salomonis, bonoq. regni regi  
mine

mine anteq̄, in senectute deprauaret. 3 reg. 9 || Postea,  
describit aduentus Regina Sabba ad Salomonem audi  
ta ipsius Sapiencia, qua ingressa domum eius plus oculis  
iudit, q̄ auribus audierat, dedit munera Salomoni et  
similiter munera ab eo accepit, narrat etidem de di  
uitijs Salomonis, et munerib; qua a multis terris par  
tib; ad ipsum mittebant, et de excellentia glorijs ei; 3  
reg. 10 ||

Salomon duxit plurimas uxores ex gentilibus, et ado  
rauit idola earum, quibus et templa edificauit propter  
quod dominus cominatus est illi, quod diuisurus eet  
regnum eius, tradens illud taliter alteri, quod genes  
ipsius potestatem una tantummodo esset trib; remansura,  
et quod hoc non sua ecate, sed regnante filius eius erat ad  
implendum | tunc propheta Ahias reuelauit Hiero  
boamo, quemadmodum dominus illi non esset constitu  
turus regem in Israel. 3 reg. 11 || mortuus e Salomō  
postq̄ regnauit 40 annis. et successit illi Roboan fi  
lius eius, a quo petijt populus ut tributum inueneret qu  
eis pater imposuerat; ad quos ille consilia iuuenum  
amplectens dure respondit grauiora <sup>se</sup> impositurum affir  
mans. sic q̄ factum est ut decem tribus Israel recederēt  
ab eo, imponentes sibi Regem Hieroboan, cumq; Roboan  
statueret in bellum exire contra decem trib; ut eas ad se  
reduceret, precepit illis dominus ne bellum aggrederent  
qm̄ a domino egressa fuerat illa regni diuisio. tunc Hie  
roboan considerans q; si decem trib; sibi subiecta abirent in

Salomon duxit  
uxores plurimas  
et coluit idola  
earum.

decem tribus re  
cedunt a Roboan

tem -

templum domini ad Hierusalem de facili possent recon-  
ciliari cum Roboan conflavit duos vitulos aureos al-  
terum in dan alterum in Bethel, et hos iussit a populo  
coli et adorari, quod fuit peccatum grande Hieroboam  
2 reg. 12<sup>o</sup>: misit dominus prophetam ad illum cum esset in  
magna celebritate et conuersus propheta ad altare prae-  
cipiens ut scinderet, scissum est. rex tetendit manum contra  
prophetam, qui statim exaruit, sed precibus prophetae ru-  
tituta est sanitas. ibidemq; prophetauit qualiter  
sacerdotes idolorum sup altare illud essent trucidandi.  
Sic autem propheta ab alio pseudo propheta seductus  
cubrem sumpsit in illo loco et ob id in itinere scurrabiret  
a leone dilaniatus est. 2 reg. 13. Hinc iam regno di-  
uiso prosequitur sacra scriptura agere de utroq; regno scilicet  
Iuda, et Israel.

De 4<sup>o</sup> Libro Regum a cap. 14 tertij.

quandiu regnum stetit integrum dicebat regnum hebre-  
orum, posteaq; tamen diuisum est regnum duarum tri-  
buum dicitur est Iuda. Regnum uero decem tribuum ap-  
pellatum est Israel. Regnum Iuda plus durauit, incepit  
enim in Dauid, et finitum est in Sedechia per 22 Reges  
Suius generis peractum.

Regno diuiso pri-  
mus Regum Iuda  
fuit Dauid  
et deinceps qui sic  
enumerantur.

Primus autem Regum Iuda fuit Dauid ut dictum est reg-  
no adhuc integro: Secundus fuit Salomon similiter reg-  
no nondum diuiso, et de his duobus iam diximus 3.  
Tertius Rex Iuda fuit Roboan filius Salomonis in cuius tem-  
pore propter eius imprudentiam diuisum est regnum. reg-  
nauit

87

navit .17. annis .3. reg. c. 14. anno autem quinto regni  
sui ascendit Rex egypti in Hierusalem et spoliavit do-  
mum domini. et domum Regis, eo vero tempore filij lu-  
da adorabant idola et fabricabant illa, sicut et illi qui e-  
rant de israel. 3. reg. 14.

4<sup>us</sup> Rex fuit Abias filius Roboan, inter hunc et Hiero-  
boan primum Regem israel semper fuit bellum. 11. 5<sup>us</sup>  
Rex fuit Assa filius Abia, qui regnavit 41. annis, hic  
destruxit idola latram, et secutus est Legem dei, gessit  
bellum d<sup>o</sup> Bassa Regem israel. 3. reg. 15.

6<sup>us</sup> Rex fuit Josaphat<sup>s</sup> filius Assa qui fuit bonus  
non cultor idolorum, q<sup>u</sup>i tamen amicum foedere iunxit  
et Achaz regi israel idolatra aliquamala oppressus  
est. 3. reg. 23. et sic fuit 3<sup>us</sup> liber regum quantum  
ad Reges Iuda. ~~Restat tamen dicendum in his pars  
Regum israel; de quibus dicemus.~~

Septimus Rex Iuda fuit Ioram filius Josaphat<sup>s</sup> de quo  
pauca narrantur fuit sic amicus Hieroboan qui tunc  
regnabat in israel. 3. reg. 23. et 4. reg. c. 7. hic  
regnavit 8. annos. 2. paral. 20. c.

Octavus Rex Ozias seu Ozi<sup>s</sup> (duplex enim nom<sup>e</sup>  
gaudet) qui erat filius Ioram, et regnavit uno anno  
4. reg. 8. Sic malus fuit, et idolatra, sicut et reges is-  
rael, qui regnum obtinuit tempore Ioram Regis Isra-  
el; contra hunc insurrexit Iehu, et precepto domini  
utrumq<sup>ue</sup> interfecit. 4. re. 9

Nong

Nonus Rex fuit Athalia foemina. que regnavit 7  
annis nullus alius regnante in Iuda, hac fuit uxor Ioram  
Regis Iuda. et mater Ochozia regis iam uita func  
ti. cumq; uideret filium uita cessisse desiderio regna  
di, ne aliquis nepos ipsius, aut alius de genere regio  
Sedem Regni acciperet. occidit illa omne semen regium.  
Iosaba autem soror Ochozie Regis defuncti abscondit  
Iosiam filium Ochozie et nepotem Athaliae cum esset  
septem annos. 4. reg. 11. et dum hunc clam nutriuit  
et aluit regnavit Athalia septem predictos annos.

Decimus Rex fuit predictus Ioas acede Athaliae ut  
dictum e ereptus, et in domo domini custoditus. Iosaba  
autem Pontifex maritus Iosaba, que illum absconde  
rat uocauit duces populi, quibus manifestaue secre  
tionem, qui in dicto die certo Ioas acclamauerunt in Regem  
Athalia uociferante. conuictus conuictus, sed Iosaba  
da sacerdos ipsam de templo e sui mandauit, et iugulari  
4. Reg. 11. c. Sic fecit pecunias colligi, quibus templi  
~~reparatus~~ reficeret, et deinde a seruis suis occisus est  
4. reg. 11. c.

Undecimus Rex fuit Amassias filius Ioas, qui regna  
uit 29. annos. 4. reg. 14. Sic inuisit Regem Israel  
a quo uinculis astrictus perductus est in Hierusalem ru  
pens magnam partem muri ciuitatis, in opprobrium illius.  
Hunc Amassiam subditi sui occiderunt. 4. reg. 14. c.

Duodecimus Rex fuit Ozias seu Azarias filius Amas  
822



12. Hunc dominus lepra percussit qm officium sacer-  
dotale usurpare presumpsit. id est q seorsum habita-  
bat et filius eius Joatham ~~filius eius~~ regni adminis-  
trationem habuit et regimen 42 annos. 4 reg. 15.

Decimus tertius Rex fuit Joatham predictus filius pro-  
dubi Ozij qui regnavit. 16 annis. et edificavit altam  
portam in templo dei. 4. reg. 15.

14. fuit Achaz filius Joatham, qui regnavit. 16 annis  
contra Sion pugnavit Rex Rassim Syria cumq Achaz  
se defendere non valeret. misit ~~ad eum~~ thesauros auri  
et argenti, quos tam de domo sua q de domo domini  
colligere potuit; ut sibi operiret contra proditum Ras-  
sim Regem Syria et Damasci, quod ille exequens pre-  
fatum Rassim devicit et vita privavit, civitatem dam-  
ci destruxit. tunc Achaz egressus est ut videret Regem  
Assyriorum, et assumptis exemplari altari ~~in quibus~~  
idola colebantur ~~similia~~ in Hierusalem fabricavit ~~fecit~~  
~~et ipse similiter idola colebat~~ in quo, et non in altari do-  
mini sacrificia fieri ~~permittentibus~~ fuitq magis idola  
tria deditus, q alij antecessores. 4. reg. 6. c.

ad Regem Assyriorum

precepit.

15. Rex fuit Ezechias filius Achaz Sic virtute proditq  
qualis non successerat post mortem Davidis. contraque  
ascendit Senacherib Rex Assyriorum, qui blasphemias  
protulit d deum, propter quod Ezechias lacrimatus ad  
dominum conquestrus est. et dominus illum confortans  
bono animo esse iussit. Et misit angelus in castra Assyri-  
orum

orum, qui una nocte interfecerunt. 1850 Sommes ab ipso  
quod nullus de exercitu presensit // quod nullus de exercitu presensit; mane factis cum multo

Set Senacherib stragem multitudinis occissa aufugit in  
terram suam, et ingressus templum idolisui a duobus  
filijs suis simuliter et ipse interemptus est. 4. reg. 18.  
egrotavit Ezechias Rex ad quem misit dominus sua  
dens ut disponat domus sua quod appropinquabat mors eius  
ille flens ad dominum conuersus impetrauit a domino 15  
annos longioris uitae. et adhuc nunciandum missus est  
a dno Isaias propheta; et insignum huius sol retrocessit  
decem hinc uel horis. 4. reg. 20.

Decimus sextus Rex Iuda fuit Manasses filius Ezechias  
et quidem pessimus et plusquam antecessores idolatra (in do  
latria enim etiam Achaz auum suum excessit) occidit  
prophetas, et sanctos uiros in Hierusalem in tanto numero  
ut enataret sanguine uici. regnauit autem 55 annos.  
longius spacium quam alij reges. Pater autem eius Ezechias  
uir iustus et sanctus regnauit 29 annis. 4. reg. 18.

Decimus septimus fuit Amon filius Manasse idolola  
tria etiam infectus, contra hunc conuersione serui eius  
et occiderunt illum secreto. 4. reg. 18.

Decimus octauus fuit Josias filius Amon hic bonus et  
iustus super omnes praedictos reges dauidae excepto, cui etiam  
am solet comparari. Sic edificauit templum, et cum in eo  
inuenisset librum legis inuenit ueterem prophetissam, qui <sup>consulto</sup>  
praedixit mala superuentura in Hierusalem, eliminauit  
omniem idololatriam a Regno, quam omnino Ezechias non  
ex

89

extirparat. cum autem S. Pharaonem regem egypti  
exisset in prolium, infixam sagittam occubuit. regna-  
uit 32. annos. 4. reg. 22. 23. et 24. c.

Decimus nonus fuit Joatham filius Josia malus. et  
regnavit tantummodo tribus mensibus. Rex enim egypti  
abstulit regnum ab eo, et dedit illum Heliachum fra-  
tri suo filio Josia, hic etiam idola voluit, et occidit sanctos  
regios, postea autem vocatus est Baacim. et regnavit unde-  
cim annis. et fuit Rex Vicessimus. 4. reg. 23. c.)

Vigessimus Primus fuit Joachin filius dicti Joacim  
qui cum regnasset menses tres ductus est captivus in Ba-  
bylonem simul cum matre sua, et nobilibus Regni, et the-  
saurus domus domini, et domus Regis. 4. reg. 24. c.)

22. et ultimus Rex fuit Sedechias filius Josia, hic  
primo ductus est Mathathias, quem constituit Regem Rex  
Babylonis quando duxit in Babylonem sobrinum suum  
Joachin. regnavit autem undecim annis. 4. reg. 24. c.)  
Sicne adduxit exercitum Nabuchodonosor Rex, et tandem  
vicit illum et obtinuit civitatem Hierusalem. Sedechias  
autem fuga se mandavit, sed comprehensus adductus est  
coram Nabuchodonosore, et coram eo ingulati sunt filij  
statimque ipsi eructi sunt oculi, et catenis constrictus ductus  
est in Babylonem. Venit deinde Nabuzardan Princeps  
militie Nabuchod. et destructa domo domini. et muris ur-  
bis, adduxit secum in Babylonem reliquias quas Nabuchod  
non asportaverat de templo etc. 4. reg. 25, tempus ergo,  
Regum proditorum a Davide connumerando sunt 475. anni  
vel quasi

Vel quasi cessavit autem regnum cum ducti sunt in  
Babylonem.

Reges Israel di-  
vino <sup>regno</sup> incipiunt a  
Hieroboam et  
deinceps -

Nunc redeamus ad Reges Israel, qui ceperunt in Je-  
roboam, de quo propheta Abias multa mala prophetauit  
quoniam fecit errare totum Israel contra dominum, regna-  
vit .22. annos. 3. reg. 13. 14

Secundus Rex Israel fuit Nadab filius Hieroboam  
qui regnavit duobus annis, quem per insidias occidit  
Baasha subditus eius de tribu Issachar, et fecit se in  
Regem constitui. 3. reg. 15. fuit enim Nadab malus  
et noluit dominus, ut deinceps regnaret alius de ge-  
nere Hieroboam, et hic Baasha destruxit omne  
genus et semen domus Hieroboam, regnavit Baasha 23  
annis, tempore Assa Regis Iuda. Lib. 3. reg. 15. et 16

4<sup>us</sup> Rex fuit Hela filius Baasha, et regnavit duo-  
bus annis, et cum quadam die inebriatus esset occisus  
est a Zambri subditis suis, qui Rex constitutus est et oc-  
cidit omne semen Baasha, quod dominus praedixerat  
Baasha per prophetam Jehu. Hic Zambri regnavit sep-  
tem tantum dies. 3. reg. 16. Amri enim Princeps  
militum Israel, qui erat in bello, advenit cum sci-  
vit Zambri occupasse regnum, et obsedit Zambri, qui cog-  
noscentes se non posse defendi, igne succendit domum re-  
giam, in qua et ipse igne consumptus est. 3. reg. 16. cap.  
et Hic fuit quintus Rex in Israel

6<sup>us</sup> Rex fuit praedictus Amri, mortuus enim Zambri dicitur  
sus

Sus est populus, alijs Thebni in Regem postulantibus alijs <sup>us</sup> Amri, et qm prevaluit pars Amri ipse etia regnum obtinuit; et regnavit duo decim annis. edifi-  
cavit civitatem Samaria; in qua deinceps stetit sedes Regni, que antea constituta erat in civitate Thersa. 3. reg 16.

<sup>us</sup> Rex fuit Achab filius Amri, omnes au-  
tem predicti septem Reges primo excepto regnaverunt  
tempore Asa Regis Iudae. Achab fuit idolatra peior  
qz alij reges Israel antecessores ipsius: duxit q uxorem  
Iezabel filiam Regis Sydon, qua ipsum magis ad ido-  
latriam impulit, et ad sanctorum virorum persecu-  
tionem. 3. reg. 16. Huius tempore edificavit Ahiel ci-  
vitatem Hiericho, cumq fundamenta iaceret obiit pu-  
mogenitus illius. edificata autem urbe cum porta civi-  
tatis construerent, cecidit euita novissimus filiorum eius

3. reg. 16. iuxta imprecationem Iosue. 2. cap. tempo-  
re Achab florebat Helias ppheta, qui predixit famem  
futuram tres annos, et sex menses, interim autem ius-  
sus e a Domino ut moraretur iuxta torrentem Iarid.

tempore Achab  
florebat Helias pro-  
pheta

Singulisq diebus mane et vespere ibi pane et carnibus  
a corvus pascebat, et bibebat de aqua torrentis, donec  
exiccatus est. Tunc precepit illi dominus ut pergeret  
ad Viduam Sareptanam, ubi farina augmenta <sup>ta</sup> miracu-  
losa accepit ~~in Sarepta~~; et oleum in vasis, donec transi-  
ret fames illa valida; suscitavit filium viduae, qui eo  
tempore obiit. 4. reg 17.

Volens

Volens autem dominus mittere pluviam super terram  
precepit Heliam ut compareret coram Rege Achab, quod he-  
rat enim Achab prophetam ad occidendum illum. venit  
ergo ad Regem, et petijt ut congregarentur omnes prophete  
Baal, qui erant. 450. et alij quoque destinati ad altaria  
montium, et offerrent sacrificia (sacrificium similitudo  
et ille oblaturus) ut deus qui exaudiret per ignem pro-  
uero coleret. Sed propheta illum in sacrificio super alta-  
ri imposito ad deum suum acclamantes nihil fecerunt,  
quod contra accidit, Helis, ignis enim de caelo consumpsit  
Sob caustum suum. quod uerum cerneret populus ueritate  
confessi sunt uerum esse deum Helis. ipse autem omnes  
illos falsos prophetas in gulauit. orauitque dominum pro  
pluvia, quia copiosissime de caelo descendit.)) Irata  
uero Iezabel contra Heliam, quod pseudo prophetas occidis-  
set persecuta est illum, ut similiter morti traderet, qui  
fuga lassatus obdormiuit petens anima sua ut moreretur  
Suscitauit illum Angelus domini offerens ad caput ipsius  
panem et saphum aquae, comedit Helias et bibit, etambu-  
lauit in fortitudine cibi illius, usque ad montem dei Oreb,  
(40 diebus et 40 noctibus) Oreb autem est Synay. ibi appa-  
ruit ei dominus, et iussit, ut pergeret Damascus ad in-  
gendum Asael regem Syriae. Iehu autem in regem Isra-  
el. Heliseum autem in prophetam succederent sibi, et  
cum inuenisset Heliseum arantem campos, tetendit pal-  
lucum suum super eum, et sic prophetam effecit. 3. reg. 19. c.  
describunt deinde duo pugna, in quibus Achab Rex Israel  
vicit

viuit Abenadab Regem Syria et Damasci. et 32 Reges  
qui ad auxiliandum ei uenerant; in secundo autem tempore  
Ius cepit Regem iunium, et inijt uicines pacis foedera. et  
tunc quidam propheta prädixit ad Achab, q, ipse esset mo-  
riturus. es q, non interfecisset Abenadab. 3. reg. 20.

Concupiuit deinde Achab vineam Nabols uiri Iusti et  
cum petitam denegasset, impia Bezael Regina aduersis  
falsis testibz uita pariter <sup>cum</sup> uinea priuauit. Helias reprobz  
Serdie grauiter Achab prænunciās mala illi et domum suam  
supuentura a domino. qui flens egit poenitentiam. et ob  
id dixit dominus, q, illa mala non essent euentura in die  
bz uite tue. sed tempore filij tui. 3. reg. 21. et 22.

Pugnabat Achab postea contra Assyrios in ciuitate Ra-  
matz in terra galaad. et iuit uicines Josaphad Rex Iudæ  
et cum antea interrogassent prophetas de belli successuum  
ex illis. Michæas nomine Respondit Achab in es uiuere  
dum, et occidendum fore 3. reg. 22

Octauus Rex fuit Ochozias echi similiter idolatra  
regnauit duobus annis. 4. reg. 22. <sup>et</sup> cum egrotaret mis-  
sit ad consulendum deum Acaron Belzebub super infirmi-  
tate sua. tunc descendit de cocho ignis super ducēs a Re-  
gemissos ad Heliam, qui tamen <sup>sup.</sup> tertium ducem non des-  
cendit nec consumpsit ullum, siue dux priores. 4. reg. 1

Nonus Rex fuit Ioram frater Ochozie et filius Achab  
(ochozie enim non erant liberi) et sic similiter peccatis de-  
ditus. 4. reg. 1. ¶ In hoc tempore decreuit dominus ra-  
pere Heliam in paradysum per turbinem in curru igneo

*[Faint bleed-through text from the reverse side of the page]*

et milites. 50.  
Hinc incipit  
quartus ipse li-  
ber Regum in  
nra vulgata.

2

Rapit Helias  
in coelum. et  
dat spiritus eius  
Helisgo. cuius  
miracula enu-  
merantur.

et datus est spiritus eius Heliseo, qui diuisit aquas Iordanis  
et transiuit illum super siccum: sanauit tunc Heliseus  
aquas Hiericho sale immisso, quando ascendens ciui-  
tatem Bethel a pueris irridet maledixit illis in nome-  
domini, et egredientes a nemore diuersi dilaniarunt  
quadraginta duos ex illis. 4. reg. 2. Tunc iste rex  
raam, et Rex Iosaphat Iuda et Rex edon commiserunt  
bellum contra Regem moab. et deficiente illis aqua in de-  
serto siti fatigabantur, quibus Heliseus promittit aquam ad  
sequentem diem, et qui forent uicturi regem moab. 4. re-  
3. Heliseus multa mirabilia operabatur, ex quibus unum  
fuit multiplicatio olei pro liberandis filiis uiduae re-  
uenderent: aliud fuit quod precibus filium a dormitis hos-  
pitiis sua impetrauit, quem mortuum postea suscitauit  
~~idem Heliseus~~: aliud fuit quando dulcorauit cibum  
uicinarum: aliud quando ex paucis panibus plerimos  
homines satiavit. 4. reg. 4: aliud quando sanauit  
naaman a lepra: aliud quando fecit ut grex lepra puniretur  
~~operaretur~~, quod precium a Naaman postulauerat pro le-  
pro curatione. 4. reg. 5: aliud mirabile fuit quando fer-  
rum securis fecit super aquas natare, et per semetipsum  
Salsibi affigi: aliud quando multos Syros qui conue-  
rant ad comprehendum eum (et obsessa urbe famulo  
eius timuit) a facie equitate percussit statuens illos in Sa-  
maria, et famulo mortem ignis militibus ad se defer-  
endum paratis plenum ostendit: cum autem Rex Sama-  
ria Syros occidere uellet, illos defendit Heliseus, et cibo  
refecit.



factus in propria redire permisit. 4. reg. 6. Aliud fuit,  
 quando obsessa Samaria a Rege Syria sic fames inualuit,  
 ut duae mulieres de es medendis mutuo filijs conuenerint  
 ob quod iracundia concitatus Rex Ioram. iussit caput He  
 lisei amputari, quod ille a domino revelatione cognoscens  
 preclusit hostium domus, Rexq; poenitentia ductus abiit  
 ut malum illud d. Heliseum machinationem impediret.  
 et dixit ad eum quod maius malum expectare poteris?  
 ad quem Heliseus Respondit erat modius farina uendee  
 statere uno. erat autem <sup>ibi</sup> cum hoc dixit unus de conseruis  
 Regis, qui illi audire ait, etiam si pluat panis de caelo hoc  
 est impossibile; cui Heliseus tunc Dixit, cernes sine du  
 bus oculis tuis abundantiam, ea tamen minime profue  
 ris. ea ergo nocte misit dominus tonitruum magnum  
 sup. Assiriorum castra multorum militum, qui Assyrij  
 territi fugerunt relinquentes praedam maximam et spol:  
 lia multa, et sic dimisserunt cibaria innumera. hoc sci  
 uerunt 4. viri leprosi, qui nocturno fecerunt illud in sam.  
 et exierunt obsessi de urbe apportantes quae in castris re  
 pererant. V. factum est ut adimpleret propheta Helisei de abun  
 dantia et saturitate promissa. Hoc intrans conseruus ille regis  
 a multitudine conculcatus interijt, nec frui licuit. 4. re.  
 7. II Heliseus deinde suauiter Hospita sua ut abiret in  
 terram longinquam, quoniam futura erat fames in terra  
 Israel, <sup>cui</sup> ~~quae~~ quando reuersa est omnia quae reliquit inte  
 gre restituta sunt, quae narrauit Regi miranda quae Heliseus  
 fuerat operatus. Heliseus profectus darnasum dixit ad A  
 zael

et q. moitioris esset Benadad. et ille post eum regnabit,  
et fleuit coram eo. producent mala que ipse facturus erat  
in Israel. 4. reg. 3. Misit Heliseus unum de filiis pro  
phetarum, ut ungeret Iehu in Regem precipiens ut destru  
eret semen Achab, statimq. abiens Iehu occidit Regem Iso  
ram dominum suum, et Regem Ochoziam Iuda, qui simul  
erant: et percussit Reginam Iezabel ex muro, quam ca  
nes miserrime deuorauerunt iuxta verbum Helise. 4. reg. 9.  
Deinde iussit occidi septuaginta filios masculos qui relic  
ti fuerant de Achab in Samaria; et interfecit etiam 42  
fratres Ochozis Regis Iuda. qui uenerant ut consangui  
nes inuiserent filios Achab et Isoram. destruxitq. omnem  
domum, et consanguines Achab usq. ad ultimum quadra  
tem. tunc conuersus ad templum Baal et cultores illius  
dixit ad eos, se maiorem reuerentiam esse exhibueris  
Baal q. exhibuerat Achab, ad quod omnes illius cultores  
congregauit, et singulos uestem nouam induit, cumq. sic con  
uocatos et congregatos uidisset nullu dempto occidi im  
perauit, et statuam idoli igne combusit, templu destruxit.  
Et in maius opprobrium illic constituit Boacas comun  
populi. 4. reg. 10. Hic Iehu fuit decimus Rex  
Israel cui magna uera fuit de implendo mandato circa  
punitorem Achab. destructionem Baal et cultorum illius  
sed ille etiam adorauit idola, et duxit vitulos quos fabrica  
uit Hieroboan, et ob id dominus dixit q. usq. ad quarta  
tantum generationem erant regnaturi de stirpe eius. et  
propter peccata illius misit dominus Syros sup. Israel temp

Iehu curat de  
implendo man  
dato circa puniti  
onem Achab

3 tempore quo apud eos regnabat Azael et fecerunt damna  
 plurima. Ierem autem regnavit .20. annis in israel.  
 Undecimus Rex fuit Joabab filius Iehu .4. reg. 10. regna  
 vit decem et septem annis est tempore, quo Iosab regnavit su  
 p̄ Iuda. commisit peccata multa idolatria, ob qua dominus  
 dedit illum in manus Azael regis Syria, et Benadab filij eius.  
 Et tunc Joabab se cerneret nimis coarctatum et affliction  
 esq; non remansissent in israel nisi quingenti equites, se  
 cem currus bellii, et decem millia peditum (ceteros enim  
 occiderant perditissimi reges Syria). 4. reg. 13. capite,  
 Duo decimus Rex fuit Iosab filius Joathan et nepos Iehu reg  
 navit .16. annis, et fuit idolatra sicut et antecessores illius.  
 egrotavit eo tempore Heliseus usq; ad mortem. descenditq;  
 Rex Iosab ad visitandum eum flens largiter morientem pro  
 phetam, precepit ei Heliseus ut terram sagittis percuteret  
 quod ille fecit semel, iterum, et tertio, Heliseus autem iratus  
 dixit illi: vivit dominus quia si percussisses ~~Syriam~~ terram  
 quingentes aut sexies Syriam totam devastasses. nunc u  
 perditis tibi gratiam illam tribus tantum. vinces vicibus. obiit  
 Heliseus et sepelierunt eum. eo tempore venerunt latrones  
 de Moab in israel, quidam autem Somines sepeliebant  
 mortuum, et cum vidissent latrones appropinquantes cito  
 abiecerunt eum in sepulturam Helisei, ut fugam caperent  
 (timuerunt enim latronibus) quo facto mortuus revixit et  
 ad suos in solymis est reversus. 4. reg. 13. hoc fuit tempore  
 Iosab, cuius diebus obiit Azael Rex Syria, et successit illi Ben  
 adab filius eius. contra quem pugnavit Iosab (vincens illu?)  
 trib; vicibus

de delectatione et exaltatione synagoga. versibus,,  
ego dormis. c. 5. ac ibi de persecutione et liberatio-  
ne populi israelitici, sub temporibus iudicum. versicu-  
lo percussit me. eodem cap. de clamore populi  
et reversione ad deum. versibus adiutoris filii Ihe-  
rusalem, dicto. c. 5. et 8.

Ague deinde de eruditione plebis israelitica. versibus  
ego muros. c. 3.  
Ultimo tandem ague de sponsi habitatione in domo is-  
rael. relictis generibz. versibus fugedilectum in fine  
canticoy.

**Lib. 5. Liber sapientie**

Instituit magistratus. et dividit in tres partes scilicet  
exhortationem ad sapientiam, originem ipsius et suc-  
tum, qui ex ea decerpit. exhortationem quidem ad  
excitandum unumquemqz ad zelum iustitie, et amoris  
ubi premitte introductionem generalem ad sapien-  
tiam. c. 1. enumerat ea que ab stultis et insipientibz ob-  
staculo contra sapientis studium. c. 2. His oblectamibz  
Respondet. c. 3. Recenset laudes sapientie ab eius em-  
bumentis, quibus e regione opponit insipientia in ius-  
ta. c. 5. Premissa omnia veluti per epz loquam repe-  
tit, et in unum colligit ac exum. c. 6. ubi tandem sic  
concludit hanc partem. **o Reges populi diligite sapientiam, ut in perpe-  
tuum**

tuum regnasti. Quare cum ad originem sapientie  
considerat tua. ostendit enim sapientiam rem esse  
inestimabilem, et ob id nec auro nec argenteo compa-  
randam. c. 7. Requirit in sapientia studium seruum  
et perseverantiam. c. 8. Dulce opus esse sapientie stu-  
dio. deusque presentia ad deum, a quo ut cetera  
sic sapientia procedit. cap. 9. ubi etiam forma pre-  
sentis continet.

quantum ad fructum seu emolumentum ex sapien-  
tia capiendum proponit exemplum personarum priu-  
ationis scilicet Adam. Noe. Abrahę. Ioseph. Iacob. et  
septem. Moyses in quibus mirabiles claruisse, tamen  
tunc sapientia effectus declarat toto cap. 10. Pro-  
ponit etiam exemplum totius populi israelitici cui in-  
memoriam reuscat quattuor in eum sapientie collata  
beneficia scilicet aqua et fontis propter Injustitiam con-  
cessa filiis israel. c. 11. propter iniustitiam autem eorum  
latram negata charanque. c. 12. 13. 14. et 15. Deinde  
statuit exemplum dei et lucis nam filii israel in tenebris  
et tenebris densissimis circumdati sunt tenebris,  
c. 17. sed tunc autem adepti sunt beneficium lucis. c. 18.  
Tandem ponit exemplum columnę et nubis. cap. 19.

§. 2. Liber ecclesiastici

sequit qui mores populi dirigat et ut preceptor in  
die. primo de timore dei et medium caput primo ubi  
est timor domini gloria et gloria. et letitia et  
tota

exemplum carnis,  
Ieremias et man. c. 16

1. pars.

rona exultationis, timor domini delectabit eum  
 et dabitur ei. age de patientia toto cap. 2. fidi accedens ad  
 servitutem. et c. de pietate erga parentes in princi  
 pio capitis tertij usq. ad versiculum. fili in mansue  
 tudine opera tua perfice. de Summilitate dicto cap. 3  
 a hoc versu usq. ad versiculum. ignem ardentem ex  
 tinguit aqua. de elemosina et cōmiseratione er  
 ga pauperes a fine cap. tertij usq. ad medium quar  
 ti versiculi. Sapientia filiis suis vitam inspirat et  
 suscipit acquirentes, de severitate et iustitia a  
 dicto versiculi usq. ad finem cap. quinti. de amicitia  
 vera, que cum iustitia sit coniuncta a principio sex  
 ti capitis usq. ad versiculum. fili a iuventute tua. ex  
 cepe doctrinam. age deinde de prudentia gubernā  
 di familiam, ubi varia officia patris familias erga do  
 mesticos et extraneos traduntur toto cap. septimo. de  
 tranquillitate et concordia toto capite octavo. nō  
 litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus  
 illius. de castitate et pudicitia a principio capitis  
 noni usq. ad versiculum. non derelinquas amicum  
 antiquum, novus enim non erit similis illi. de res  
 tantia maxime in amicitia retinenda usq. ad ver  
 siculum in manu artificum opera laudabunt, et prin  
 cepti populi in sapientia sermonis sui, in sensu ver  
 seruatorum verbum, eodem cap. / De Prudentia ad  
 ministrandi Remp. c. 9. dicto versiculi in manu est

et toto. c. 10

2.

2. Pars.

2<sup>o</sup> principaliter intercedit de poenitentia p<sup>o</sup>stum  
caput 12. Versiculis si benefeceris scito cui benefe-  
ceris. et erit gratia in bonis tuis multa, de affabi-  
litate et societate honesta. toto capite decimo tertio  
de liberalitate a primo versiculo capitis. 14. beatus  
vir qui non est lapsus verbo ex ore suo, et non est  
stimulatus in tristitia delicti usq; ad versiculum, bea-  
tus vir qui in sapentiam morabitur. de fiducia in deum  
in capite. 16. 17. et partim decimo octavo usq; ad p<sup>o</sup>-  
siculum fili in bonis non des querellam, et omnia  
eo non des tristitiam verbalis. de suavitatis que-  
ritia seu lingua uerbalis a prefato versiculo usq; in fi-  
nem capitis. 18. de suspitione fugienda non  
de facinororum, sed leuium etiam uisparum a p<sup>o</sup>-  
capite decimo nono usq; ad uersiculum nequitia  
est. De distinctione prudentis uerq; et fabula dicit  
versiculis usq; in finem capitis. 19. et 20. de cautio-  
ne ab omni peccato a principio capitis vigessimi p<sup>o</sup>-  
mi fili peccasti non adicias iterum est usq; ubi non  
erudiet qui non est sapiens est. de modestia in uer-  
bis et gestibus seruanda usq; ad finem capitis vigessimi  
p<sup>o</sup>mi. De extremitate contra pigritiam. c. 22. usq;  
ad uersiculum. confusus est pater de filio indisciplina-  
to, filia autem fatua in deminoratio refert. de dis-  
ciplina filiorum ab allegato versiculo usq; ubi p<sup>o</sup>nges  
oculum de sicet lacrimas. De prohibitione contume-  
lie



Sic verborum erga amicos a Versiculo pinguentibus  
 usq; ad finem. c. 22. de prohibitione contrarium con-  
 tradendum. a principio capitis 23 usq; ad versiculum est  
 alia loquella contraria morti non inueniat in hęc  
 dicte Jacob. erga quoscunq; homines <sup>usq; ad</sup> Versiculum ho-  
 mini fornicario omnis panis dulcis non fatigabitur  
 transgrediens usq; in finem. ¶ Agit de fornicatione  
 a fine capitis 23. usq; ad Versiculum Sapientia lauda-  
 bit animam suam. c. 24. de nuditate etiam bona et  
 mala agit. c. 24 circa finem iuncto cap. 25. et 26 p totū  
 Tertio principaliter agit de turpi diuitiarum acquisiti-  
 one c. 27. a principio ibi multa de reliquerunt propter  
 inopiam. usq; ad Versiculum qui denudat arcana ami-  
 ci fidem perdit. et non inueniet ad animum suum, de  
 amore proximi et fide amicorum a dicto Versiculo usq; ad  
 finem cap. 27. de Vindicta. c. 28 p totum. ubi agit  
 de lingua tercia et neq; de gratitudine et ingrati-  
 tudine c. 29. a principio ibi qui facit misericordiam usq; in fine  
 de educatione et correctione liberorum. c. 30 a princi-  
 pio. ibi qui diligit filium suum assiduatur illi flagella, ut  
 loquetur in nouissimis tuis. et non palpet proximorum ostia,  
 de auaritia et cupiditate lucri a dicto Versiculo cap. 30  
 et in c. 31. usq; ad Versiculum supermensam magnam te-  
 diti, non aperies super illam faucem tuam prois, de tem-  
 perantia et sobrietate a prefato hoc usq; in finem dicta  
 pitus 31. de officiis seruum atq; iuuenum presidentior  
 cap.

3. Pars.

cap. 7

cap. 32. a principio usq; ad versiculum. qui timeat deum  
excipere dabitur. De institutione patrum famili-  
as, quales esse debeant ex filiis. uxorem amicos. c.  
33. a versiculo. audite magnates etc. De Augurio  
et somnis. alijsq; prestigijs prohibitis. c. 34. a principio  
vana spes et somnia. usq; ad versiculum spiritus time-  
tum deum etc. De Vanitate eorum. qui sperant in po-  
tibus in somnijs. et prudentia sua. q; in deo collocant.  
a predicto versiculo usq; ad miserere nobis. c. 36. de  
coniunctione et societate Legitima Viri et uxoris c. fine  
dicti cap. 36. Versiculo omnem escam etc. De consilio  
et consiliario bono quantum sunt facienda. c. 37. a princi-  
pio usq; ad versiculum. fili in veritate tua etc. de san-  
tate corporali tuenda p abstinentiam a fine cap. 37 us-  
q; ad versiculum fili in mortuum producit lacrimas  
cap. 38. de preparatione ad mortem quomodo fieri  
debeat a loco utatis usq; ad versiculum. sapientiam se-  
be in tempore uacuitatis. et qui minorat altus sapias  
precepit. q; sapientia replebit

4. pars.

4. Principally agit de operibus artificum et est  
utilitatibus. a dicto versiculo usq; ad cap. 39. de mise-  
ria uita humana. c. 40. a versiculo occupatio magna  
creata est omnibus hominibus. usq; ubi omne munus et  
iniquitas delebit et fides in seculum stabit; de armis  
et quatuor quibusdam remedijs contra predictam miseriam  
versiculo prefato usq; in finem cap. 40. de Recordatio-  
ne mortis amara. c. 41. usq; ad versiculum. noli metere  
iudicij

11

iudicium mortis. memento, quos ante te fuerunt, et  
 que superuenturas sunt tibi et c. De Remedijs contra ti-  
 morem mortis. a p[ro]dulo h[oc] usq[ue] ad versiculum. etia[m]  
 Sabe de bono nomine. Hoc enim magis p[ro]manebit ti-  
 bi q[uam] mille thesauri etc. de acquisitione boni nomi-  
 nis. et honesta fama conseruatione. p[ro]dulo Nisicub  
 et alijs eodem capite, ubi docet quibus rebus possint  
 comparari. De verecundia. ubi deccat. uel non deccat  
 c. 41. in versiculo finali usq[ue] ubi non p[ro] his omnib[us]  
 confundaris. c. 42. de quibus non sit erubescendum  
 eodem cap. usq[ue] ad versiculum. filia patris abscon-  
 dita est. vigilia et sollicitudo eius auferet somnum  
 ne forte in adolescentia etc. De crimine stupri. c. 42  
 et 43. alijsq[ue] iam ductis.

quinto principaliter adducit exempla sanctorum  
 scilicet ante legem enoch. Noe, Abraham, Isaac,  
 Jacob, et duodecim patriarcharum. c. 44. sub lege  
 moysis Aaron et Binees. c. 45. et post legem temp[or]e  
 iudicium. Josue, Caleph, Samuelis. et aliorum iudicium  
 c. 46. Tempore Regum. Natthan, dauid. Salomon  
 c. 47. ubi etiam fientis de Roboam. et Hierobo-  
 am, qui dimisserunt legem. de Helia Helises Eze-  
 chia. Isaia. c. 48 Tandem de Iosia Meremia Eze-  
 chiele, et duodecim prophetis. c. 49. Post Reges Zoro-  
 babel. Iesus sacerdos magnus, Nequias et symon fi-  
 lius onis circa finem. c. 49. et usq[ue] ad caput. 50.

5. pars.

sexto

sexto principaliter seipsum introducit Iesus syrach  
auctor libri scilicet doctrinam sapientie. cap. 50  
orantem in principio quinquagesimi primi capitis  
ibi Confitebor tibi domine Rex et collaudabo te deus  
saluatorem meum. Laborantem pro sapientia acq<sup>ui</sup>  
renda circa medium eiusdem capitis ibi cum adhuc  
iunior sum priusq<sup>ue</sup> aberrarem questiuis sapientiam  
palam in oratione mea. introducit et se inuitantem  
ad sapientiam. Versiculis appropriate ad me in doc-  
ti. et congregate uos in domum disciplina, quid ad  
Secretar datis. usq<sup>ue</sup> in finem ecclesiastici Sabonar  
cap. 16

de  
Sequitur 4. Parte Principalis  
Librorum ueteris testamenti

quarta pars est lib<sup>rorum</sup> scilicet prophetarum qui in nouis respondent libro  
Apocalypsis. Et diuiduntur in maiores 4. prophetas  
quibus sp<sup>iritus</sup> sanctus in maiori plenitudine suar<sup>um</sup>  
affuit. et ideo maiora ediderunt uolumina. et in  
minores qui minora uolumina condiderunt.

De libro isaie  
Primus ergo maiorum est Isaias qui sub regn<sup>o</sup>  
Oriz et Achaz ac Eschuz tempore, qui decreuit diu  
e uere iudex de terra sancta prophetauit. et diuidit<sup>ur</sup>  
in duos principales tractatus scilicet in tragediam que  
est oratio exprobratoria ac cominatoria, et in comedia  
que est oratio exhortatoria et consolatoria, sic enim  
negocium psuatiuum distinguit ab Arist. in 1. poeti<sup>ca</sup>  
text

Isaias diuiditur  
in duos tractatus

textus ergo usque prophetica primo oraculum cominatio  
viam per 39 capita inclusive. Secundo vero oracu  
lum consolatorium q 27 capita successive usq in fine  
libri. Et incipit secundus tractatus capite quadages  
consolamini popule meus

Primus autem tractatus continet in se quinq partes  
in prima namq propheta loquit de gente iudaica de reg  
no scilicet duarum tribuum separatim. et durat hęc  
pars per 12. capita inclusive. In primo namq et 2<sup>o</sup>  
cap<sup>o</sup> continetur exprobratio multiplicis flagitij iudeoꝝ  
propter quod reprobatur antiqua lex. et euacuat cap. 1. ubi  
dicit ne offeratis ultra sacrificium frustra. incensus  
abominatus est mihi etc. et introducit nouę legis ac  
nouę gentis electio. cap. 2. erit in nouissimis diebus in  
domini. et reliqua per totum. In 3. u<sup>o</sup> 4. et 5. capitibz  
continetur cominatio multiplicis supplicij propter fla  
gitia eorum precipue per interfectionem Christi. itaqz  
in tertio poena illa p<sup>o</sup>dicatur et cominatur quod incipit. ec  
ce dominatur dominus exercituum auferet ab Ieru  
salem etc. In quarto q. noui illius greci fidelium ab il  
la poena excipit. et p<sup>o</sup>seruat. quod incipit. et appropie  
dent septem mulieres. et subdit in die illa erit germen  
domini in magnificentia et gloria. In quinto ~~non~~ p<sup>o</sup>  
dicta poena iusta ostendit. et sub quosdam cantos. ac  
metaphora vineę deplorat. Et incipit cap. cantabo di  
lecto mes etc. In sexto u<sup>o</sup> capite continetur respectu usai

prima pars pri  
mi tractatq. de  
regno duarum  
tribuum

8

Isaie impositio officij prophetici. & purgatio labiorum  
eius per calciculum, quod seraphim forcipe tulerat de al-  
tari. Et sicut hebreos est prima visio isaie, incipit autem  
caput in anno, quo mortuus est etc. In septimo uero 8  
9. et decimo continet liberatio multiplicis beneficij im-  
pensa populo Iudaeorum tempore isaie, itaque in septimo  
et octavo agit de liberatione Achaz de manibus duorum  
Regum, Nabim scilicet Regis Syriae. et filij Romelie,  
Regis Israel; In nono autem et idem ponit, in decimo  
liberatio Ezechia de manu Sennacherib Regis Assyrio-  
rum. et interfecit per dicitur Regis per manus duorum filiorum  
suorum. In undecimo autem et 12. continet gratiarum  
actio, et decantatio laudis, et cantus, et haec est quarta  
particula prima partis.

Est autem sciendum, quod in hac prima parte non solum  
tractat de Iudaeis populo, quae est una ex materijs, quas  
intendunt prophetae, imo et occasus ne nata ubique inseri  
et de Christo, quae est materia secunda. Unde primo cap  
prophetae praedicat legalium euacuationem futuram, si-  
cut patet per totum. In secundo euangelij substitutio-  
nem et gentium conuersionem ad euangelium, in  
tercio uero contradictionem et resistentiam, ut patet  
per totum. In 3.º destructionem corporalem Hieru-  
salem, et synagoga. In 4.º edificationem nouae ecclesiae  
et in quinta compositionem cuiusdam cantilenae  
de synagoga repudiata, sicut decantat de uetula. v  
ibi

121

ubi dicit vinea facta est delecto meo. etc. in sexto autem  
cap. propheta introducit personam filij destinationem,  
ubi dicit uade et dices populo Sicut audite audietes  
et nolite intelligere. et omnia quae in illis cap. continet  
pertinent ad istam materiam: in alio uero eiusdem filij  
incarnationem. conceptionem. et natiuitatem ex Vir  
gine ubi dicit. ecce Virgo concipiet. et pariet filium etc.  
In octauo autem discipulorum et credentium. ac ad he  
rentium sibi recollectionem. et aliorum scandalum et of  
fensionem ubi dicit. in lapidem autem offensionis. et  
in petram scandalij. et reliqua quae sequuntur in eo cap.  
usque in finem. In nono post ortum Christi introducit ip  
sius passionem. et regni inchoationem. ubi dicit. paruum  
suis enim natus est nobis et filius datus est nobis. et factus  
est principatus. i. crux super dumerum eius. sequitur super  
solium dauid. et super regnum eius sedebit etc. In decimo  
capite introducit filiorum Israel finalem conuersionem.  
ubi dicit. si fuerit populus tuus israel quasi arena  
maris reliqua conuertentur ex eis. In undecimo intro  
ducit Christi domini gloriosam resurrectionem. et di  
uersorum populorum conuersionem. et cohabitationem  
sub uno pastore Christo pleno septenario donorum ss.  
quod refert ad statum uniuersae ecclesiae. Unde inci  
pit illud caput egredietur Virga de radice Iesse. sequetur ha  
bitabit lupus cum agno: et infra Radix Iesse qui stat in  
Signum populorum. ipsum gentes deprecabunt. et erit se  
pul

fulgurum eius gloriosum. In. 12. introducit sacramē  
torum efficaciam apertionem, et gratiarum diffusioem  
que diuidunt in sacramentis per totam ecclesiam  
Fides illud caput per modum cantu continet gratia  
rum altionem, et incipit, confitebor domino, quoniam  
iratus est mihi; et sequit saurietis aquas in gaudis de  
fontibz saluatoris. Et sic finit prima pars primi tra  
tatus isaię.

2<sup>a</sup> pars de genti  
bus finitima

Sequit 2<sup>a</sup> pars in qua tractat propheta de gente fini  
tima congregatim. cominat enim omnibus victis, et  
nationibz diuersas poenas et aduersitates. Et durat illa  
pars p undecim cap. que continent onera decem. In i<sup>o</sup>  
enim onere cominat Babysonijs, quorum destructio  
facta est p. Cyrum, et darium, et continuat pphetia p  
totum cap. 13. quod incipit, onus Babysonis. et statim  
c. 14. redit ppheta ad Chusum dicens ppeestutueniat  
tempus eius. Et iterum reuertit ad Babysoniorum destru  
tionem dicens Et erit indie illa, cum requiem dederit tibi  
dominus deus, quomodo cessauit exaltor quiescit tribuati  
Et deinceps p totum inuehit contra Nabuch. Regem Ba  
bylonis. In 2<sup>o</sup> uero onere cominat Philistheis, et  
incipit in fine capitis. 14. In anno quo mortuus est Rex  
Achsaz factum est onus istud, ne lqteris Philisthea omi  
nis tu. In tertio ~~uero~~ onere cominat Moabitis, et inci  
pit. c. 15. Onus Moab. p totum; et qz Christus dominus in  
carnem descendere debebat ex Ruth, que fuit ex Moab. ideo  
statim ex hac occasione ppheta uertit stilum ad Chusum  
c. 16



c. 16. dicent emittite agnum domine dominatorem terrarum  
 etc. deinde Revertit ad cominandum moabitibus. ut patet  
 usq. in finem capitis p[re]dicti. In 4<sup>o</sup> onere cominatur  
 damasco et syris. et incipit. c. 17. onus damasci, et pro  
 tendit p[ro]phetum. In quarto onere cominatur gyp[ti]s, et  
 egyptijs. et durat illud onus p[er] cap. tria. scilicet. 18. 19. et  
 20. ubi multa intersunt p[ro]pheta de christo. eoq. in gyp  
 to. multum viguit christiana religio ante tempora ma  
 chaberi. p[ro]pter quod aspiciens ad illud tempus propheta  
 ait. q. inde illa. erunt quinq. civitates in terra gyp[ti]  
 iocantes p[ro] dominum exercituum. Sequit q. cognosce  
 et dominus ab gyp[ti]o. et valent eum munerib[us] et hostijs  
 et multa alia de sacra materia. ubi subdit. In 6<sup>o</sup> onere  
 cominatur Assyrijs, sive rursus Babylonijs, et incipit. c.  
 21. onus deserti maris. In septima cominatur Idumjs et  
 finem eiusdem capitis. onus Idumea. In octavo comina  
 tur Arabib[us] in eodem cap. satis cito ubi dicit. onus in Arabia  
 in saltu ad Vesperam dormientis. In 9. cominatur Hiero  
 solimitus maxime Principib[us], et P[re]positis templi, et inci  
 pit. c. 22. onus Vallis visionis. In 10. onere cominatur  
 Syrijs. Incipit. c. 23 onus Thyri, et durat p[ro]phetum  
 Sufficientia autem Abrum onerum, et si moraliter ha  
 beri possit per decem peccata mortalia, in quibus hi po  
 puli peccaverunt, tamen literaliter sufficientia colligi  
 et ex hoc q. omnes isti populi in filiis israel peccaverunt  
 eos impugnando, q. ea fines terrarum illorum erant. et  
 in hoc fine secunda pars primi tractat[us].  
 Sequit tertia pars in qua p[ro]pheta tractat de universis

3<sup>a</sup> pars de universis  
 mundi machina

di machina simul et summam, qz post onera singu-  
larium Regnumum introducit onus, quod erit in fine  
mundi in tota terra generaliter, tamen transfert  
se ad finale iudicium ante quod dissipabit tota  
terra. Incipit autem in principio .c. 24. ecce do-  
minus nudabit terram, et durat per quattuor ca-  
puta, qz usqz ad 23. caput exclusive. Unde in .c. 24.  
pphetia denunciat futuram dissipationem totius ter-  
re, que fiet ante iudicium, et describit sumam que  
pferetur contra angelos malos ubi dicitur erit in die illa  
visitabit dominus super multitudinem esch. et etiam super  
omnes malos, cum subdit, et super reges terra, qui sunt  
super terram. Et sic in principio <sup>is 24</sup> pphetia denunciat,  
totius terre dissipationem. In cap. 25. extollit  
divinam iustitiam ostensam in iudicio, et assurgit in  
gratiarum actionem. Unde caput incipit. Domine deus  
meus es tu exaltabo te, et reliqua pertinentia ad istam  
materiam p totum. In cap. autem 26 describit post  
iudicium qz gubernum premium bonorum unde incipit.  
in die illa cantabit canticum istud in terra iuda urbs  
fortitudinis nostre syon; sequit aperte portas, et ingre-  
dit gens iusta, et in toto cap. tractat hęc materia de  
gloria bonorum. In cap. 27 ostendit etiam post iu-  
dicium qz eternum supplicium damnatorum, Luciferi vi-  
delicet, quem vocat leviathan serpentem vitem. et con-  
gertum suorum. et hominum malorum. Incipit. in  
die illa visitabit dominus in gladio suo duro, super omnia  
etiam

tham serpente[m] uel[ut] m. Et sic finit 3 pars primi tracta  
 29. ) Sequit pars 4 in qua tractat ppheta de gente  
 iudaea, et gente israelitica scilicet decem tribub[us] com  
 binatim, et continet quattuor u[er]s[us] ac <sup>tria</sup> quattuor capita  
 a 28. usq[ue] ad 39. inclusive. In primis quidem u[er]s[us]  
 quod incipit u[er]s[us] corona sup[er] b[er]g[um] c. 28. cominat genti is  
 raelita, et in eodem uertit se ad Christum ubi ait, ecce  
 ego mittam in fundamentis syon lapidem angularem  
 etc. In 2 u[er]s[us] quod incipit u[er]s[us] Ariel Ariel. 29. cap[itulo]  
 cominat genti iudaea; nam Ariel siue Leo dicitur ci  
 uitas dauid, mons syon p[ro]pter altare ho[st]ie caustorium, qu  
 dicebat Ariel p[ro]pter deum rationem bestiarum, et anima  
 suam; que ibi consumebant. Ibi uertit se ad Christi  
 cum ait u[er]s[us] misuit uobis dominus spiritum soporis  
 claudet oculos vestros. Erunt uobis uisus omnium, sicut  
 uerba libri signati. In 3 u[er]s[us] u[er]s[us] quod incipit u[er]s[us] filij  
 desertores ~~tertio~~ capite cominat reliquijs, quas dimissit  
 Nabuzardan sub manu godolia, que post mortem god  
 lia p[ro]hibente Hieremia uoluerunt descendere in egyptu[m]  
 contra consilium domini. Et continuat eadem materia  
 in 4 u[er]s[us] quod incipit. u[er]s[us] qui descendunt in egyptum,  
 et ibi etiam uertit se ppheta ad Christum, in plurib[us] u[er]s[us]  
 ut ubi ait, p[ro]pterea expectat dominus, ut misereat[ur] u[est]ri  
 et deo exaltabit parcens uobis, beati omnes, qui expectat  
 eum, et ubi ait, ecce nomen domini uenit de longinquo,  
 et multa similia dicit, in quo finit pars 4 primi tractat[us].  
 Sequit deinde quinta pars, in qua u[er]sum[us] regreditur  
 ad

4 pars de gente  
 iudaea et Isra  
 elitica

30.

5. pars in qua  
separatim regre  
dit ad gentem  
iudaicam.

ad gentem iudaicam separatim et segregatim, que in  
cipit c. 32. ecce in Iustitia regnabit Rex, et proten  
dit p. 3. sequentia cap. usq. ad 40 exclusive, et ibi p.  
mo p. quattuor capita procedit obscure, et prophetice  
usq. ad. 36. Deinde vero clare, et quasi Systrice p. 3.  
4. capita. Primum ergo cap. 32 agit de Ezechia et ystia  
p. fectone, et sub metaphora eius agit de christo. Unde  
incipit ecce in Iustitia regnabit rex. In cap. 33. a  
git de Senacherib. et de eius destructione. Ne quipz  
durus, nonne et ipse predaberis, et statim exultat pro  
gratiarum altone. dicens Domine miserere, te enim  
expectauimus. In 34 agit de Romanis, et de uasta  
tione, quam fecerunt de iudis sub Tito, et Vespasiano,  
et hoc sub metaphora Iurnez et Bodz, ut dicunt ma  
gistri iudorum. In 35. autem cap. uastata iudga et sy  
nagoga destruita agit de ecclesia floritione, et dilapi  
datione, que tunc temporis inchoata est. Unde incipit  
Letabitur deserta et inuia, et exultabit solitudo. De in  
de uero quasi Systrice prosequit, que dixit obscure, q.  
in cap. 36. introducit Senacherib. supbientem. in 37. q.  
obiam ad dominum clamantem, et dominum erigren  
tem. Sed in 38. Ezechiam infirmum, virtute deo conua  
lescens, et 39. Ezechiam uane gloriante, ostendit  
tem Babylonijs diuitias suas, propter quod Isaias conclu  
dit captiuitatem futuram. et omnia deportanda in Baby  
lonem. Et sic finit quinta pars et totus primus tractatus.  
In quo continet oraculum imminatoriū et flebile  
Tunc

Tunc incipit secundus tractatus consolamini consola  
 minum popule meus, qz enim in fine precedentis capituli  
 post estimationem multorum malorum, dixerat eze  
 chias quasi parum curans de alijs. fiat pax tantum et  
 veritas in diebus meis. ideo introduit propheta quasi  
 pastorem verum curantem gregem suum. Et dicens  
 consolamini consolamini popule meus, ac si aperte dicat  
 ex quo reges vestri non curant de vobis ego vos consola  
 bor. In isto ergo tractatu consolatorio agit propheta de  
 duplici materia et causa consolationis. prima quidem  
 spiritali, et hec est liberatio que facta est p[er] Christum a  
 peccato; Secunda v[er]o corporali, que facta est p[er] Cyrum a  
 captivitate. et exilio Babilonico. Et secundum hoc di  
 vidit iste tractatus in tres partes. Nam primo agit de li  
 beratione facta p[er] Christum a peccato. Secundo de libera  
 tione facta p[er] Cyrum ab exilio. Tertio Item redit ad li  
 berationem factam p[er] Christum, qz illam principaliter inte  
 dit tanq[ua]m materiam maioris consolationis. Prima ergo  
 pars continet. 5. capita. Nam in 40. agit propheta de pre  
 cursore Joanne baptista et eius predicatione unde ibi di  
 vox clamantis in deserto etc. que spectant ad Joannem  
 et. c. 41. agit de naturarum unione et hominis assun  
 ptione et semine Abrahę et incipit caput taceant ad me  
 insula. Sequit[ur] et israel servemus. Semen Abrahę amici  
 mei in quo apprehendite. cui alludit apostolus ad hebrę. 2  
 nusq[ue] angelis apprehendit. sed semen Abrahę apprehendit.  
 caput autem. 41. ~~in quo~~ agit de Verbi incarnati conuersa  
 tione

Secundus tractatus Isaię.

1<sup>a</sup> pars secundj tractatus

et et  
tione incipit ecce seruus meus suscipiam eum, sequit munda  
mabit neq, accipiet psonam, neq, audiet uox eius foris nō  
erit tūm, neq, turbulētus. Inc. 43 agit de testium uo  
catione scilicet de uocatione Apostolorum, et incipit. Et  
nunc hęc dicit dominus nolite timere. sequit eduefras  
populum quem, dent testes eorum, uereos testes me  
dicit dominus. et 44 in quo agit de testium inspira  
tione, qui repleti sunt spū sancto in die Pentecostes et in  
cipit. Et nunc audi Jacob, sequit effundam spū me  
um sup sementium. In omnib, autem istis quinq, ca  
pitib, inuebit ppheta contra idolatriam, ne quis reputet  
adorationem istius Domini de quo loquit, et quem p̄di  
cat ēē deum. idolatriam fr̄e, sicut fr̄e die putant terrā  
tes Iudqi. Et sic finit prima pars secundi tractatq.  
Sequit pars secunda ubi agit de liberatione facta p̄ cyrū  
Et incipit. c. 45. Hęc dicit dominus. Et nunc mea cyro.  
uel paulo ante ubi dicit, qui dico cyro Parsurmeus et  
ett. Et continet pars illa 4 capita, nam in c. 45. intro  
ducit ppheta diuinę liberationis instrumentum, et orga  
num scilicet Regem cyrum. Et occasione eius uertit se  
ad Christum, cum ait. In rate celi desup. et post hęc  
subdit. tantum in te est deus, et non est p̄ter te deus  
quod non potest intelligi de cyro. sed solum de christo.  
In. c. 46. introducit ppheta liberationem p̄cipuū  
s̄b deum, qz etsi cyrus fuit instrumentum deus tamē  
fuit actor p̄cipuus destructionis Balthar, Babylonis, et  
dzorum, ac liberationis Iudgorum. Et ides in cap. ulto di  
cit dominus. Audite me domus Jacob et omne residuum

2<sup>a</sup> Pars

domus Israel. ego feci et ego feram. Et in fine concludit  
 dabo in syon salutem. et in Hierusalem gloriam meam.  
 In cap. 47. introducit prophetam liberatoris mundi qui  
 consistit in destructione Babylonis et Regni eius. et ideo  
 caput incipit. Descende sede in pulvere Virgo filia Ba-  
 bylon. Sed in cap. 48. propheta introducit praedicationis  
 motivum. Unde ostendit, qd deus ista longe praedixit. ut  
 Liberationem suam Iudaei. non imputarent idolis, sed  
 sibi ipsis. Unde incipit caput. audite hae domus Jacob,  
 sequit praedixi tibi. ex tunc, anteq. venirent indicavi  
 tibi, ne forte diceret idolis mea fecerunt haec, Et in eo-  
 dem cap. convertit sermonem ad Christum. ubi ait  
 ex tempore anteq. fierent ibi erant. Et nunc domine  
 deus vult me, et spiritus eius, Et in hoc finit 2 pars se-  
 cundi tractatus.

In 3. parte Rursum Regreditur ad Liberationem fac-  
 tam p. Christum c. 49. cum ait, audite insub. etc. Et  
 ab illis locis et deinceps, quasi Evangelica, et apostolica  
 praedicat, omnia mysteria fidei nostrae, quae pertinent  
 ad Christum. Unde deducit de Christis duas decimas conclu-  
 siones. Primam namq. exequitur, quae pertinet ad salua-  
 toris infantiam, et absconditionem. namq. 30. annos, us-  
 q. ad annum praedicationis conversatus est in mundo  
 quasi ignotus. sicut unus alius purus homo. Et hoc de-  
 ducit propheta. c. 49. cum ait in Pharetra sua abscondit  
 me. et dixit michi. Et p. totum capitulum describit  
 excellentiam illius hominis, sic latentis et absconditi.

3. Pars.

se

Secundo uero exequit ea, que pertinent ad multiplicem  
iniuriam, quam passus est, et persecutionem. cap. 50  
quod incipit. Hec dicit dominus, quis est hic liber, se  
quit. dominus deus aperiat michi aurem, corpus meum  
dedi percutientibus, et gernas meas uelentibus. etc. 3<sup>o</sup>  
exequit ea que pertinent ad sapientiam Christi et  
predicationem. in. c. 50. et 51. ubi dicit. audite me  
qui sequimini, quod iustum est. et queritis dominum  
et sequit. Audite. quia sic a me exiet et iudicium me  
um in lucem populo, et infra posui uerba mea in ore tuo  
et post hoc sequit. propter hoc sciet populus meus nomen  
meum, quia ego ipse, qui loquebar ecce adsum, pulchri pe  
des etc. que pertinent ad Christi predicationem. ut pat  
quarto exequit ea, que spectant ad Christi tollerari  
tam, patientiam, et passionem, et mortis perpassiones  
et finem. c. 52. ecce intelliget seruus meus, si uis obs  
cupuerunt super eum multi, sic in gloriam erit inter uos  
aspectus eius. et post eum. c. 53. ubi dicit non est ei speci  
es, neque decor. etc. f. Quinto exequit ea, que pertinent  
ad ecclesiam et ipsius formationem, et hoc ordine  
quod formatam est de latere Christi dormientes in cru  
et ides cap. 54. Incipit Suida sterilis, que non parit  
et statim sequit. in. c. 55. quod alibi non est, et salus, neque  
inuentio gratie, nisi intra ecclesiam. V. incipit. omnes  
sitientes Venite ad aquas. ~~Palmarum~~; et cap. 56. ostendit  
quod ecclesia non ardet ad unum populum. unde incipit  
Hec dicit dominus. Beatus uir qui faciet hoc, et filius ho  
minis qui apprehendet istud. et hoc non dicit filius adue  
nientis



ne, qui ad hunc dominum dicent, Separatione dividet me  
dominus a principibus. Deinde cap. 57. et 58. ponit  
informationem moralem, et omnia ista pertinent ad ec-  
clesiam. 6. exequit ea, que spectant ad Christi glo-  
riam et resurrectionem. et hoc. cap. 59. et. 60. ubi dicit  
ecce non est abbreviata manus domini, ut salutare ne-  
queat, et sequitur q. saluabit tibi brachium suum induit  
est Justitia ut bracia, et galea salutis in cap. eius. et  
in continuando capitulum. 60. addit, surge Illumina  
re Hierusalem et usq. in finem, que pertinent ad Chri-  
sti gloriam, et resurrectionem. 7. exequit ea que  
pertinent ad Christi famam per orbem diffusam, atq. opi-  
nionem, et disseminationem per orbem. c. 61. per totum  
spus domini superne, ubi agit de discipulis disseminatis  
per orbem ad portandam famam Christi, ubi dicit q. omni  
qui uiderint eos cognoscent eos, q. isti sunt semen, cui be-  
nedixit dominus. 8. exequit ea, que spectant ad no-  
minationem nouam, et ad intitulationem nominis Chr-  
istiani; q. hoc nomen nouum, et gloriosum impositum  
est credentibus. et hoc cap. 62. per totum, quod incipit  
Propter hoc nunc tacebo. Sequitur Vocabit tibi nomen  
nouum, quod os domini nominauit. et erit corona glo-  
rie in manu domini; et diadema regni in manu dextere,  
non uocaberis ultra derelicta etc. 9. exequit ea que  
spectant ad regressum in uoluntatem, et gloriosam ascensionem  
c. 62. Quis est iste qui uenit de Edom? 10. exequit ea  
que spectant ad ludorum negligentiam et execrationes  
Christi

Christo ascendente in celum & hoc circa medium cap. sed  
misericordiam domini recordabor, ubi reducit ad me-  
moriam beneficia omnia que deus contulit iudeis, pre-  
cipue beneficium eductum de Egypto, et aduentus  
Christi domini in principio capitis. 64. Utinam dixerim  
peres eos, et uenires, et tamen non obstantibus suis  
exegcati sunt, et deplorat eorum execrationem, ubi ait  
atque de domine de celo & uide de habitaculo sancto-  
tus, quare errare nos fecisti de uis tuis; inducisti cor  
nostrum, ne timeremus te sequi, & abscondisti faciem  
tuam a nobis, et alligasti nos in manu iniquitatis nostrę  
et. Undecimo exequit ea que spectant ad finalem mi-  
sericordiam, et ad reversionem iudeorum ad Christum  
c. 65. quod incipit. Dixi ecce ego ad gentes. Sequitur  
expandi manus meas totius ad populum incredulum  
et infra. Sic faciam propter seruos meos, ut non despera-  
totum, et aducam te Jacob semen, et Iuda possidentem  
sanctos mess. Duo decimo et ultimo exequit ea, que  
spectant ad finale iudicium, et premium bonorum, ac ma-  
lorum punitionem. c. 66. quod incipit. Hęc dicte dñs  
coelum sedes mea est. Sequitur de gloria beatorum. Ista  
mini cum Hierusalem ut repleamini ab uberibus uitis  
Satornis eius, & de poena damnatorum. Vermis eorum  
non morietur, & ignis non extinguet. & sic finit secundus  
tractatus, et totus liber. ) Notandum tamen quod du-  
plex liberatus scilicet facta p. Cyrum, & p. Christum. sic mis-  
centur in isto tractatu ut uix inueniat capitulum in quo  
non

non intererat aliquid de utraq. Intantum q. Iudgi  
totum exponunt de illa, que facta est p. Cyrum. quibus  
impossibile sit sic exponi quantum ad plurima, que  
dicunt. in hoc tractatu, et idem melius et literalius  
exponit eodem modo, que dicitur est. iuxta prefatam divi  
sionem ~

s. 3. De Libro Hieremie

Hieremias scripsit tempore Josie Joachim et sede  
ebis, quando sententia ejectionis de terra sancta ope  
implebat. et dividit. in decem et sex partes principa  
les. In prima namq. ipsi ppheta Legatus imponit. et du  
rat p. caput primum, ubi ostendit ppheta sanctificat  
cum dicit. priusq. te formarem in utero etc. et deinde  
causa Legationis ostendit sub metaphora olle succu  
se. et vigilantis virge. et tunc Legatus iniungitur  
tu ergo accinge lumbos tuos. et surge. et loquere ad  
eos. In 2<sup>a</sup> u<sup>o</sup> parte disuadet. Vmsit iusta. vel iniusta  
ne videat deus crudeliter procedere in de. In arido pro  
phetam ad predicandum captivitatem, et dicitur pars  
illa. p. decem cap. Ut autem appareat Legatio iusta  
cap. 2. incipit ppheta describere ludgorum ingrati tu  
dinem, et culpam gravissimam contra deum. In 3<sup>o</sup>  
describit ex parte deij. sumam clementiam sub mettha  
phora sponsi contempti usentes uxorem recipere eti  
am post contemptum, quod est contra summam consue  
tudinē

Hieremias divi  
die in 16 partes  
principales ~

1<sup>a</sup> pars

2<sup>a</sup> pars.

dimem. & incipit. ubi si dimisserit uir uxorem. In 4<sup>o</sup>  
cap. pponit ex parte dei facilem ueniam ostendens, q non  
exigat deus ab eis satisfactionem nimis duram. Unde  
incipit. Si conuerteris Israel, ait dominus ad me conu-  
tere. In 5. cap. aufert a ludgus excusationem ueram  
quam possunt habere ex immixtione aliquorum cum  
eis, si forte inter eos inuenirent. Unde incipit. Cirui-  
te uias Hierusalem, et querite an inueniatis uirum  
facientem iudicium, et propitius ero ei. In 6. capite  
aufert ab eis considerationem, quam deberent habere  
de sanctitate sacerdotum, prophetarum, et religiosorum  
suorum. Unde incipit. confortamini filij Benjamin in  
medio Hierusalem. sequit a minore usq ad maiorem  
omnes auaritie student, a ppheta usq ad sacerdotem  
cuncti faciunt dolum. In 7. cap. aufert ab eis fiduciam  
quam possent habere de sanctitate templi et sacrificio-  
rum. Unde dicit nolite confidere in uerbis mendacij  
dicentes, templum domini, templum domini, templus  
domini est. In 8. aufert ab eis fiduciam, quam possent  
habere in sapientia scribarum, et somnium doloz  
Unde ait in tempore illis ait dominus, et sequit uere  
mendacium operatus est stylus mendax scribarum,  
confusi sunt sapientes, uerba domini proiecerunt  
et sapientia nulla est in eis. In nono ex quo proph-  
ta nullam excusationem reperit pro ludgus. incipit  
lamentari & plangere lamentabilem cantilenam  
et

Facce, quis dabit captivitas aquam, et oculos in visum, et  
 tem lacrimarum. In decimo cap. regredit ad Iudaeas  
 cogitatem & ignorantiam, qui contra omnem ratio-  
 nem conuersti erant (contempto deo) ad idolatriam  
 et incipit audite verbum, quod locutus est dominus,  
 et sequit, quis non timebit te o Rex gentium? In ca  
 undecimo. et ultimo huius partis partem domini ubi  
 filijs israel reducit ad memoriam; et ut ex omnibus  
 istis aggrauet culpa iudeorum ostendat legatio domini  
 iusta. qui mittebat prophetam ad denuncian-  
 dum mo-  
 sa, que in predictis capitibz continere referunt. et sm  
 hoc patet, qualiter in predictis decem capitibz legatio  
 dicitur si iusta fuerit. uel iniusta.

In 3<sup>a</sup> parte sup ipsa legatione que rubat ppheta  
 et conquire ppter mala, que prouidit se passurum ex  
 legatione ista. Incipit ista pars ultra medium cap. 11.  
 tu autem domine demonstraisti mihi. et ego quasi ag-  
 nus mansuetus, qui portat ad uictimam. et protendit  
 usq; in finem capitis. 12. In qua parte multa continet  
 de passione Christi domini.

3. Pars.

In 4<sup>a</sup> p<sup>te</sup> ppheta legationem exequit predicando  
 Iudgam et Hierusalem, sub metaphora lumbaris  
 quod computruit; et sub metaphora sermonum sic-  
 citatis, et metaphora moyses. et samuelis, qui alias  
 exauditi fuerunt pro populo. et tamen tunc non possit  
 exaudiri, et sub metaphora eunuchi. et hominis ste-  
 rilis

4. pars.

ribus. unde dicit ipsi Hieremia non aspicias uxorem  
et non erunt tibi filij. sub metaphora confecti uasis  
et Saguncule, et teste uasis, et durat pars illa per septem  
cap. a. 13. usq. ad 19. inclusive. ubi etiam propheta  
triste ad passionem Christi, ubi ait quare quasi colubus  
fueris in terra. c. 14. et ubi dicit. tu scis dominare  
corda meorum, absis. qui persequuntur me. c. 15. et ubi dicit  
domine fortitudo mea, et Robur meum, in die tribulatio  
nis meae. c. 16. Subiicit, domine deus, qui te derelin  
quunt confundantur etc. c. 17. et ubi dicit, uenite cogitemus  
contra Hieremiam, et percutiamus eum lingua, recordare  
q. steterim in conspectu tuo. c. 18.

<sup>a</sup>  
5. pars

In 5. Parte propheta pro sua predicatione exsequenda  
patitur persecutionem subdit. et incipit c. 20. et in eo  
describitur, ubi etiam multa continentur de passione Chris  
ti Domini.

<sup>a</sup>  
6. pars

In 6. parte iterum resumit prophetiam postquam fuerat  
uersus, in carceratus, ac positus in ieruo, et incipit pars  
illa c. 21. Verbum, quod factum est ad Hieremiam, et  
durat per tria capitula. In Primo namq. propheta con  
tra urbem Hierusalem: In 2. contra Regem. in 3. contra  
males prophetas, et alios, qui dirigebant ac pascabant gre  
gem filiorum Israel in illis diebus: et ibi agit de aduen  
tu Christi, qui erit bonus Rex, et bonus pastor, dicens, Ecce  
dies ueniet dicit dominus, et suscitabo dauid germen ius  
tum, et regnabit Rex, et sapiens erit. ~~et faciet iudicium~~  
~~et iustitiam in terra~~

In 7. P<sup>a</sup>

In 7. p. pphcia partim implet, et impleta aspiciat quancuq;  
ad primam transmigracionem, que facta est de Iechonia  
et principib; eius, qui ducti sunt in Babilonem: ubiq; p  
pera pmittunt transmigratis, et aduersa remeantibus,  
et incipit. cap. 24. et tendit per capita duo.

7. Pars.

In 8. parte pphcia iterum aduersitates patit, et psecu  
tiones pro sua predicacione. Primo quidem, a populo c.  
26. deinde a falsis pphetis. c. 27. et 28. et sic durat,  
pars illa, per capita tria.

8. Pars

In 9. parte consolatio promittit transmigratis, et dicitur  
p. c. 29. et pcedit usq; ad. c. 34. exclusive, per quinque  
capita, ubi multa etiam continent de Christo, ut ubi ait  
post dies illos dabo legem meam in visceribus eorum. et  
multa alia consolabilia de Christo.

9. pars

In 10. parte Rursum desolatio pcedit, et pphetatur  
contra remanentes in Hierusalem, alijs transmigratis  
in Babilonem. Unde totum est contra Sedechiam 34. c.,  
ubi illa pars decima continet.

10. pars

In Undecima parte propheta scribi pcepit a Hieremia  
in uno libro, et scriptus comburet, et combustus rursus  
reficit, et durat pars illa per duo cap. a. 35. ubi resumit  
ppheta, quomodo misit eum deus ad predicandum populo  
nec tamen est auditus: cum tamen filij Rechab audierit  
et obedierint patri suo. p. tendit autem per caput. 36.  
ubi continet hystoria de libri combustione, et refectioe.

11. pars

In 12. parte rursus propheta caput, et incarceration,  
et durat pars illa per duo capita. scilicet 37. et 38.

12. pars.

In.

13. pars.

In parte. 13. propheta implet totaliter, et perficit quatuordecim  
ad captivum Hierusalem, et combustionem templi, et  
muri, et hoc continet Systruce in. c. 39. ubi etiam agit  
de liberatione Hieremia.

14. pars

In Parte. 14. populum suum liberatum, et reliquias  
dimissas usque in Egyptum benivole prosequitur  
et incipit pars illa a. cap. 40. usque ad 46 exclusive, u-  
bi Systruce per sex capita narrat, qualiter contra volun-  
tatem Hieremia descendit populus in Egyptum, ubi eti-  
am contra eos prophetavit.

15. pars

In parte u<sup>o</sup> decima quinta et penultima propheta exte-  
dit ad omnes gentes, quia contra Egyptios, contra Pales-  
tinos, contra Moab, contra Ammon, contra Babylonios  
et durat pars ista. a. cap. 46. usque ad caput 50. per inclu-  
sive per sex capita.

16. pars.

In parte u<sup>o</sup> decima sexta et ultima materiam thre-  
norum Systruce contexit, et hoc in cap. 52 et in fine  
sibi posita combustionem templi, et deportationem vasorum  
propheta concludit. Et factum est postquam in captivitates  
ductus est Israel, et Hierusalem destructa est. Sed et Hier-  
emias flens, et amaro animo suspirans et eiulans dixit,  
quomodo sedet etc. et in hoc finit liber Hieremias

#### S. 4 De libro Threnorum

Liber iste threnorum, qui ut supra diximus continet ele-  
ga. sed caretus tristitia et maeroris, et habet pro materia  
ad literam mortem Iosia, vel potius (ut textus innuit) des-  
tructionem Hierusalem, et transmigracionem Hierusalem  
ge



De terra sua, continet quattuor planctus & unam orationem. et sic hinc dividit in 4 capita. et quintum, quod intitulat oratio Hieremia. Distinguit autem planctus & literas Alphabeti viginti duas, quod in libro primus versus incipit a prima litera, secundus a secunda, & sic de alijs sicut internos, a solis ortus cardine. Primus versus incipit ab. A. secundus a B. et sic de ceteris, infra quatuor sit autem literam tres ~~versus~~ continent preterquam in tertio planctu, ubi cuilibet clausula correspondet sua litera, et ideo ter repetit quolibet litera simul, cum dicit Aleph. Aleph. Aleph. et sic consequenter usque ad Thau. Quare autem liber iste divinus est in 4 planctus, et hoc est propter 4 materias lamentationis, quas subiit Hieremias. Primo namque doluit de hostis occisione in campo Magged. Secundo de Iechonia transmigratione, et omnium nobilium sub Nabuchodonosor qui captivavit eos in Babylonem. 3. de Hierusalem, muri et templi combustionione facta sub Nabuzardan. 4. de godolia interfectione, & reliquiarum que remanserant dissipacione, et deiectione in egyptum. ut et autem liber iste ut dicit Gulibery omnibus locis Rechorius provocantibus ad indignationem, & conquestionem, hoc est provocantibus ad misericordiam, & indignationem, qui secundum Tullium in. 1. Rechorius sunt multi, sunt enim quindecim provocantes ad indignationem, & quindecim provocantes ad misericordiam. Primus enim provocans ad misericordiam est, ex comparacione bonorum in quibus homo fuit

Hieremias continet quattuor planctus, et unam orationem &

clausula

ad

ad mala in quibus deuenit. et ab ubi incipit primus versus  
threnorum, quomodo sedet sola ciuitas plena populo, facta  
est etc. cui comparabo? sedet sola, quae erat plena. Vidua  
quae erat domina, sub tributo quae erat princeps. Secundus  
locus est cum deplorat solatium, cui deseruit secundus N.  
suis ~~comparabatur~~ plorans plorauit in nocte, sequitur  
non est qui consoletur eam ex omnibus caris eius. 3. locus est  
cum res in honore digna fuerint turpes. Similes et illibera  
les, sin quem locum procedit quartus versus cum dicit. Vig  
sion lugent, esq. non est qui ueniat ad sollemnitatem omn  
potentia eius destructa, sacerdotes eius gementes, Virgines eius  
squalida, et ipsa oppressa amaritudine, et sic de alijs locus tam  
congestus q. indignationis, q. omnibus (ut dicitur) utiq.  
liber iste

### Diuisio Prima lamentationis

Ad euidentiam Suius libelli threnorum, procedendum est  
ad specialem diuisionem cuiuslibet lamentationis in se  
diuidit ergo. In 5. partes liber iste. In prima namq. pro  
pheta specialiter lamentat destructionem ciuitatis Hierusa  
lem, quae erat caput Regni. In 2. specialiter lamentat  
destructionem totius israhel, et totius regni. In 3. more pro  
pheticis conuertit se ad Christum, et lamentat de seipso in  
dicens personam Christi, uel secundum sensum Iudaicum lamen  
tat destructionem ipsius populi. In 4. lamentat specia  
liter et potissime destructionem sanctuarij, et templi. In 5.  
fieri ad deum orationem exploratiuam auxiliij, et pro  
uocatiuam diuinae affectionis. Prima pars continet  
In i. cap.

12 In primo cap. ibi. quomodo sedet solacium est. Secun-  
 da vero in secundo. quod incipit. Quomodo obtexit. 3 in  
 tertio. quod incipit. ego vir uedens. et 4 in 4. quod incipit  
 quomodo obscuratum est aurum. Quinta uero in oratio-  
 ne ipsa. Quae incipit. Recordare domine. quid acciderit  
 est. Primum ergo Caput continet primam lamenta-  
 tionem, quae refert principaliter et potissime ad ciuitates  
 Hierusalem, quae erat caput regni. Et diuidit lamenta-  
 tio illa, in duas partes principales. Primum namq. prophe-  
 ta admirando lamentat destructionem Hierusalem, et  
 loquitur ad seipsum. Secundo uero ipsamet ciuitas lamen-  
 tatur seipsum prouocando alios ad sibi compatiendum, et  
 incipit secunda pars ibi. in duodecimo versu. O uos oes  
 qui transitis quiam est.

diuidit prima  
 haec lamentatio  
 in duas partes  
 principales?

Prima autem pars continet undecim versus secundus  
 undecim conditiones, et excellentias Ciuitatis Hierusale-  
 sup quibz amissis Hieremias desolabiliter lamentatur.  
 excessit namq. ciuitas Hierusalem aliquando alias ciui-  
 tates in auctoritate, qz multis ciuitatibz, et terris do-  
 minabat. excessit etiam in legitima et locumditate, qz  
 erant ibi carniu. et multa signa legitima; excessit tertio in  
 secretate. et aut de terris finitimus populi in Hierusale-  
 conuenire festinarent propter secretatem. excessit 4  
 in solennijs diuinis, et celebrate, ter enim in armis debe-  
 bat populus in Hierusalem conuenire ad festa dominice  
 celebranda: excessit 5. in pace et tranquillitate. sunt

1<sup>a</sup> pars.

pat

patuit tempore Salomonis, et per hoc dicta est Hierusa  
lem, quae interpretatur visio pacis: excessit sexto in forti  
tudine militum, et probitate sicut patuit tempore da  
uidis et Salomonis, in quo fuit ibi robur exercitus, et ma  
xima fortitudo. excessit 7. in multiplici prosperitate  
diuitiarum copiositate. erat enim tempore Salomonis co  
pia auri, et argenti quasi ferri, et ferri quasi ligni, ut patet  
in libro Paralipon. et regum: excessit 8. in laudis pro  
fano, et famositate, nominabat enim in cunctis regnis  
ut ait regina Sabba venire a finibus terra audire sapien  
tiam Salomonis; excessit 9. in pulchritudine, et fir  
mositate, erat etenim pulcherrime et firmosissime e  
dificata: excessit decimo in cultu diuino, et ceremoniarum  
sanctitate, ut ait non permittet aliquis gentilis aut  
extraneus ingredi intra templum: excessit undecimo in  
copia panis, et siccitate ac securitate, secundum hoc  
ergo lamentatur propheta super amissione istarum undecim  
privilegiarum. Deplorat namque primo civitatem  
Hierusalem super amissione pristina auctoritatis in primo  
versu. quomodo sedet etc. 2. deplorat eam super a  
missione pristina letitiae et iocunditatis in secundo  
versu plorans plorabit in nocte, unde sequitur non est qui  
consolet eam. Deplorat 3. super amissione securitatis  
in 3. versu migravit Iudas propter afflictionem. unde  
sequitur omnes persecutores apprehenderunt eam. 4. de  
plorat eam super amissione pristinae celebratis, et festivitatis  
in quarto versu, via syon lugent, et non sit qui ve  
niat

mat est. Deplorat autem 5. sup amissione pristinae  
 pacis et tranquillitatis in quinto versu, facti sunt hostes eius  
 in capite. Sequitur et inimici eius. Languetatis sunt etc. 6. de  
 plorat eam sup amissione pristinae fortitudinis et belluae  
 probitatis in versu sexto, et egressa est filia syon, sequitur  
 facti sunt Principes eius uelut arceus, 7. deplorat eam  
 sup amissione pristinae prosperitatis et opulentiatis in omni  
 bus bonis in 7. versu septimo, ibi et recordata est Hierusalem  
 dierum afflictionis, et sequitur, et omnium desiderabilium  
 suorum etc. 8. deplorat eam sup amissione pristini ho  
 noris et famositatis in versu octavo, peccatum peccauit  
 Hierusalem, sequitur omnes qui glorificabant eam spreue  
 runt eam etc. Deplorat eam nono sup admiratione  
 pristinae pulchritudinis et formositatis in nono versu  
 donosor fuit Hierusalem capta, et destructa, nam per annos  
 captivitatis Iudaei ieiunauerunt illum diem semper. Inter  
 rogabant ergo illi viri an post reditum esset ieiunandum  
 necne? et hoc tangit in cap. 7. ubi et addit prophetam in re  
 patris in Iudaeos, quod nec cum ieiunauerunt, nec cum come  
 derunt in illis 70 annis ex charitate ieiunauerunt, aut  
 comederunt dominum, sed magis pro eis modo proprio ut libe  
 rarentur et hoc fit ibi. Loquere ad populum cum ieiuna  
 retis est usque in finem cap. septimi. In 3. autem capite  
 promittunt ea quae dicitur de pace prosperitate et letitia  
 unde futura sanctorum ibi promittit. Relatus sum syon. et  
 etatis longevitas ibi ad huc habitabunt senes et anus et  
 pro complemento illius. allegat divina potestas, quae de  
 la ista complebitur ibi. Si videret difficile) promittit etiam  
 bonorum temporalium abundantiam et prosperitatem ibi. Vineam da  
 bit fructum suum, et promittit benedictionem, et formositas ibi.

et erit sicut erat. subdit autem informatio moralis  
ibj. Hec sunt verba que facietis. loquimini verita-  
tem. Deinde post longam Syperbation ponit res  
positas reales ad questionem ppositam. et hoc ibi, ie-  
iunium quartum et ieiunium quintum etc. Deinde ponit  
conuersus spiritus prophetas ad Christum, et ad uocatio-  
nem gentium occasione accepta ex gloria et letitia  
pgressa ut intelligant illa tempore Christiane com-  
plenda. et hoc fit ibi usq; que ueniant populi mei  
et ibi. Venient gentes robuste ad queendum domi-  
num. et ibi. Apprehendent decem homines in omni-  
bus linguis gentium fimbrias uiri Iudaei. —

3. Pars.

In 3. autem parte principali ponunt propheta que  
spectant ad tempora Machabeorum, que successerunt  
duobus temporibus pmissis. et durat per duo capitula  
scilicet nonum et decimum. In nono namq; capite  
de Iudaeorum Machabeorum probitate, ubi pmittitur  
uastatio finitimarum ciuitatum sciendap Machabos  
Tyri scilicet et Sydonis. q; et Ascalonis, et reliquarum  
ciuitatum. et hoc ibi. onus Verbi domini. Deinde ne quis  
deperet putando Iudam Machabeum esse Christum ra-  
tione strenuitatis, et probitatis sue statim propheta con-  
uertit se ad Christum pducendo, q; non erit bellator nec  
ascendet sup equum. et hoc ibi. exultasatis filias syon  
ecce Rex tuus ueniet tibi ipse pauper, et ascendet sup asina  
ostendit etiam q; non habebit arcum aut quadrigam ibi  
et desperdam quadrigam, et q; quia pax acquirat domi-  
num. ibi. et loquet pacem gentibus, et q; non liberabit ps-  
pubum q; sagittam et arcum, sicut falso expectant Iudaei. sed  
f

§ Sanguinem proprium ibi. Tu uero in sanguine testamen-  
 ti tui. Deinde autem ad Iudam Machabeum. ibi co-  
 uertim ad mutationem uindictae usq; in finem cap-  
 ituli. In decimo autem capite agit de Machabeo  
 rum prosperitate promittit enim pro tempore illo futura  
 bonorum abundantiam ibi. Petite pluuiam. Deinde  
 uero execrat idolatriam quam uoluit inducere Antio-  
 chus in Hierusalem. Et quam receperunt sacerdotes, et  
 multi alij de populo ibi. Quare simulachra leuitasue  
 inuicite. Et sequit supplicia iratus est ficius meus.  
 Deinde uero introducit Malsabiam et Iudam et ceteros  
 Machabeos pugnantes contra idolatriam ibi. Quare uiti-  
 tauit Dominus exercituum gregem suum domum Iuda  
 et posuit eos quasi equum glorie in bello. Deinde p[ro]p[ri]e  
 ut congregationem Iudaeorum futuram, q[ui]a de multis par-  
 tibus redierunt Iudaei, qui antea fugerant postq[ui] Macha-  
 beus obtinuerunt uictoriam et hoc ibi. et si uillabo eis,  
 et congregabo eos usq; in finem capitis.

In 4<sup>to</sup> uero § ponunt p[ro]phetia que spectant ad tempo-  
 ra Romanorum, qui fuerunt post Machabeos, sub Ro-  
 manus namq; destructa e Hierusalem. et Iudaei dispersi  
 sunt p[er] uniuersum orbem in captiuitatem aethernam. Si-  
 cut est hodie. Continet autem pars ista 4<sup>ta</sup> capita. Nam  
 in u. capite agit de peccato pastorum et sacerdotum, quo-  
 rum machinatione interfectus est Christus dominus p[ro]-  
 p[ter] quod peccatum Romani cep[er]unt ciuitatem et templu[m]  
 et ob hoc dicit in principio capitis (aperi libane) id est tem-  
 plum ex lignis libani obstruatum portas tuas ducibus Roma-  
 norum

4<sup>ta</sup> pars.

noy. sequit uox ululatus pascorum etc. deinde u<sup>o</sup>  
ppheta attendens populum suum destinari ad mortē  
et captiuitatem. dolorem suum exprimeris dicit pas  
ce pecora occisionis. deinde ponit causam huius cap  
tuitatis. et dimissionis populi iudaici a deo. quę  
quidem causa fuit uenudatio Christi domini. Un  
de Ppheta ponit parabolam de pastore habente du  
as virgas unam appellatam decorem, et alteram  
funiculum. quę significabant duos populos uen  
quib; inuicē foedus. et pactum ut pasceret eos. Pri  
mum namq; pactum inuicē cum filijs Noe genes 9. et  
hoc pactum irritauit idolatria, quam maior pars fi  
liorum Noe fuit secuta. Secundum pactum inuicē  
cum Abraham et filijs Israel; et hoc irritauit sacer  
dotum malicia, qui triginta argenteos dederunt pro  
Christo domino, ut interficerent eum. Et tunc hoc  
ppheta pulcherrime deducit ab illis hec. (et assumpsi  
misi duas virgas) et deinceps ubi ait, et appende  
runt mercedem meam. 30. argenteis, precium quō  
apreciatus sum ab eis. et ubi subdit (et tibi triginta  
argenteos, et proieci eos in domo domini ad sanctuarium  
et deinceps usq; ubi. C dicit dominus ad me. deinde uero p  
pheta introducit Anti Christum, oves enim quę uerum pasto  
rem recipere noluerunt scilicet Christum dominum, deo  
meruerunt. ut det illis pseudopastor et falsus. scilicet An  
ti Christus, et hoc facit ab illis hec, et dicit dominus ad me  
sume tibi uasa pascoris stulti, qz ecce ego suscitabo pastores



170

In terra qui derelicta non visitabit. Et deinceps (o 111)  
pastor et idolum derelinquens gregem etc. usq; in fine 111  
capitis.

In cap. autem. 12. post ciuitatis destructionem pp. 111  
ter peccatum sacerdotum. agit de impugnatione, et p. 111  
secutione fidelium, et conuersione multorum ludgoy 111  
et plurimarum gentium sub illa persecutione: nam 111  
Romani post destructionem Hierusalem persecuti sunt 111  
fideles. unde in principio capitis propheta induit sub 111  
nomine Hierusalem disceptos et hypochritas et reliquos 111  
ex filiis israel, ex quibus fuit primitiua ecclesia integra  
ta; et ostendit q; omnes gentes, immo etiam et ludgi arma  
bunt se contra istos. et hoc facit in principio (omnes uerbi  
domini, sequit sed et Iuda erit in obsidione contra Hi  
erusalem. Et colligunt aduersus eam omnia regna terrarum.  
diende autem subdit ipsam protelionem diuinam, q; Hie  
rusalem ecclesia primitiua protelta fuit a deo, imo et mu  
tiplicata fuit contra edicta Romanorum, et contra uerba  
imperatorum, imo tunc uidebant deuorare populos, et  
sibi incorporare. et hoc fit ibi Cindie illa dicit dominus p. au  
tiam equum usq; ubi Ceteri qui offenderit excis. Deinde  
introducitur conuersionem gentium infidelium, et ludgoy  
ad Christum dominum, et quomodo plangent eum fideles  
in orationibus suis considerando eum confixum, et crucifixum  
et hoc ibi Ceteri qui offenderit, sequit enim effundam sup  
dauid, et sup habitatores Hierusalem spiritum gratie et precum,  
et aspiciet ad me, quem confixerunt, et addit, et plangent  
eum

eum plantu quasi sup unigenitum, in die illa magnus  
erit plantus in Hierusalem, et reliqua usq; in finem  
capituli. quod autem Iudqi fabulose exponunt caput  
Iud. de sus moxia uenturo, aut de tempore inter me  
du inter Zorobabelem; et Caium Pompeium, qui primus  
Iudgam cepit et templum, stare non potest, qz non legitur  
q; Iudas fuerit contra Hierusalem in illis tempore, nec  
q; sic deus peruenerit gentes contra Hierusalem congrega  
tas. nec de Iud plantu aliquid est quod possit iuxta illas  
sententias conuenienter exponi. et ides caput istud de  
bet ad Christum dominum et ad fideles referri primitiua  
ecclesia eo modo, qui dictum est.

In cap. autem. 13. post templi destructionem et Iudq; et  
credentium in Christum (qui obtinuerunt ex tunc no  
men Hierusalem) persecutionem, conuertit se propheta ad  
aliorum Iudq; infidelium dispersionem, et ad prophe  
tia cessationem, et permittit ex parte fidelium sacramen  
torum efficaciam, ibi (in domo illa erit fons patens domus  
Dauid). Deinde dicit cessaturam et euacuandam prophe  
tiam, et idolatriam, maxime prophetiam falsam, ibi (er  
it in die illa dicit dominus exercituum disperdam nom  
idolorum, et prophetas, et spiritum immundum). Deinde  
perducit qualiter fideles zelabunt ueritatem et fidem suos  
ut autem configant filios suos si eos inuenerint infideles, ibi  
et erit cum prophetauerit quispiam, ultra dicente ei patere ei  
et mater, qui genuerunt eum, non uiues, qz mendacium lo  
cutus est. Deinde autem propheta reuertit ad passionem

Dauid

15 )

dominica occasione accepta ex confixione falsorum  
 prophetarum non mirum est illic configamur. qz Christus  
 pastor & dominus ipse fuit confixus. et hoc facit ibi. <sup>crim</sup> *Et  
 meam suscitare sup pastorem meum. sequit percutere pasto  
 rem. et dispergerit oues gregis. Deinde uero propter il  
 lud peccatum concludit infidelium iudeorum dispersio  
 nem et fugam. *Disperget enim q duas partes dispergent et de  
 ficient de iudis. et sola pars tertia relinquet et perse  
 cutiones patiet. videlicet pars credentium. que fuerit iu  
 ra. et hoc facit ibi. et conuertam manum meam ad  
 paruulos usq in finem capitis.**

In cap. autem. 14. et ultimo agit propheta de fine sa  
 culi et consumatione. promittit namq continuandae  
 materiae precedente obsidionem Hierusalem q Roman  
 et captiorem. et dispersionem maioris partis Iudeorum  
 infidelium scilicet. et aliorum scilicet fidelium. et hoc  
 in principio (ecce dies veniunt dicit dominus. Deinde  
 uero agit de aduentu domini ad iudicium. ibi. et egre  
 dit dominus. et praesabit. et stabunt pedes eius sup  
 montem oliuarum. Deinde uero agit de die iudicij  
 ostendend quam terribilis erit. ibi. *Et ueniet dominus  
 deus meus. omnesq sancti uenies. et in die illa non erit  
 lux. sed frigus et gelu. Deinde uero agit de gloria qu  
 habebunt sancti post iudicium et de Hierusalem ue  
 lesti. ibi. *Et erit in die illa exibunt aqua uice de  
 Hierusalem etc. Deinde agit de poena damnatorum  
 post iudicium ibi. et erit plaga. qua percutiet dominus  
 omnes gentes. Deinde uero reuertit propheta ad Hieru  
 sa**

Salem pro tempore peregrinationis saluet ad fidelium  
ecclesiam, ostendens q. multitudo gentium conuer-  
tet ad eam ibi, sed et Iudas pugnabit aduersus Ihe-  
rusalem, sequet omnes qui reliqui fuerint, de uni-  
us gentibus ascendent ab anno in annum, ut adorent  
Regem dominum exercituum. Deinde praedicat quo-  
modo ad ecclesiam conuertet etiam ipsum Romanum  
imperium ibi. Indie illa erit q. sup frenum equi est  
sanctum dominus, quod impletum fuit tempore Cons-  
tantini. Deinde concludit sanctitatem omnium gen-  
tium conuersarum ad fidem, maxime enim in illo  
tempore Christiani, et omnes fideles fuerunt deu-  
ti et sancti. et hoc facit ibi. et erunt lebetes in domo  
domini, quati p. h. et erant altari, et erit omnis lebes  
sanctificata, et sic Zacharia ppheta finit.  
Iudqi autem capitulum istud ultimum exponit de  
mexia suo futuro, quem expectant tanq. bellatorem  
p. u. qui armis materialib. debellabit, et destru-  
et Romanum imperium, et ipsi asserunt iuxta prop-  
hetiam danielis dicentis de lapide qui percussit statu-  
am. dicunt ergo q. omnia, quae sic dicunt de Iherusa-  
lem, et de scissione montis oliuarum, et debellatio-  
ne omnium gentium, et gentium debellatarum, congre-  
gatione singulis armis ad orandum dominum in Ihe-  
rusalem, tunc ad litteram complebunt; quorum falsi-  
tas de facili refellit, q. ppheta dicit expresse sic. q. dies  
illa in qua haec fiunt, non erit nec dies, nec nox, sed in  
tempore vesp. erit lux, quod non potest intelligi nisi  
se

de die Judicij. & deinceps, cum cessabit motus israhel, et  
 israhel non erit possibile, q. Hierusalem recipiet sin-  
 gulis armis omnes gentes de mundo des advenientes  
 ad festivitates tabernaculorum. Quis ille qui obtinu-  
 it Romanum imperium, ad litteram, non per arma ma-  
 terialia, sed per predicationem, et doctrinam scien-  
 tiam, et martyrum patientiam ipse est. Iesus Christus  
 dominus. Unde istud est quintum regnum, quod dicitur  
 ut ait dominus israhel. Regnum scilicet Christi ecclesie  
 qui sibi Romanum imperium subjugavit, propter q.  
 intentio prophetarum in presenti cap. fertur ad intentionem ia-  
 ductam ~ 1. 12 Divisio libri Malachia. ~ 11 ~

Malachias qui ad israhel de futura sacrificiorum sub-  
 latone eisdem temporibus quibus Zacharias post reditum  
 e Babylone prophetavit ultimus duodecim prophetarum  
 continet quattuor capita. & duodecim particulas  
 principales. Sciendum enim est, q. Malachias, si-  
 fuerit esdras (ut quidam putant) si- fuerit alius  
 natus in Iudaea post reditum e Babylone, qui dicitur  
 est Malachias. id est angelus d. grandem sanctitatem  
 et q. d. verba sua implebat, sicut verba angelorum, ut  
 alij exultant, ipse inquam prophetamissus est ad regem  
 Sendendum multiplex vitium Iudaeorum, quod vigebat  
 in eis post reditum de captivitate.

n

Primo ergo reprehendit eos q. erant ingrati, et de-  
 dilectione dei, et de revivificatione captivitatis, et de reedi-  
 ficatione urbis. & inducit esau, et filios eius in opposi-  
 tus

i. pars.

2<sup>a</sup>  
tum, quibus similia manifestat, ut magis eorum appare  
at ingratitude. et hoc facit a principio omnes verbi do  
mini. usq; ibi. (Dicit dominus exercituum ad uos, o sa  
cerdotes. Secundo uero Reprehendit in specialy sa  
cerdotes, qz erant indevoti, mutabant animalia, que  
asportabant ad offerendum. Unde cum asportabatur  
animal pingue, et bonum retinebant ipsum; et immu  
tabant pro eo minus bonum, claudum, uel languidum,  
et multas alias indevotiones circa sacrificia faciebant,  
et ita reprehendunt ut indevoti, ab illo loco (Dicit do  
minus exercituum etc usq; ibi, non est mihi uoluntas  
in uobis dicit dominus exercituum.

3<sup>a</sup>  
3<sup>o</sup> autem gratia Suius conuertit se pphetam ad uocatio  
nem alterius populi, et alterius sacrificij. Unde agit  
de uocatio ne gentium, et de sacrificio, et de sacerdo  
tio Christiano; et hoc facit a loco illo (non est uolun  
tas mihi in uobis, usq; ibi. Et dixit, ecce de labore.)  
4<sup>a</sup>  
4<sup>o</sup> Reprehendit sacerdotes, qz erant despectiu, uon  
erim offerere aliquid exuflabant dicentes, ecce qua  
le premium habemus de labore nostro. et hoc facit a loco  
illo (ecce de labore, usq; in finem primi capitis.

5<sup>a</sup>  
5<sup>o</sup> Reprehendit sacerdotes, qz erant transgressores  
pacti dominici inuti inter dominum et leui, intellige  
do pro leui Staxon et Phinees et Moysen filius eius, et  
hoc facit a principio secundi capitis. (et nunc ad uos ma  
datum hoc, usq; ibi. Et accepistis faciem in lege.

6<sup>a</sup>  
6<sup>o</sup> uero Reprehendit sacerdotes, qz erant superbi, et alio  
rum

rum de populo contempti. Et hoc facit a loco illo, nun-  
 quid non pater est usq; ibi transgressus est. Iuda  
 7. Reprehendit eos, qz erant lascivij et usuptati-  
 vici, nam uxores de stirpe sua dimittebant, qz erant  
 maculente, et turpes, et pauperes, ppter hoc q; in cap-  
 tivitatem fuerant, et accipiebant sibi uxores alienige-  
 nas divites, et pulchras contra dei preceptum, sicut  
 apparet in libro esdra. Et hoc facit ppheta ab illo lo-  
 co, transgressus est Iudas, et abominatio facta est in  
 israel usq; ibi. Laborare fecistis dominum ~

7

8. autem reprehendit eos, qz erant desperativij, ver-  
 tebat enim inter eos q; vobis vultis, qz tantum vale-  
 bat esse bonum, sicut malum in conspectu dei, et eis  
 vero, qz videbant gentes usq; ad monarchias exalta-  
 ri, et ipsi erant depressi, et hoc facit ab illo loco (La-  
 borare) usq; in finem capitis secundj.

8

9. autem gratia Suius introducit adventus Christi, et  
 pcuratoris sui Joannis; ides autem introducit, ut  
 repellat eorum error, et desperatio, ac si ita dicat  
 ppheta, non est verum, q; tantum valeat esse bonum  
 sicut malum apud deum; nec ratio vestra de monar-  
 chijs procedit, qz in brevi mittet de; monarcham ves-  
 trum, et Regem Regum Christum; et hoc facit a loco  
 illo ( ecce ego mittam angelum meum, in principio  
 secundj capitis, usq; ibi Revertimini ad me ~

9

10

10. Vero Reprehendit eos, qz erant auari, et de diuina  
pmissione diffusi, fuit enim tempore Esdræ maxima  
fames, et carustia, et tunc populus ex auaritia, et dif-  
fidentia retinebat decimas et primicias, et cetera, que  
erant des offerenda, sup hoc autem reprehendit eos pro-  
pheta promittens bonorum abundantiam, si decimas  
et cetera ad cultum dei pertinentia soluerent; et hoc  
facit ab illo loco (Inuertimini usq; ubi, inualuerunt  
sup me verba uestra.

11

Undecimo reprehendit eos, qz erant quidam modo  
blasphemi, et diuinæ Iustitiæ argutijs, dicebant ete-  
rum, qz uanumerat, seruire des ut uidebat, ppter hoc  
qz malos non puniebat, immo uidebant in hoc mundo  
florere; nec bonos premiabat, immo in hoc mundo nō  
habebant nisi labores et mala, et hoc facit ab illo loco  
(inualuerunt sup me usq; in finem capitis.

12

12<sup>o</sup> et ultimo in cap. 4 respondendo ad predictam  
querellam introducit diem iudicij. In quo nulli bono  
erit male, et nulli malo erit bene: Unde incipit  
ecce dies uenit succensa quasi caminus, que non re-  
linquet eis radicem et germen. Sequit, egredietur  
uobis timentibus nomen meum sol Iustitiæ, et de-  
mum agit de p̄uorsore aduentus ultimi, et diei iudi-  
cij scilicet de Helia p̄pheta, unde ait, ecce ego mittam  
uobis Heliam p̄phetam etc. et sic liber duodecim pro-  
phetarum finit, et per consequens iuxta primam diui-  
sio



scioneon Librorum sacrorum in principio Suius tractatus  
 positam fuit sexta pars sacra spūa, quę est prophetica  
 et declamatoria, quam iuxta secundam<sup>di</sup> uisionem in  
 quarto membro Librorum collatamus cum eis in lega-  
 les. Historiales. sapientiales. & prophetales diuisim  
 ad Hanc autem partem ascendere debemus p̄ ascensus  
 diluculi, q̄ et si in prophetis sit magna obscuritas in eis ta-  
 men splendet luminosa ueritas Iesu Christi, q̄ factus ip̄sig  
 ubiq̄ reperitur dicta prophetarum, quod diluculum dicit  
 propter cōmulationem obscuritatis, et luminis; in cuius qui-  
 dem diluculi ascensu. ~~Peruenit~~ <sup>et</sup> ~~exiit~~ <sup>hederam</sup> ludgorum  
 expectantium Mexiam futurum, et negantium dominum  
 fuisse Christum in prophetis promissum. De hoc autem  
 ascensu diluculi scriptum est Song. 4. q̄ in ascensu dilucu-  
 li peruenit hederam et exiit; quod utiq̄ uerificari ha-  
 bet de studioso theologo habente ante se lectionem pro-  
 phetarum; potest enim percutere et arefacere ludgorum  
 uerba, quę non sunt nisi hederę folia; unde ait Petrus in  
 secunda sua canonica, c. 1. habemus firmiorem propheti-  
 cum sermonem, cui bene factis attendentes, quasi lucer-  
 na lucenti in caliginoso loco, donec illucescat dies, et lu-  
 cifer oriat in cordibus uestris. ex quo patet q̄ pars prophe-  
 talis est quasi diluculum, cum sit lucerna lucens in caly-  
 ginoso loco Sabens in se ipsum luciferum ~ ~ ~ ~ ~

quasi hede-  
 ra uanilo-  
 quium iud.

De Ep̄ylogo Veteris testamenti  
 qui armoniam, & correspondentiam  
 cum nouo indicat

Habes amantissime lector totius sacri & veteris tes-  
tamenti structuram, ac methodicam figuram, in qua  
non longa lectioe statu populi dei & omnes eius  
partes et etates poteris percipere. Scilicet enim ecclē-  
sia infantiam a conditione primorum parentum us-  
q; ad tempora Noe, & pueritiam a Noe usq; ad tem-  
pora Abrahę; Post Abrahamum autem in Moysē in-  
cepit adolecentia, quę dilatata est per Josue, et sequē-  
tes iudices, & Reges quosq; et prophetas usq; ad suam iu-  
uentutem, in qua sub cura Pontificum, et propheta-  
rum clarissimas de Christo domino et regno eius reve-  
lationes tradentium, uelut sub pedagogo usq; ad ple-  
nitudinem temporis <sup>Perierit</sup> ~~degit~~. tunc ut inuit. d. Paulus  
ad galat. 4. misit deus filium suam unigenitum fac-  
tum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege e-  
rant redimeret; cuius redemptionis fructum, illi ma-  
xime comprehendunt, et aduertunt, qui magnalia  
dei in sacra scriptura ueluti in quosdam clarissimos spe-  
culos contemplant, quibus ~~speculum~~ nostrum sacri  
uteriusq; testamenti summam complectens offerimus. <sup>1.</sup> ~~tractatus~~  
Legales igitur libros lector aduertat, et conferat, et si o-  
mnipotentiam dei in creatione rerum & genese in no-  
tat, & clementiam eiusdem cum populo hebreo & expo-  
ditum aduertit, in leuitico etiam sacrificia, et ceremoni-  
as, quibus deus ubi uoluit perspuit: In numeris quo-  
q; diuinam patientiam hebreos tolerando admirat  
ac in deuteronomio & seuerantiam eiusdem inferen-  
dis

181

dis incredulus cognoscat. Vertat confestim oculos ad rege-  
neratorem omnium Christum, et in Mattheo propter nos  
Sominem factum legat; doctorem veritatis in Marcano  
tet: In Luca Redemptorem et hostiam agnoscat: et in  
Ioanne premiorem, et aquilam volantem ad terras  
missam credat ~

Si autem in libris Historialibus exempla virtutis  
et vitiorum, ut bonum amplexamur, et a malo terre-  
amur aduertit, ut si D. g. in Josue fidelitas in duca  
tu populi representat, in libro Iudicum punitiva ius-  
titia dei multos subvertendo suas captivitati manifes-  
tat. Si in Ruth prudentia eius; et in libro Regum et  
paralyptomenon gratia dei in electione David, et exalta-  
tione Salomonis aduertit. Si in esdra prudentia q<sup>ua</sup>  
eum direxit ad petendam licentiam a Cyro et Daris, de  
Revertione a Babylonia in Hierusalem cum vasissantibus  
videt. In Thobia etiam paupere et cetero magnificentia  
eius ostendit: et in opere Iudis magnanimitas indica-  
t: aut in Job admiranda dei prudentia cernit: et  
in Machabeis tolerantia laborum, et tormentorum pro  
defendendo lege sua conspicit. Hec etiam omnia in ac-  
tibus Apostolorum aduertant, ubi enim fidelitas Petri, et  
aliorum Apostolorum pro fide pugnantium signat: ubi  
Iustitia punitiva dei in Anania et uxore eius indicat,  
Prudentia eius in communicatione Spiritus sancti ad apos-  
tolos<sup>et</sup> gratia, In electione Matthei prudentia; in sapienti  
disputatione discipulorum magnificentia; In augmento  
seu ecclesie magnanimitas; et In conversione Sama-  
ritarum

rix et Symonis magi a Philippo facta: Providen-  
tia dei in conversione Pauli, ut sit electionis vas demō-  
strat usq; ad decimum caput, et tolerantia laborum  
p̄ principales mundi partes, inde usq; ad ultimum no-  
tae. ¶ Si autem formam laudandi deum ex psalmis  
et echnomicam ex proverbij, ex ecclesiaste monas-  
ticam ad contemptum mundi, ex canticis sapientiam,  
Heroicam et gustativam, ex sapientia, Prudentiam  
regendi alios; et ex ecclesiastico totius sapientie fon-  
tem esse percipis. Hec omnia in epistolis Pauli Pe-  
tri, Joannis, Jacobi, et Iudae, Thaddei patefunt: quan-  
do autem in veteri instrumento futurarum rerum  
revelationem, p̄ quam a peccatis auferemur quis ad-  
uertat, et deum benignissimum ex isaia in vocati-  
one gentium, ex Hieremia rigidum et immanentem  
captiuitatem, ex Ezechiele veniam promittentem  
peccatori, et poenam iusto se ab eo auertenti; ex da-  
nielle omnium prescium; et dominum ex duodecim  
alijs prophetis ut lucem ueritatis per duodecim articulos  
fidei contemplantis: ista omnia in Apocalypsi Joan-  
nis tremendam eius maiestatem, et admirandam ex-  
cellentiam notando cognosces. Modo autem huius  
veteris Testamentum ad notatis, ad nouum des dan-  
te noster progrediat tractatus. ¶

## DE NOVO TESTAMENTO

Sacra scriptura considerantur secundo In nouo testa-  
mento quoad nomen, quod dicitur lex noua siue prima  
respectu ueteris quae prima appellatur, quia deus primam  
fuit data, emisit enim lex Christum et euangelium  
respicit tanquam finem totius perfectioris, et per eandem  
fidem omnes iusti saluifaciuntur, sicut non per eas de  
ceremonias deus uoluerit; dicit etiam euange-  
lium gratia, quod non quasi debitum iustitiae redditum est  
sed gratuitum datum, ut dicit Augustinus in expositione  
Pauli ad Romanos inchoata.

non meri noui  
testamenti

dicit euangelium, non propter ea bona, quae iam existerent  
sunt tantum; sed propter ea, quae futura essent, ut dicit  
Crisostomus, epistola ad Romanos in principio  
dicit nouum siue secundum testamentum iuxta Aug-  
ustinum lib. 13. de ciuitate dei. c. 54. quod est perfectio ue-  
teris testamenti, sic dicitur, quod aeternae uitae contineat  
promissionem. idem contra Faustum lib. 15. c. 2.

Considerat 2<sup>o</sup> sacra scriptura in nouo testamento quoad  
continuationem ueteris, quod in initium euangelij firmus est  
legis. d. Crisostomus in euangelium Marci 2<sup>o</sup> m. 1. ubi  
enim lex desinit, ibi euangelium incipit. Secundo quod  
lex ueteris dispositio quaedam est ad nouam, quod Irenaeus  
praefatione in quattuor euangelistas innuit. Paulus  
4 ad galatas. c. confirmat, dum legem dicit fuisse pedag-  
gum nostrum in Christo, quod ad galatas. 4 iterum conclu-  
dit, quod quanto tempore serus paruulus est, nihil differt a  
seruo

continuationem cum  
ueteris.

seruus Sicut sit dominus omnium, sed sub tutoribus est  
et aliorum, usque ad prescriptum tempus a patre: ita inquit  
Paulus, et nos cum essemus paruuli sub elementis mundi  
Suius eramus seruietes, at ubi uenit plenitudo tem-  
poris misit deus filium suum factum ex muliere fac-  
tum sub lege; ut eos qui sub lege erant redimeret, ut  
adoptionem filiorum reciperemus. ubi Paulus parau-  
los uocat, sub legis seueritate degentes: quod et He-  
rominus ad Algasiam ostendit, ubi legem moyses et  
totum usque instrumentum elementa mundi uocauit,  
quibus quasi elementis, et religionis exordijs deum  
disuimus.

naturam

Considerat **U**sq[ue] continuatio ueteris testamenti cum  
nouo q[uod] lex usque propheta est noui testamenti, et ita  
uis quod in primo dicat, videndum quomodo in hoc  
compleat.

Adimpletis uete-  
ris in nouo testa-  
mento.

considerat **P**rophetas acra spuria in nouo testamento qua-  
tum ad impletionem, qua Christus dominus legem et  
prophetas impleuit, Primo in se quando natus est, et uoca-  
tus est emanuel, quando circumcissus est et uocatus  
Abraham. Quando presentatus est in templo, et oblatione  
pro illo sacrificium duo turtures, aut columba, quan-  
do fugit in Egyptum, quando in Nazareth conuersatus e,  
quando in asina templum fuit ingressus; quando a pu-  
ris laudatus est; quando crucifixus est inter iniquos, et  
quando felle et aceto potatus est; Quando in manibus pa-  
tris sui spiritum commendauit; quando uestimenta sua  
diuidenda reliquit; quando descendit ad inferos. **F**inita  
uit

1) sicut omnes dormientes, Quando sedit ad dexteram patris  
 quando ad succentorius est usans omnes gentes ab or  
 te ad occasum; et alia que tunc fiunt, prophetata sunt,  
 2<sup>o</sup> Legem implevit quoad modum vivendi duobus mo  
 dis; alius fuit quando exteriores leges figuratas solvit in  
 teriores eius veritates adimplens, ut puta in lege prece  
 pit; omne opus servile in sabbatho quemq; facere no  
 debere, preterq; q; fuit omnia anima scilicet, q; necessari  
 urne utq; sumant, hoc figurale est, q; sic deus in sab  
 batho cessat ab opere; spiritualiter vero secundum  
 evangelicam veritatem opus servile est tempore pecca  
 ti est, quoniam omnis qui facit peccatum servus est  
 peccati; omne autem opus bonum non est servile, sed  
 liberale; et pro anima fit libertate, sicut videtur in pri  
 ma facie ipsius opus corporale. Vides ergo q; Christus do  
 minus sabbatho operans adimplevit legem et non sol  
 vit, manifestavit, et non occultavit. // // //  
 Alius autem modus adimplendi legem in istis minimis  
 consistit de quibus salvator noster disserit Mat. 5. ma  
 data enim Moysi, in altu facilia sunt, non occides, no  
 adulterabis, et cetera in remuneratione modica, in pecca  
 to autem magna; Mandata autem Christi i. ne irasca  
 ris; ne concupiscas, ipso actu difficilia sunt, et cetera in  
 remuneratione magna, In peccato autem minima, ut  
 ponderat auctor operis imperfecti in Mattheum Som. 10,  
 unde Legem naturalem nullo modo substituit, et inus  
 teri vincula ad eam custodiendam ademit.

Consi

conuenientia  
nouu testamē  
ti cum ueterij

considerat & sacra scriptura in nouo testamento quae ad  
conuenientiam cum ueteri quantum ad scripturam, quae  
tunc licet imperfecte ad deum tamen auctorem gratia  
& fidem uenturi saecula disponebat, et inde est quod moyses  
pro inimicis orat, quod Christus dominus in nouo fieri  
testamento mandat. // quantum ad conuenientiam  
similiter seu unitatem in auctore, quae utriusque testamē  
auctore, & principium fuit deus optimus maximus.  
Considerat etiam quantum ad differentiam uete  
ris & noui testamenti, quae quod in lege est litera, in euange  
lio est gratia, illa habuit umbram, ista ueritatem, il  
la data est propter transgressionem, ista propter iustifica  
tionem, illa ignorantiam ostendit peccatum, ista agnitum  
inuocat ut uitet, illa flagitiosos deos increpat, ista peccā  
tes propter bonitatem liberat, illa tallionem decreuit red  
dere, ista pro inimicis orare iussit; illa coniugio mul  
tas habere, crescere et generare permisit et procreauit, is  
ta continentiam suauit; illic praedicat circumcissio car  
nis, sic lauacrum in ablutionem cordis & animae; il  
lic Chananaam regnum, et promissiones rerum tempora  
lium continent, sic uita aeterna regnumque coelorum  
promittit; illic sabbati otium, et requies celebratur  
sic sabbati requies in Christo habet, qui dixit uenite  
ad me omnes qui laboratis & onerati estis, et ego reficiam  
uos, et inuenietis requiem animabus uestris; illic pecuni  
is immolatis, carnis et sanguinis hostiae offeriebantur  
sic sacrificium corporis & sanguinis Christi domini offert  
quod



q. per illa animalia figurabat; ubi ex carne agni Pascha  
 celebrat. Sic Pascha nostrum immolatus est Christus  
 qui est verus agnus immaculatus; illic neomenia, seu  
 Principia novae luna celebrant, sic nova creatura in  
 Christo accipit; In lege res gesta pro figura in signifi-  
 cationem futurorum annunciabant, in gratia vero euan-  
 gelica veritatis, quae enunciata fuerunt explent; In le-  
 ge mandata scripta sunt, et promissa, sed in evangelica  
 ge mandata tenent, quae legem implere, vel conservare  
 iubent, promissa vero in evangelij plenitudine consum-  
 unt; Item lex monstravit peccatum, et non abstrahit, sed  
 suo terrore redactus homines servus efficit; et inde spiritu  
 servitutis servasse populum hebraeorum Apostolus docuit,  
 Evangelium vero adveniens <sup>rigorem</sup> ~~etiam~~ legem amovuit,  
 peccata, quae lex puniebat per spiritum servitutis laxavit  
 per spiritum adoptionis, filius ex servus reddidit, amorem  
 implenda legis omnibus donavit; et si desineat puniendi  
 commiserunt per eundem adoptionis spiritum indulget; for-  
 mam bene agendi praebeuit, et ut possint agi quae docuit spi-  
 ritum adiutorium infundit; et ut Iamilius libro ad Roma-  
 num epistolam dicit, veteris testamenti intentio est, novum fi-  
 guris et enigmatibus demonstrare; evangelij autem ad q-  
 uerent beatitudinis gloriam humanas merces accendere  
 ut ait Isidorus. lib. differentiarum c. 112 §. 2

Deinde consideranda sunt contenta in novo testamento contenta in no-  
vo testamento  
 quae ad ecclesiae institutionem et constructionem ordinant ordinant ad ins-  
titutionem ecclesiae  
 Evangelium Christi, in quo, tum vita, et actiones ipsius des-

exhibere, tum salutaris doctrina proprio eius ore promul-  
gata, qui totius ecclesie caput est explicantur, et doctri-  
na Apostolorum, qui diuino spiritu afflata ecclesie in Ch-  
risto fundatae edificium consummarunt, Christus enim  
ecclesie sue dedit Apostolos ad eam regendam. et Prophe-  
tae <sup>qui</sup> futurae praedixerunt, euangelista <sup>qui</sup> euangelium scrip-  
serunt. et pastores et doctores <sup>qui</sup> curam animarum, et mo-  
rum infirmitatem susceperunt.

euangelij appella-  
tiones uariae Consideranda praeterea sunt diuersae et uariae appella-  
tiones euangelij, quae dicit uerbum fidei Roman. 10. seu  
quod idem sonat praedicationis ueritatis. et uita Ioannis 10.  
uirtus dei ad salutem omni credenti. Rom. 1. scientia  
salutis Luc. 1. caelestis epistola doctri Michael Me-  
dina de reuera in deum fide lib. 3. c. 9, doctrina Christi-  
ana. Matthaei. 4. et 9. Marc. 1. Luc. 4. et 6.

Precepta, testimonia,  
et mandata. Attendenda autem sunt in omni euangeliorum dis-  
cussu ad ueram eorum notitiam habendam. precepta  
in quibus consistit iustitia, mandata in quibus consistit  
charitas, testimonia in quibus consistit fides, exempla  
in quibus consistit perfectio. et in praedictis omnibus atte-  
dit uerus serpens, quae Matthaeus Christum a lege remissum  
esse docet, Marcus Regem omnium, et dominum tra-  
dit, Lucas saluatorem omnium describit, Ioannes fili-  
um dei esse attestat.

promissa in eu-  
gelio.

Promissa deinde in toto euangelio pensanda sunt ex  
Christo in euangelium Matthaei in principio. et c.  
4. Simil. 3. nunciat enim, et omnibus uere credenti-  
bus

bis certissimis verbo promittit duo decim scilicet poena  
nam sublationem, veniam peccatorum, sanctificationem  
et Iustitiam adaptionem futuram Redemptionem  
omnium, hereditatem celorum, fraternitatem cum  
filio dei, paternitatem dei, Resurrectionem mortuorum  
immortalitatem vitę, Societatem angelorum, &  
possessionem glorie.

Typi et figura euangelistarum in euangelio secundum  
testamento animadvertendę sunt nam dicunt euange  
lista, quadriga domini, Cherubim. (quod interpretatur  
scientia plenitudo & corpus plenum oculis) Hieronimus  
ad Paulin. de diuinę et sacre scriptura libris) figurat  
tur uero p 4<sup>os</sup> illis celebres in lege Moysen Aaronem  
Nadab, et Abiu. ut dicit Augustinus. quę st. sup exodus  
c. 102. Per mensas de quadris lapidib; ad sacrificium  
et S. L. caustum extructas. Ezechiel. ii. Per uirtutes car  
dinales, Theologales etiam cum gratia, quę in hoc altissimi  
Sane 4<sup>os</sup> fluminib; terrestris paradysi q; irrigant uni  
uersam terram ecclesie. Per uirtutes quęq; et dona p  
Beatitudines & fructus p̄ficiētes animam. Per ani  
malia quę apparuerunt Ezechiel. c. 1. et Joanni Apoc.  
& nempe. Somo qui Mattheum significat de humani  
tate Christi et eius natiuitate tractantem, ubi liber ge  
nerationis Iesu Christi etc. Leo qui marcum de resur  
rectione agentem monstrat, et sacerdotium Christi indi  
cat, quę et erim uox Leonis clamantis in deserto parate  
uiam

typi et figura  
euangelistarum

Viam domini etc. Vitulus qui lucam a Zabdaria sa-  
cerdote exordientem, et de regno Christi agentem de-  
clarat) Aquila, Joannem volantem ad Christi divinitatem

harmonia et con-  
sensus euangeli-  
stiarum

~ Notanda etiam est armonia et consensus euangeli-  
stiarum, nam discrepant nonnunquam, Verbis temporibus  
locis, miraculis recensendis, rebus etiam alijs minutis  
lib; que variis narrant, ne videantur, vel ad decipien-  
dum communi consilio fuisse congregatos, vel extrema-  
na conspiratione euangelium condidisse; omnes tamen  
unum Christum patefaciunt, ut armat Cyrillus in  
euangelium Joannis lib. 12. c. 35. ) conveniunt circa  
dogmata fidei Christiane, scilicet q, deus factus sit homo  
q, miracula sit operatus, q, crucifixus, q, sepultus, q, re-  
surrexit, q, ascenderit in coelum, q, iudicaturus sit, q, sa-  
lutaria precepta dederit, q, non contrariam legem intu-  
lerit prioris, q, filius dei sit, q, Unigenitus sit, q, eiusdem es-  
sentiæ cum patre sit substantia. Chrysosthom. Som. 1. in  
Matth.

causa scribendi  
euangelium

Causae similiter ob quas euangelium fuerit literis man-  
datum inspicierent sunt, nam euangelij scribendi causa  
fuit, ut Omnes crederent Iesum Christum esse filium dei  
Hilarij. lib. 6. de trinit; et sicut necesse fuit ad con-  
firmationem fidei euangelium predicari, sic contrahere  
vel scribi. idem prologo in Mattheum.

Virtus euange-  
lij

Virtus euangelij insup intuenda ex Hieron. lib. 1. in  
epist. ad galat, qz non in verbis scripturam, sed in sensu, non  
insup facie, sed in medulla, neqz in sermonum folijs, sed in  
ra

radice rationis consistere certum est ~ 11 ~

Posterea definitiones euangelij animaduertende  
 sunt. Largo enim quodam modo, quod deoq; nuncius  
 dici potest euangelium. ut dicit Aug. contra Faustos  
 lib. 2. c. 2. qua ratione non dubitauit Origenes affir-  
 mare, aliquo modo euangelium esse quod Apostoli scrip-  
 serunt, cum ad euangelista munus attineat adhorta-  
 toria etiam ratione fidem, his quae de Iesu tradita sunt ac-  
 quirere. Origen. in p[re]fat. ad euangelium Joannis. pro-  
 prie tamen hoc uocabulum obtinuit annuntiatio salua-  
 toris. August. lib. 2. c. 5. Faust. c. 2. et h[uius] modo narra-  
 tores originis dictorum factorum. Passorumq; domini  
 nostri Iesu Christi quae dicta sunt euangelista. August.  
 ibidem. Aliam assignat Driedo definitionem. lib. 2.  
 c. 3. dicendo euangelium est bonae reuincium a Christo  
 manifestatum, in scripturis legis, et prophetarum declara-  
 tum; unde dicit euangelium pacis, euangelium regni coe-  
 lorum, euangelium salutis aeternae, euangelium gratiae  
 dei, euangelium gratiae et misericordiae, euangelium  
 magni gaudij.

definitiones euangelij.

§. 3.

Clauis Insuper seu Regulae ad totius sacrae scripturae in-  
 telligentiam (de quibus iam etiam supra diximus) omni-  
 no notandae iterum et proponendae ante oculos sunt ex  
 Isidoro lib. de summo bono. et Lyranis in prologo sup. Pen-  
 tateuco, et Arceuino 4. p. tit. 11. c. 2. Prima enim  
 Regula seu clauis sapientiae de domino Iesu Christo et e-  
 ius corpore mystico, quod est ecclesia <sup>qua</sup> potest sacra scriptu-  
 ra

Clauis septem-  
 seu regulae expo-  
 nendi euangelij  
 et sacram scrip-  
 turam. ~ 11 ~

de his regulis iam  
diximus aliter  
supra cap. 1. §. 6

ra intelligi, quia per connexionem capitis ad corpus sub  
uno contextu, quasi sub eadem persona, aliquando lo-  
quitur de uno transiens ad alium. N. g. Isai. 61. induit  
me vestimento salutis, et indumento iustitiae circunde  
dierne quasi sponsam decoratum corona, et quasi sponsam  
ornatam monilibus suis; quod deum dicit quasi sponsam  
loquitur de Christo, et quod sequitur quasi sponsam ornatas  
monilibus suis intelligit de ecclesia.

2<sup>a</sup> Regula est de corpore mystico uero, et simulato  
ecclesia enim est sagena mundum tradita ad Littus con-  
tinens pisces bonos et malos permixtos, sed separandos  
ab invicem in fine mundi, ut parabolice dicit Matth. 13.  
ides in sacra scriptura mali commendantur bonis quibus  
sunt mixti, Osee 11, quia puer Israel et dilexi eum, et  
conuertit aliquando bovis vituperantur uermis, sicut  
Isai. 1. cognouit bos possessorem suum, et asinus praese-  
pe domini sui, Israel autem non cognouit me; aliquid  
in eodem contextu exprimitur quod ad bonos pertineat  
et quod ad malos, sicut cant. 1. Nigra sum sed forma  
sa sicut tabernacula cedar, sicut pelles Sabmonis, ver-  
ba sunt sponsae ecclesiae, quae ratione malorum dicitur  
nigra, et ratione bonorum formosa; et quod subditur  
pro exempli (sicut tabernacula cedar, refert ad ma-  
los, ex cedra enim descenderunt Sarraceni nigritatis  
quod addit, sicut pelles Sabmonis, applicat ad bonas,  
Sabmon enim sic deum significat.

3<sup>a</sup> Regula est de spiritu et littera secundum quod accipit

est  
Jacob

et sub eadem littera sensus Historicus et mysticus, quae  
 ritas Scripturae est tenenda, et ad spirituales sensum re-  
 ferenda, sicut Apostolus ad galatas. 4. loquens dicit is  
 qui secundum carnem natus est. i. <sup>Ismael</sup> ~~Isaac~~ persequatur  
 eum, qui secundum spiritum natus est. i. <sup>Isaac</sup> ~~Isaac~~ trahē-  
 do eum, et alliciendo ad malum; et figurat spiritualiter  
 malos in ecclesia persequi bonos, saltem moribus pravis.  
 potest etiam aliter exponi dicta regula, ut referatur  
 utrumque ad sensum literalem tantum, qui quandoque du-  
 plex est; sicut illud quod dominus dicit. 1. paralyt. 17.  
 ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium; hoc  
 intelligit secundum litteram de Salomone et de Christo  
 sed prout intelligit de Christo potest esse sensus spiritua-  
 lis secundum quod, in quantum Christus fuit figuratus  
 in Salomone.

4. Regula est de specie et genere, seu de parte et to-  
 to, cum de uno transit ad aliud, sicut Isai. 13. cap. prim.  
 loquitur contra Babylonem specialiter, cum dicit onus  
 Babylonis. i. flagellum et malum inducendum supra  
 Ierusalem civitatem, et transit ad intelligendum verbum de  
 toto mundo generaliter, per hoc quod subdit, a sumi-  
 tate caeli dominus, et vasa furoris eius, ut disperdat o-  
 mnem terram. Postea revertit ad loquendum de ci-  
 vitate illa Babylonis, specialiter cum dicit, ego suscita-  
 bo super vos Medos, qui argentum non querrant, quia scilicet  
 Darius medus cum nepote suo Cyro Babylonem cepit. et  
 interfecit Balchasarem regem eius. Daniel. 5.

5.

5. Regula est de temporibus, quae contingit quadru-  
pliciter, uno modo per synecdochen, quando ponitur pars  
temporis pro toto, sicut in euangelio, cum Christus di-  
xit fuisse in sepulchro tribus diebus, et tamen prima  
dies & ultima non fuerunt impletae: Secundo modo  
propter minutias temporis, quae aliquando computantur,  
aliquando omittuntur; et secundum scripturam loquen-  
tem de aliquo numero annorum ponit plures annos, <sup>et</sup> in uno  
praedictas minutias computans, alio loco pauciores praedictas  
minutias omittendo. Tertio modo contingit eo  
quod computatio annorum incipit in uno loco scripturae  
a priori tempore, & in alio loco a posteriore, sicut gen.  
15. dictum est Abrahae Semen tuum peregrinum est fu-  
turum quadringentis annis. et exodi. 12. dicitur quod ma-  
iorem filiorum israel in egypto fuit per 430 annos, quod co-  
putatio maioris numeri incipit a tempore  
quo dictum est Abrahae genes. 12. egredere de terra tua,  
computatio vero minoris temporis incipit a natiuitate  
isaac, quae fuit triginta annis post egressum Abrahae  
de Haran: Quarto modo contingit eo quod scriptura loquitur  
de futuro pro modo praeteriti, ut illud isaie 9. parvulus  
natus est nobis, et hoc est ad denotandum certitudi-  
nem prophetiae, cuius eventus de futuro est ita certus, sicut  
si iam praeterisset propter certitudinem divinae praescien-  
tiae, ex qua fit revelatio prophetis; sed adverte quod praedictus  
modus loquendi habet locum in prophetia praedestinationis  
seu praescientiae, non vero in prophetia commi-  
na:



188

nationis, quae frequenter mutatur, ut patet in exemplis Eze-  
chie, cui dicitur fuit, dispone domuitus, quoniam morieris tu, et  
non uives usai. 33. Et Item in iunctis ut patet ex  
propheta Iona.

6.<sup>a</sup> Regula est de Recapitulatione & Anticipatione,  
in sacra enim scriptura non semper eo dem ordine gesta et  
facta scribuntur, quae fiunt: et ides quando preponuntur  
posteriora dicitur anticipatio, quando uero fit e conuerso  
seu priora postponuntur dicitur recapitulatio; sicut in genesi  
13. dicitur (ab his diuisa sunt in sub gentium in regionibus  
suis, unusquisque secundum linguam suam, et postea. c.  
11. dicitur erat autem terra abijunctus, et sermonum eo-  
rum idem; ex quo patet quod illud, quod dicitur in. c. 10. de di-  
uisione linguarum dicitur per anticipationem: Similiter  
gen. 2. postquam moyses descripsit creationem coeli et  
terrae, et orationem eorum dicitur, ubi sunt generationes  
coeli et terra, quod est per recapitulationem.

7.<sup>a</sup> Regula est de demone et eius corpore, quae dicitur,  
beatus Gregorius in homelijs certe omnium malorum  
Somnium capite diabolus est; et omnes iniqui membra  
eius, et ides propter connexionem capitis ad membra, scrip-  
tura loquens de uno, in eodem conceptu transit ad loque-  
ndum de altero, sicut usai. 14. c. loquens de Rege Babylo-  
nis. Scilicet Nabucodonosor, qui erat diaboli membrum  
transit ad loquendum de Principe demonum, cum ait qui  
modo cecidisti de coelo lucifer, qui mane oriebaris. et Eze-  
chiel loquens de Principe Tyri quodam Tyrano malo tra-  
sit

ut ad loquendum de diabolo cum dicit, tu signaculum  
similitudinis plenus sapientia et deore ~ 112 §. 4

continuatio alto  
rum apostolicorum  
cum euangelio

Consideranda est etiam continuatio actuum Apostolorum,  
cum euangelio. Liber enim actuum continet man-  
datum illud, quod a magistro suo Christo, Marci ultimè  
acceperunt Apostoli, cum dixit dominus; Euntes in mu-  
dum uniuersum predicare euangelium omni creature;  
ut enim in ipso euangelij volumine modus descriptio  
que lex noua a Christo lata est, atque edita; ita in hoc libro  
promulgationis ostendit ratio, que eodem spiritu sancto  
auctore, minuter uero Apostolorum uniuerso mun-  
do publicata fuit. glossa Lyra in principio super euange-  
lia. et ibi doctores latissime hoc explanant, et disserunt.

finis epistolarum  
Pauli.

Considerandus similiter est finis ob quem Paulus quat-  
tuordecim scripsit epistolas. scilicet <sup>ut</sup> omnes Christi doctrine  
obediunt, et per hoc uitam consequantur æternam, qui etiã  
cognitionis euangelij finis est, cuius notitia hominem per-  
figit. Ioannis. 1. 9; et ut notha atque adulterina a no-  
bis dogmata amoueamus; Quæ uis ac germanis doctrinis  
ecclesiæ sanctæ ad bene beateque uiuendum nos muniam,  
et 3<sup>o</sup> ut habeamus perpetuos ueræ doctrinæ fontes manan-  
tes ad animæ nostræ sitim satiandam.

ordo temporis ea-  
rum.

Animaduertendus præterea est ordo temporis episto-  
larum. d. Pauli, quas ex diuersis locis ad diuersos scri-  
psit. Primã ad Thessalonicenses ex Athenis; secundã  
ad Thessalonicenses ab Athenis non multo post missã.  
primas

16 Primam ad corinthios ex ephesso. 2<sup>a</sup> ad corinthios ex Th  
 roade: Primam ad Thimothaeum ex Laodicea: unica  
 ad Titum ex Nicopoli statim post superiorem: unicam  
 ad Romanos ex Corinthis in Acaja: unicam ad gala  
 tas ex ephesso. quas omnes scripsit prius q<sup>3</sup> Romam vin  
 tus duceret: ex Roma autem scripsit unam epistolas  
 ad Philippenses, alteram ad Philemonem, alteram ad  
 ephessios, alteram ad Colossenses, quas ibi vinculis, uno  
 tabellariis misit. illam autem que ad hebreos appel  
 lat ex Roma a primis vinculis solutus scripsit; que  
 uero ad Thimothaeum secunda dicit in fine dierum a  
 Paulo scripta est, cum iam secundo a Nerone in vinculis  
 teneret. Has omnes epistolas sancti patres eo ordine  
 quo sunt in biblia collocarunt, quod non est mirandum  
 si prophetarum ordinem alteridis, qui non secundum te  
 pora succedunt, ut aduertit Chrysostomus in prefatione  
 epistola ad Romanos, attente tamen ordine uidebis,  
 primo eas, que ad fidem, secundo que ad opera pertinent  
 collocari: quibus etiam addunt epistolas sanctorum.  
 Jacobi de substantia aduersitatis; Petri de amore  
 superna et diuinae charitatis; Ioannis de fuga carna  
 lis uoluptatis; Iuda de deletione peccatorum, et super  
 na scriptura, gra queq; et uirtute bonorum operum.  
 Deinde notanda est continuatio epistolarum nam pri  
 mo dicenda erant, que in actus Apostolorum generaliter  
 ad omnes pertinebant, deinde singula, que ad aliquos  
 spe

*[Faint bleed-through text from the reverse side of the page]*

continuatio epis  
 tolarum cum ac  
 tis apostolicis ~

continuatō Apo- Deinde notanda est continuatō Apocalypsis cum epis-  
calypsis cum epis- tis, qz ut veteris instrumenti libri in scripta diuiduntur  
tōlis.

diuisio correspon- Deinde notanda est continuatō Apocalypsis cum epis-  
sua librorum no- tis, qz ut veteris instrumenti libri in scripta diuiduntur  
ui testamenti ad- Legalia, Historialia, sapientialia, et prophetica; ita  
ueteres

Historialium, sapi- ~~ualium, primis, qui unius solo~~ ~~Secundum legalium, in qui-~~  
entialem, et prophie- bus de fundamentis religionis Christiana, et Christi-  
talem. Legales sunt eius capite agitur. Mattheus enim qui nomine publica  
in quibus etc. ruc, leui quoq; et Apostolus dicitur est euangelium he-  
Sibi legales no- braico sermone Hierosolimis ob eorum maxime causā,  
ui testamenti qui in Iesum crediderant ex Iudæis, Iacobo fratre do-  
mini Hierosolimonum episcopo interpretante, erudit  
et temporalem Christianitatem per 23. capitula  
tat )

Lucas  
Marcus qui Roma ab Apostolo Petro predicatum euā-  
gelium conscripsit non uicit saluatorem, eum tamen  
Alexandria, in egypto quoq; Pentapoli, et Libya p̄  
dicauit et de Resurrectione domini, et eius fortitudine  
p̄ 16. capita distinxit.

Lucas qui predicantem Paulum audiuit, cuius etiam  
fuit discipulus et insignis medicus, euangelium lue  
rus mandavit; ubi specialiter de sacerdotio, passione  
et morte domini per 24. capita disputat.

Joannes qui ephessi apud Gaium exsistens inducto prius  
fratribus ieiunio divinitatem salvatoris per euangelium  
aperuit et Assianis eum gentibus per 21. capita <sup>pacifacit</sup> . . . §. 9

Sibri Historiales unicus altorum Apostolorum volu  
mine continent; In quo agit de initijs nascentis ecclesie,  
predicationem quoque euangelij per universum orbem  
bitum, et fructum eiusdem predicationis narrat a pu  
cipio usque ad caput. 11. 1. agit etiam de privilegijs et of  
ficijs hominis Christiani. c. 11 et 12. 1. de conversio  
ne gentium a cap. 12 usque in finem 1. de persecutio  
nibus ecclesie catholice et triumphus per totum discursu  
sum libri, ubi admirabilis Christi servatoris ascensio;  
matthieque in locum Iudae electio; spiritus sancti visibilis  
in discipulos Christi missio; Pauli conversio peregrina  
tio et pressura usque ad biennium incolatus eius in Ro  
mana urbe. Huius auctor est sanctus Lucas, et predic  
ta omnia a Beato Paulo accepit, sicuti et euangelium  
narratque res gestas Apostolorum per 28. capita.

Sibri Historiales  
novi testamenti

Sapientiales libri qui de doctrina et progressu fi  
dei catholice agunt secantur in epistolas Pauli, scilicet  
ad Romanos in qua eos reuocat ab erroribus gentium  
et

Sibri sapientia  
les.

et a caeremonijs legis, diuersitatemq; Iustitiae exope-  
ribus legis ab ea quae est ex fide ostendit, et ueram ac  
catholicam fidem docet per cap. 26. ¶  
eiusdem Pauli ad Corinthios primam ubi ad charita-  
tem, et unitatem hortat, uaria fidei dogmata tradit  
et correctionem morum intendens mores Corinthiorum  
reprehendit, uita cauere docet, et de usu et institu-  
tione Eucharistiae disserit. per cap. 16. ¶  
eiusdem ad Corinthios secundam, in qua Corinthios  
ad poenitentiam conuersos, et emendatos consolatur  
et laudat; agitq; de fructibus poenitentiae per. 13. cap.  
eiusdem ad galatas in qua de refectione falsa doctrinae  
agit, et galatas qui per pseudo apostolos abducti fuerant  
a fide, ut autem deus legem, et circumcisionem amplec-  
terent, reuocat ad ueram fidem per. cap. 6. ¶  
Eiusdem ad Philippenses de fugienda primatus ambi-  
tione, et Sumilitatis studio amplectendo, ubi simpli-  
ciores ad Constantiam in perferendis persecutionibus  
unitatem fidei, Sumilitatem ueram, timorem dei, pa-  
tientiam sectandam hortat, et ut sibi caueant a pseu-  
do apostolis premonet per. cap. 4. ¶  
Eiusdem ad Colossenses de Recta ad Deum uia per  
fidei ueritatem et amorem Christi, eiusq; doctrinam  
et Suminis Christiani officia hortat per. cap. 4.  
eiusdem Primam ad Thessalonicenses de Sabenda  
patientia

tientia in aduersus, gratias agit deo pro fructibus fidei in  
eis, consolatur se et illos, q. bonum alijs credentibus, prebeat  
exemplum virtutum; Regulas varias tradit, ut erran-  
tes corrigat, per cap. 5. //

eiusdem ad Thessalonicenses secundam de nouissimis  
temporibus in ea charitatem eorum, et fidem comendat  
premonuit a timore iudicij, et fallacis Anti Christi  
traditiones et precepta, que illis tradiderat seruare sua  
de per cap. 3.

eiusdem Primam ad Thimotheum de officio episcopi,  
seu ecclesiastica disciplina, in ea docet quales de-  
beant esse episcopi, et alij ministri ecclesie; Sortaturq.  
ad uirtutes, amplectendas et seruandas, per cap. 6.

eiusdem secundam ad Thimotheum in qua eum  
in sui locum substituit et instruit sortans eum ad mar-  
tyrium, et informans de veritate catholica, de no-  
uissimis temporibus, et passionibus suis per cap. 4.

eiusdem ad Titum de honestate et uita clericorum  
instruit eum ubi quales debeat ordinare episcopos, Pres-  
biteros et diaconos; pseudo Christianos et hereticos  
uitandos esse ubi scribit per cap. 3.

eiusdem ad Philemonem de poenitentibus in gratiam  
recipiendis, in qua fidem et charitatem Philemonis in  
sanctis collaudat, et ut indulgeat Onesimo seruo pro-  
cat. per cap. 1.

eiusdem Pauli ad Hebreros de euangelio et fide Christi-  
na

na iura legis antiqua cultum et obseruantiam  
in ea defectum et euacuationem veteris legis et perfecti  
onem nouae legis ostendit; et q. Christus uerus deus et  
Somo sit; et dei ac hominum mediator p. cap. 13.

Jacobi epistolam de fidei fructibus, et hominis est  
itiam operibus, suadet patientiam deum non esse p  
sonarium acceptorem docet; exaltat opera sine quibus  
fidem mortuam esse dicit. malaq. exiuitis linguae pro  
uenientia aperit; bella et controuersias reprehendit,  
et ad omnes sortat uirtutes, iuramenta esse uitan  
da, infirmos a presbiteris ungendos, peccata inuicem  
confitenda, et orationis efficaciam tradit per cap. 5.

Petri Primam de nouo induendo Somine, et de  
reformandis in ecclesiis moribus, agit ibi gratias deo q. q.  
p. passionem filij sui saluum fecit humanum genus  
et ad Christi imitationem instruit per cap. 5.

Petri secundam in qua de futura rerum mutatio  
ne disserit, fidem laudat, Secretius et eorum falsita  
tes damnat, et secundum Christi domini aduentum  
describit per cap. 3.

Ioannis Primam de Virtutibus theologicis fide spe et  
Charitate, ibi deum esse Charitatem, et Christum ad  
uocatum nostrum manifestat, amorem mundi dissua  
det, et ad dilectionem dei, et proximi inducit p. cap. 5.

Ioannis secundam de perfectione fidei, qua consistit  
in charitate, in ea electam, et filios eius commendat, et  
fra



fraternam ebaritatemhortat. hereticus etiam deuita  
re admonet per cap. 5.

Joannis tertiam de veris dei filiis, quales solum sunt  
illj, qui bene operant, seu de hospitalitate; pietatem et  
charitatem Gaij laudat; Diotrophem impietatis argu  
it ac Demetrius bonum testimonium perhibet per. c. 1.

Juda. In qua de fide cum charitate coniuncta trac  
tat; impius et hereticus damnat, eorum mores et vi  
tam describit, et uarijs rebus eos comparat; sanam  
doctrinam comendat; et fidem semel susceptam, et  
dilectionem dei seruare admonet; et iudicium ad impi  
pijs imminere tradit per cap. 1.

§ 11

Libri prophetales in quibus status Ecclesie  
militantis et triumphantis <sup>uoluntate</sup> prae dicitur uenit ~~liber~~ Apoca  
lypsus Joannis continet per septem uisiones; Prima  
habet septem epistolas, in quibus plenissime tradit quod  
quid ad uerissimum pertinet Christianismum, a prin  
cipio libri usq; ad caput 4. ) Secunda <sup>est</sup> in qua sigillo  
rum mysteria a cap. 4. usq; ad 8. per uarias eorum ex  
plicationes tradunt ) 3. quae habet septem angelos  
tuba canentes a cap. 8. usq; ad. 12 ) 4. de muliere  
amicta sole, draconeq; mulierem insequente, ac de  
ore flumen aquarum (post fugientem in desertum  
locum) mittente, ubiq; de bestijs e mari terraq; ascen  
dentib; a cap. 12 usq; ad. 15. ) Quinta de effusione sep  
tem ~~Psalorum~~ iracundae dei uicentis. Maniq; vitres  
igne

Libri prophetales  
nouj testamenti.

igne mixto; de his etiam qui uicerunt bestiam et es-  
sum letitia cantantium carmen letitiae agni a .c. 15. us-  
q. ad .17. 1. 6. in qua describitur Babylon, et agitur tu-  
de illius, tum de bestiarum, draconisq. condemnatio-  
ne, ac de terrore eorum, qui perierunt, et consolatio-  
ne eorum, qui saluifuerunt. a cap. 17. usq. ad .21. 7  
que est de sabbato, et gloria, quam electi habebunt sub  
sub illud tempus, et in seculis futuro, a cap. 21. usq. ad  
finem totius libri Apocalypsis.

Tam ergo hac generali diuisione prelibata ad singulas  
~~librorum~~ librorum species noui testamenti specialius acce-  
damus. euangelium autem iuxta primam diuisio-  
nem in principio huius uoluminis factam est septima  
pars sacre scripturae scilicet testimonialis; et iuxta secun-  
dam diuisionem est <sup>prima</sup> legalis <sup>liber</sup> correspondens ut dictum est  
legalis, liber ueteris testamenti.

~~Hec igitur tam principalem partem euangelicam incipit a~~  
~~Matthaeo.~~ <sup>cap. 20</sup> De diuisione euangelij secundum

Matthaeum

Hanc igitur tam principalem partem legalem et testi-  
monialem incipit Matthaeus, et probat hominem  
Iesum Mexiam fuisse, et Christum in scripturis promissum,  
et hoc sibi maxime congruebat, quod scribebat in hebrai-  
co, et fratribus Iudeis conuersis ad Christum, intendit  
ergo probare minorem unius syllabus in ac si ita uellet  
arguere, ille homo in quem concordant uoces omnium  
pro

et prima legalis  
in instrumentis

prophetarum quantum ad omnia, quae prophetae sunt,  
 de illo, qui futurus erat <sup>est, messias</sup> messias et Christus, <sup>illud quod</sup>  
 Soma <sup>quae de Christo sunt</sup> vere fuit non enim est possibile, q. omnia concurrat  
 in aliquam personam, ~~quae de Christo~~ quin illa persona  
 sit Christus, quamvis enim duae, uel tres conditiones pro  
 ductae in prophetis, possent aliam alteri personae conueni  
 re, non tamen omnes, alioquin uane et absq. ulla uti  
 litate reuelatis prophetica processisset in nullo enim  
 nos in eis duxisset ad Christum, sed potius errandi ma  
 teriam praebisset, ppter quod saluator dicebat, q. necesse  
 est impleri omnia, quae scripta sunt in lege, prophetis  
 et psalmis de me, et alibi, quomodo ergo implebunt  
 scripturae? et Paulus ad rom. 13. dicit, q. qui habitabat  
 Hierusalem, et Principes eius ignorantes uoces propheta  
 tarum, quae per omne sabbatum legunt cum consumas  
 sent omnia, quae de illo scripta erant posuerunt ipsorum  
 in monumentis; ex quibus patet q. ille uere debuit di  
 ci Christus in quem consonant uoces omnium propheta  
 rum, Sed modo sic est q. in illum sacrum hominem  
 qui dicitur est Iesus, concordauerunt uoces omnium  
 prophetarum, quantum ad conuersum omnium conditio  
 num, quas de Christo praedixerant, fuit ergo Soma ille  
 Christus. Hanc ergo minorem probare intendit e  
 uangelista Mattheus, quantum ad viginti duas con  
 ditiones in genere, quas de futuro Christo praedixerunt  
 prophetae; et secundum hoc euangelium Matthei diui  
 dit in .22. partes principales.

ex. 22. conditio  
 nibus seu p. p. ta  
 tibus praedictis a  
 prophetis concludit  
 Mattheus. illud  
 Sominem qui dice  
 bat Iesus fuisse  
 messiam et Chris  
 tum in lege pro  
 missum.

Prima

1. conditio

Prima namque conditio, quam predicauerunt prophetae de Christo fuit dauidica et regia propagatio, predicauerunt enim, quod propagaretur ex semine dauid, et ex radice Jesse; et sequitur Radix Jesse qui stat in signum pro pulchrum, ipsum gentes deprecabunt. Hierem. u. c. 33 ecce dies veniunt dicit dominus, et suscitabo dauid germen iustum; et regnabit Rex, et sapiens erit. et Ezechiel c. 27 ecce ego assumam filios Israel de medio nationum, et erunt mihi populus, et seruus meus dauid erit Rex super eos, et Princeps eorum in perpetuum; Amos in sup. cap. 9. in die illa suscitabo tabernaculum dauid, quod cecidit, et reedificabo: Aggeus autem loquitur ad Zorobabel. c. 2. ponam te quasi signaculum, quia te elegi: et Zacharias. c. 4. dicit de Zorobabele, qui de semine dauid descendet, qui educet lapidem primarium. i. Christum. Hanc igitur conditionem fuisse in illo sacro Somine qui dicitur est Iesus Mattheus testat in prima particula euangelij a principio, ubi incipit liber generationis Iesu Christi filij dauid, usque ibi. Christi generatio sic erat) et haec est prima particula primam conditionem declarans. §. 2

2. conditio

2. conditio praedicta per prophetas fuit Virginea gravidatio, partus, et gignitio; praedixit enim isaias quod Somus ille, qui erat futurus Christus nasceretur ex Virgine isai. 7. ecce Virgo concipiet, et pariet filium etc. et hanc conditionem probat de domino Iesu Mattheus a loco illo. (Christi autem generatio sic erat, ut

qz in finem primi capitis. et hoc est euangelij Mattheij  
 3<sup>a</sup>. conditio p<sup>r</sup>edicta a p<sup>r</sup>opheta fuit siderca appari-  
 tio et Regum directio, qui uenirent orto iam Christo ad  
 adorandum eum; de apparitione etenim stella p<sup>r</sup>edixe-  
 rat Balaam numer. 24. oriet stella ex Jacob. et de  
 Regum adoratione psalmista. Reges Tharsis et insula,  
 munera offerent, Reges arabum et Sabba etc. et de  
 utroq; Isai. c. 60. Surge Illuminare Hierusalem qz ue-  
 nit lumen tuum, sequit et ambulabunt gentes in lumi-  
 ne tuo, et Reges in splendore ortus tui; omnes de Sabba ue-  
 nient aurum. et thus deferentes: Sane autem conditio-  
 nem probat Mattheus fuisse in domino Jesu nato in Beth-  
 lehem a principio capitis secundi. Cum natus esset, usq;  
 circa medium capitis p<sup>r</sup>ofecti, quia cum recessissent, ecce ap-  
 paruit angelus domini in somnis Ioseph, et haec est parti-  
 cula tertia.

3<sup>a</sup> conditio

S. 4

4<sup>a</sup> uero conditio per prophetas p<sup>r</sup>edicta fuit Nazarea  
 ac florida nunciatio, Licet enim p<sup>r</sup>edixisset Miche-  
 as q; nasceret in Bethlehem Christus c. 5. et in Beth-  
 lehem effratus paruulus est in millibus Iuda, ex termi-  
 ni si egrediet, qui sit dominator in Israel; licet etiam  
 p<sup>r</sup>edixisset Hierem. c. 31. q; fugaret a terra Iuda per  
 interfecionem puerorum ubi ait. Vox in excelso au-  
 dita est lamentationis et luctus Rachel plorans filios  
 suos; licet etiam p<sup>r</sup>edixisset Osee q; fugeret in Egyptu  
 et inde reuocaret. c. 21. ubi ait. Puer Israel et dilexi-  
 eum, et ex Egypto uocaui filium meum; Nihilomi-  
 ng

4<sup>a</sup> conditio

nus prædixerant propheta, q. nec diceret Bethleemi-  
ta aut ephrataeus. sed nec Egypcius, sed potius Nazarenus  
Isai. 21. Nazarenus de radice eius ascendet. habet enim  
bebricus Nazareus, quod interpretat flos, siue floridus.  
Sanc ergo conditionem testat Mattheus fuisse in ho-  
mine illo, qui dicitur Jesus ab illis hebræis, qui cum rece-  
sissent usq. in finem capitis secundi, et est 4<sup>a</sup> particula  
euangelij sui.

5<sup>a</sup> conditio

5<sup>a</sup> conditio per prophetas prædicta fuit prima ac-  
clamatio: prædixerat namq. q. Christus haberet unum  
præcursum primum, et unum præcursorem; qui ipsum  
manifestaret mundo, et proclamaret; sic prædixerat  
Isai. c. 4. Vox clamantis in deserto parate uiam domi-  
ni. Et malachias. c. 3. ecce ego mitto angelum meum.  
Sanc ergo conditionem probat concurrisse in domino Je-  
su Mattheus. c. 3. per totum; quod incipit (In diebus  
illis uenit Ioannes Baptista) Et ibi continet quinta par-  
ticula.

6<sup>a</sup> conditio

6<sup>a</sup> conditio fuit angelica ministratio. prædixerat eni-  
m propheta in psalms. angelis enim suis deus manda-  
uit dicit ut custodiant te etc. in manibus portabunt te  
etc. Hanc ergo conditionem fuisse in isto homine decla-  
rat Mattheus; cuius occasione introducit Christum  
in deserto ieiunantem, et cum diabolo disceptantem,  
Et tandem Angelorum exercitum ministrantem; Et  
a Principio quarti capitis. (Tunc Jesus ductus est quæ-  
dam medietate, ubi concludit. et ecce angeli accesserunt et mi-  
nis

ministrabant ei: Et ibi ponit particula sexta §. 7<sup>a</sup> condi-  
 tio quam prędixerunt prophetae fuit primaria conuer-  
 satio; prędixerunt namq; q; homo ille qui esset Christus  
 conuersaretur primo in galilea; et ibi discipulos uocaret,  
 sic prędicit Isaias cap. 8. cum ait Signa testimonium  
 signa legem in discipulis meis, ecce ego et pueri mei, qui  
 dedit mihi dominus, et statim sequit. c. 9. Primo tem-  
 pore alleviata est terra Zabulon, et terra neptalim  
 uia maris trans Jordanem galilee gentium, populus qui  
 ambulabat in tenebris etc. Hanc ergo conditionem tes-  
 tat Mattheus in isto sermone, quid dicitur est Jesus conuer-  
 ritur a medio capitis. 4. ubi ait, cum autem audisset  
 Jesus, q; Ioannes traditus esset, secessit in galileam, us-  
 q; in finem quarti capitis; ubi et allegat illam prophie-  
 tiam; Terra Zabulon, et terra neptalim, etc. et in-  
 troducit uocatum petri et Andree, Jacobi, et Ioannis  
 et alleviationem, siue informationem primam totius  
 galilee, que facta est per dominum Iesum, et ibi septi-  
 ma particula continet. §. 8

7. conditio

8<sup>a</sup> conditio fuit authentica legislatio, et iustissima  
 ac uerissima explicatio preceptorum Iustitie, que in de-  
 calogo continet, quod enim Christus dum ueniret, debe-  
 ret docere perfectam iustitiam prędixerat isaias. c. 21.  
 ubi ait, erit Iustitia cingulum lumborum eius, et Ihe-  
 rem. 33. faciet iudicium, et iustitiam in terra, et osee  
 c. 10. tempus requirendi dominum, cum uenerit, qui do-  
 cebit uos iustitiam, seminate uobis in ueritate iustitia  
 Firmate uobis in uale, unde et samaritana Ioannes  
 †

8. conditio

4. immixta verbis prophetarum dicit, scis quomodo Mexi-  
as uenerit, ille nobis annuntiabit omnia; quero debe-  
ret decalogus immolari expresse Hieremias predixerat  
c. 31. cum ait. ecce dies ueniunt dicit dominus, et feriam  
domui israel, et domui Iuda foedus nouum, quod pe-  
pigi cum patribus uestris; constat autem quod facta pacti uerba  
uerus fuerunt decem uerba decalogi scripta in tabulis: sub-  
dit autem Hieremias, quod fuerit pactum, quod feriam cum  
domo israel, dabo legem in uisceribus eorum, et in corde  
eorum scribam eam. Sane ergo conditionem in nostro  
Somine, de quo loquimur Mattheus demonstrat per tria  
cap. a quinto capitulo usque ad 8. exclusiue; ubi continet  
et sermo domini Iesu in monte, et explicatio, atque immo-  
natio decalogi; et expositio consiliorum nouae legis, in  
quibus Iustitia perfecta consistit, unde et ibi dicit, nisi  
abundauerit Iustitia uestra plus quam scribarum et pharisae-  
orum non intrabitis regnum caelorum; et in fine con-  
ditio. quod admirabantur turbae super doctrina eius, erat enim  
docens eos sicut potestatem habens, et non sicut scribae  
eorum, et pharisaei. ex quo patet quod fuit in ea authenticas  
gis latio, ac potestatiua, et in his tribus capitulis octaua  
particula continet. §. 9

9. conditio

9. autem conditio praedicta (de Christo uenturo) per pro-  
phetas erat deifica operatio, et mirifica conuulsio mira-  
culorum; praedixerat namque isaias c. 35. ecce deus nos-  
ter ipse ueniet, et saluabit nos; tunc aperiuntur oculi ego-  
rum, et aures surdorum patebunt; tunc sabet si uicer-  
unt clauis, et aperta erit lingua mutuum, per quod de  
fig



196

Signat q, stupenda miracula facienda erant p illum, quies  
set uerus Christus. Sane ergo conditionem fuisse in  
illo Simone, de quo loquimur demonstrat Mattheus  
p 4<sup>o</sup> capita ab octauo usq, ad 12 exclusiue. In octauo  
nanq, et nono ostendit ipsum curasse subiectos lepra, fe  
brili, Paralyssi, et immundo spiritui sive dæmoni; osten  
dit ipsum precepisse uentis, mari et morti, et multiplex  
genus miraculorum fecisse. In decimo autem cap<sup>o</sup> osten  
dit ipsum non solum hanc potestatem habuisse in se, quod  
tamen esset magnum et mirabile, quinimo et illam  
pluribus communicasse, qz. duodecim Apostolos, quos et no  
minauit, et potestatem dedit eis, ut omnem languorem  
curarent, et spiritus immundos eicerent, ac eos desti  
nauit, sine inde, precepta et regulas eis dando; sicut  
patet in toto illo cap. 10. In 11. autem introducit Ioa  
nis discipulos interrogantes Iesum, Vtrum ipse esset Christus  
et ipsum dominum Iesum per istam conditionem prophe  
tiam Respondisse et dixisse, euntes renunciate Ioa  
ni que auditus et uisus, cæci uident, claudi ambulant, le  
prosi mundant, surdi audiunt, mortui resurgunt, pau  
peres euangelizant, ac si aperte argueret, uideceq, im  
concurrere nona conditio miraculorum scilicet deifica o  
peratio, quam predixerunt de uero Christo propheta, et  
ides statim Iesus in eodem cap. incipit exprobrare ciuita  
tibz, in quibz p ipsum facta erant uirtutes plurime, et ta  
men non crediderunt in eum; et sic in illis tribus capitibz  
nona particula continet. ~

§. 10.

10.

10. conditio

10. conditio prophetata de uero Christo erat, pacifica, et Sumillima conuersatio, prędixerat namq; isaï. cap. 42. ecce seruus meus suscipiam eum, dedi spiritum meum huic; iudicium gentibus proferet, non clamabit, nec accipiet personam; nec audiet uox eius foris, calamum quassatum non conteret, et lumen fumigans non exstinguet; in ueritate educet iudicium, non erit tristis, neq; turbulentus, donec ponat in terra iudicium; et legem eius insule expectabunt. Hanc igitur conditionem testatur fuisse in nostro Domine Iesu Mattheus cap. 12. p. totū ubi et allegat prophetiam prędictam, (ecce puer meus est) et prosequitur de conuersione pacifica, et Sumillima domini Iesu multa; et ubi particula decima continet.

11. conditio

11. uero conditio fuit parabolica eruditio, prędixerunt namq; propheta, qd Christus doceret in parabolis, ut aut nō intelligerent Iudęi. sic enim dixerat dauid, aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab insitiis; sic etiā isaïas. c. 6. auditus audietis, et non intelligetis, excipia cor populi sui; prędixerat etiam Hieremias. c. 9. qd Christus assimilaret se colono, et seminatrij, unde interrogabat, quare colonus futurus es in terra, et quasi uiator declinans ad manerendum. Hanc ergo conditionem conuincit in nostro Domine Mattheus contestatur cap. 13. p. totū ubi introducit Christum dicentem in parabolis, exijt qui seminat seminare semensuum etc; ubi etiam allegat aucthoritatem pręmissam; auditus audietis, et illam psalmistę, aperiam in parabolis os meum. etc.

12<sup>a</sup> conditio quam prædixerunt propheta de Christo uero  
 tuero, erat prouida et beneuola enutritio, qua deberet  
 populum beneuole, et prouidere, alere cibo, et nutrire.  
 prædixerat enim Ezechiel. 34. c. suscitabo super greges  
 pastorem unum, qui pascet eum, seruum in eum dauid  
 ipse pascet; et ipse erit eis in pastorem. Sanc ergo condi-  
 tionem testat matthæus in nostro Somine concurrisse  
 in 9. cap. per totum: ubi ostendit Christum secessisse in de-  
 sertum huius propter mortem, et deuotionem Ioan-  
 nis Baptiste, in quo quidem deserto miseratus est super tur-  
 bam; et paucos de quinq; paribus, et duobus piscibus  
 et ibi subiungit, q. tangebant fimbriam uestimenti eius  
 et sanabant omnes male habentes, eo modo quo oues  
 currebant ad pedes pastoris; in illis ergo capite, 12 par-  
 ticula illius euangelij continet §. 13

12. conditio

13<sup>a</sup> conditio prædicta per prophetas de uero Christo  
 fuit Hypochrismus et ceremoniarum omnimoda detes-  
 tatio, prædixerat enim isaias c. 11. non secundum ui-  
 sionem oculorum iudicabit, neq; secundum auditum  
 aurium arguet; sed iudicabit in Iustitia pauperes  
 et arguet in equitate pro mansuetis terra; sequit q.  
 Spiritu oris tui interficiet impium: et cap. 29 ait contra  
 Hypochrismus ex persona Christi, populus iste labijs me  
 honorat, cor autem eorum longe est a me, et timuerunt  
 me mandata hominum, et doctrinis. Sancigit condi-  
 tionem concurrisse in nostro Somine matthæus testatur,  
 c.

13. conditio

c. 15. per totum, ubi introducit Phariseos reprehenden-  
dentes Jesum, quia discipuli eius transgrediebantur traditi-  
ones seniorum non lotis manibus manducando. ubi et  
Respondens allegat prophetiam predictam dicens, Hypo-  
crite bene prophetavit de vobis isaias dicens, populus  
Sic labijs me honorat etc. Et ibidem subdit, triplex  
miraculum ad confirmationem predictae detestatio-  
nis Hypocritarum. in 16. autem cap. in principio  
applicat miraculum unum iam factum ad detesta-  
tionem Hypocritarum phariseorum, et saduceorum  
et sic decima tertia pars (in qua ista conditio probatur  
de Christo dicitur per caput. 15. et 16. usque ibi iuxta  
medium) Venit autem Iesus in partes Cæsaree Philippi.  
§. 14. <sup>a</sup> Conditio predicta per prophetas de  
vero Christo erat gemina colligatio, scilicet videli-  
cet duarum naturarum in una persona, dixerat ete-  
nim Isaias 9. c. quantum ad naturam humanam  
parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis; quoniam  
tamen vero ad naturam divinam dicit, et vocabitur admi-  
rabilis deus fortis. dixerat etiam Micheas. c. 5. quoniam  
tamen ad naturam humanam, et tu Bethlehem terra  
ephrata, ex te egredietur, qui sit dominator in israel,  
quantum vero ad naturam divinam subiunxerat, et  
egressus eius, a diebus heremitatus. et Isai. 48. an-  
tequam fierent ibi erant, quod dicit propter naturam  
divinam: Et nunc dominus meus misit me, et spiri-  
tus

14. conditio

tus eius, quod ad naturam humanam; & propheta in  
 psalmo cum dixisset, sedes tua deus in seculum sequi  
 subdit unxit te deus deus tuus; et infra, concupis-  
 cet Rex deorem tuam, qui est dominus deus tuus,  
 et universaliter tota scriptura prophetica contestat  
 illum hominem, qui esset Christus. Scire duplicem  
 naturam divinam scilicet et humanam. Sane ergo  
 conditionem testat Mattheus fuisse in nostro homine  
 a medio cap. 16. ubi ait Venit autem Iesus in par-  
 tes Cæsares Philippi. usque in finem capitis. 17. Primo  
 namque ostendit in eo fuisse naturam divinam <sup>testimo-</sup> ~~presente~~  
~~niunt~~ Petri dicens. Tu es Christus filius dei vivi. de-  
 inde vero naturam humanam, per revelationem passio-  
 nis futurae super eum, ait enim quod oportet filium homi-  
 nis multa pati, et occidi. Rursum naturam huma-  
 nam, in solutione decragmatis et tributi, et ita conti-  
 net ibi particula decima quarta euangelij: §. 15  
 15. Conditio predicta a prophetis fuit ecclesiasti-  
 ca dispositio, et hierarchica ordinatio unius novi-  
 regni. Predixerat namque esai. c. 9. multiplicabitur  
 eius imperium, et pax non erit finis; super solium da-  
 vid, et super regnum eius sedebit, ut confirmet illud,  
 et roboret illud in iudicio, a modo, et usque in semper-  
 num. Dixerat etiam daniel, quod suscitaret in Christo  
 unum novum regnum, quod destrueret omnia alia  
 Regna, quod esset regnum sanctorum, & regnum coe-

15. conditio

Ces

Lesse non terrenum, sicut patet Daniel. 7. et propheta  
omnes sunt plena, q. Christus debebat esse Rex. et  
monarcha cuiusdam spiritualis regni, non terreni.  
Sane ergo conditionem testat Mattheus fuisse in nos  
tro Somine p. tria cap. scilicet. 18. 19. et 20. ubi e-  
nim agit de regno celorum, quod est presentis te-  
poris ecclesia; ostendens q. dominus Iesus disposuit  
suum regnum opposito modo ad regnum terrenum  
Primo quidem in Similitate, in principio 18. cap. ubi  
quis putas maior est in regno celorum; Secundo vero  
in Charitate, et fraternitate in eodem cap. ubi ait:  
Si peccaverit in te frater tuus uade etc. Tertio  
in misericordia et pietate in eodem cap. ubi id est assi-  
mulatum est regnum celorum usq. in finem capituli.  
18. 4. in castitate matrimoniali. in principio 19.  
si licet homini dimittere uxorem suam. 5. in castita-  
te Virginali, et viduali. ubi. Sunt eunuchis etc. 6.  
in paupertate ubi. Tunc oblatis sunt ei paruuli, sequi-  
t. enim, si uis perfectus esse uade et uende etc. et  
ibidem subdit premium paupertatis. ubi. ecce nos re-  
liquimus omnia usq. in finem capituli. 19. 17. in pro-  
bitate et operositate in cap. 20. ubi agit de operarijs  
conductis pro denario diurno ad vineam patris fami-  
lias excolendam. 8. in concordia, pace et tranqui-  
litate, in eodem cap. 20. ubi ait. Et ascendens Iesus Hiero-  
solimam, ubi introducit decem Apostolos indignatos  
de

de duobus fratribus scilicet Iacobo et Joanne qz postulave-  
 rant qz unus sederet ad dexteram et alius ad sinistram in  
 Regno eius; quam indignationem et turbationem sedat  
 dicens eis: scitis qz Reges gentium dominant eorum et  
 Ultimo fundat regnum suum in precum et orationum  
 assiduitate intrudens duos egros clamantes ad Jesum, et  
 ostendit ipsum esse miserum eis. ex quibus patet qz hinc  
 iste instituit novum regnum spirituale omnino conditi-  
 onum oppositarum ad regnum terrenum, et spirituale.  
 In his ergo tribus capitibz decima quinta particula continet  
 nec.

§ 16

16. conditio predicta per prophetas erat pauper-  
 rima et Summissima exhibitio, quamvis enim prophetae  
 predixerunt qz Christus dominus esset imperator et Rex  
 ac monarcha, tamen praedixerunt qz esset Rex alterius mo-  
 di ab istis Regibus terrenis, dominabit enim a mari usqz  
 ad mare, et cum hoc tamen esset futurus pauper. Unde  
 ait Zacharias. c. 9. exulta satis filia syon, Tribula filia Hi-  
 erusalem, ecce Rex tuus venit tibi iustus, et saluator, ipse ga-  
 per, et ascendens sup asinam, et sup pullum filium asinae,  
 loquetur pacem gentibz, et potestas eius a mari usqz ad mare.  
 Hanc ergo conditionem Mattheus testat de nostro homi-  
 ne a principio cap. 21. Cum appropinquasset Jesus  
 Hierosolimam, et venisset Bethphage; ubi etiam allegat  
 predictam prophetiam usqz ubi mane autem revertens in  
 civitatem escripte in esdem cap. Sic pars. 16. a principio  
 cap. 21. usqz ad illam locum continet.

16. conditio

§ 17

17. conditio fuit Iudaica execratio. Predixerat enim isai.  
 c. 6. execra cor populi sui. et c. 23. proiecisti populum tu

17. conditio

tuum domine domum Jacob. Et cap. 29. claudet oculos vestros, prophetas et Principes vertos, qui uident uisiones operiet, et ibidem subdit, quod oculi eorum uidebunt, quod Iesus protulit ad principes sacerdotum: ego in Iudicium ueni in mundum, ut qui non uident uideant, et qui uident ceci fiant. Sane ergo conditionem testat Mattheus de hominibus nostris ab illo loco (mane autem recessens, in cap. 21. usque ad cap. 24. exclusive: ostendit enim, quod ad presentiam domini Iesu execrati sunt Iudaei, maxime sacerdotes, et seniores populi: Et primo sub figura cuiusdam ficulnae, quae non protulit fructum, quae arefacta est, illa autem significabat Iudaeos; secundo uero sub texture multiplici parabola, ubi. (et cum uenisset in templum, ponit enim primam parabolam de duobus filiis; secundam de agricolis, qui inces fecerunt heredem domini vineque; 3. de mercibus et inuitatis, qui fecerunt indigni. c. 23. simili factum est regnum caelorum: 3. ostendit eos execratos ex causa illa machinationis inique, ubi. Tunc abeuntes Barisei, mittunt discipulos suos cum Herodianis etc. 4. inquit contra eos predicando uerbum et maledictionem execrationis. in. c. 23. usque in finem, et sic in his tribus capitulis. Decima septima particula continet. §. 18

18. conditio

18. conditio predicta per prophetas de Christo est, quae esset in eo propheta, et reseratis omnium archanorum, et futurorum. Prædixerat enim Moyses. Deuter. 18. prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, et ibidem, prophetam de fratribus tuis, sicut me suscitabit dominus deus tuus, sicut petisti a domino deo tuo. Hanc ergo conditionem testat Mattheus fuisse in nostro homine. c. 24. et



et. 25. ubi ostendit qualiter dominus Iesus prophetavit de  
 destructione Hierusalem, & templi per Romanos fienda  
 sub Tito et Vespasiano; & de signis precedentibus diem iu-  
 dicitij, et hoc facit. c. 24. Deinde autem determinat mo-  
 dum, quo homines venient ad iudicium sub metaphora  
 quing. fatuarum, et quing. prudentium Virginum, &  
 sub metaphora diversorum servorum, qui acceperunt ta-  
 lenta varia ad lucrandum: deinde vero declarat qua-  
 liter pferet iudicium, ubi cum autem venerit filius ho-  
 minis, usq. in finem cap. 25. Et sic in illis duobus capitulis  
 decima octava particula continet.

§. 19

19. conditio

19. conditio predicta a prophetis de Christo fuit mirabilis  
 et insolita institutio cuiusdam novius sacrificij, et sacramen-  
 ti in pane, et in vino, predicterat enim de Christo psalmi-  
 ta et sacerdos in aethernum secundum ordinem Melchise-  
 decis, qui obtulit panem et vinum; sicut habet genes. 14  
 et Zachar. c. 9. dixerat de isto pane, et de isto vino, quod  
 bonum eius est, et pulchrum nisi frumentum electorum et  
 vinum germinans virgines? est enim hoc sacramentus  
 frumentum electorum, et vinum germinans castitatem.  
 Sane igitur conditorem Mattheus testat fuisse in nostro  
 sermine. a Principio capitis. 26. ubi agit de cena domini  
 usq. ubi. Et Hymnus dicitur exierunt in montem Oliveti,  
 ubi decima nona particula continet.

§. 20

20. conditio

20. conditio fuit q. in Christo venturo esset salutaris  
 seratus et amara passus, amara lingua, Respektus sui, sed  
 salutaris respectu nostri. Predicterat enim isaias. c. 53  
 sicut ovis ad occisionem ducet, propter scelus populi mei  
 per

percuti eum, et cum secleratis reputatus est, et pene omnia  
a Verba illius capitis sunt de passione Christi facturi. prę  
dixerat etiam. c. 15. corpus meum dedi percutientibus  
et gemas meas uellentibus, faciem meam non auerti ab  
increpantibus, et conspuentibus in me. dixerat etiam Za  
charias. c. 9. tu autem in sanguine testamenti tui emis  
sisti uinctus de lacu, in quo non erat aqua. dixerat simi  
lites Hieremias. c. 11. cogitauerunt super me consilia  
ducentes, mittamus lignum in panem eius, et eradamus  
eum de terra uiuentium; et Dauid foderunt manus  
meas, et diuiserunt sibi uestimenta mea; et Zacharias  
c. 12. aspiciant ad dominum, quem confixerunt, et  
plangent eum, quasi unigenitum. Hanc ergo conditionem  
quantum ad omnia prę dicta, et plura alia, que concur  
rerunt in passione Christi, et qua prę dicta erant, per  
omnes prophetas Mattheus in homine nostro manifestis  
sime concurrisse testat, ab illis Lucę et Symonis dicto  
in 26 cap<sup>e</sup> usque in finem; et in. c. 27. ubi Vigessima par  
ticula continet.

§. 21.

21. conditio

21. conditio prophetica de futuro Christo fuit q. esse  
in eo magna resurrectio, et triumphus de morte  
dixerat enim oseq. c. 16. uiuificabis nos post duas dies, et  
die tertia suscitabis nos; et. cap. 13. o mors ero mors tua  
morsus tuus ero inferne; et psalmista prę dixerat, ca  
ro mea requiescet in spe, quoniam non derelinques ani  
mam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uide  
re corruptionem; et innumerabilia alia dicta erant

17

de Resurrectione Christi futuri a mortuis. Hanc ergo condi-  
tionem testae fuisse in nostro Somine Mattheus in c. 23  
et ultimo usq; ibi (euntes ergo docete omnes gentes, et  
ibi vigesima prima particula continet. §. 22

22 et ultima conditio est multimoda conuocatio ge- . 22. conditio  
tium, praedixerant namq; propheta, q; ad Christum futuru  
aspicerent, intenderent, et conuenerent gentes de omni  
lingua, et de omni tribu: sic dixerat Jacob. gen. 49 ipse  
erit expectatio gentium; sic et Isaias. c. u. ipsae gentes de  
praecabunt; sic in cap. 20. et fluent ad eum omnes gentes  
et. cap. 49. deditis in lucem gentium, ut sis salus mea  
usq; ad extremum terra. et cap. 49. legem eius insulae  
expectabunt; sic Zacharias. c. 8. apprehenderunt homin<sup>es</sup>  
ex omnib; linguis gentium fimbrias viri iudgi. et Malach.  
c. 1. non est uoluntas mea in uobis ab ortu enim solis ad oc-  
cassum est nomen meum in gentib;. Hanc ergo conditio-  
nem per modum concludentis in fine euangelij sui in ul-  
tima particula Mattheus ostendit fuisse in nostro somine  
referens uerbum eiusdem dei Somini dicentis ad suos dis-  
cipulos, euntes ergo docete omnes gentes seruate omnia  
quae uinc; mandau. Bas;antes eos in nomine patris et  
filij et spiritus sancti, et ecce ego uobis uinc; sum usq; ad  
consumationem saecul;. et sic Mattheus fuit probata  
minore unica superius assumpta. ex quo patet, q; sic argu-  
ere intendit. In illo Somine quid dicitur est Iesus, testis  
sum ego, q; omnia concurrerunt, quae propheta dixerunt  
futura esse in uero Christo, siue quantum ad propagatio-  
nem dauidicam, siue quantum ad graudationem et gene-  
ra

rationem Virgineam; siue quantum ad apparitionem  
Sidream, et adorationem regiam; siue quantum ad no-  
minationem floridam et nazaream; siue quantum ad  
acclamationem primam Praecursoris; siue quantum ad ob-  
sequium angelicum. & ministratorem sedulam; siue qua-  
tum ad conversationem primariam in galilea, et in terra  
Zabulon, et neptalim; siue quantum ad expositionem  
Decalogi, et legis latorem authenticam et nouam; si-  
ue quantum ad operationem miraculorum et diuinam ex-  
panibus multiplicatis; siue quantum ad testificationem et  
detestationem ueridicam omnis Hypochrisus. et ceremoniarum.  
siue quantum ad colligationem geminam duarum  
naturarum diuinae scilicet et humane in uno homine; siue  
quantum ad dispositionem Hierarchicam noui regni eccle-  
siae; siue quantum ad ostentationem pauperissimam  
et sessionem super pulcum asinae; siue quantum ad execu-  
tationem iudaicam quae ad phariseos, et populi seniores  
siue quantum ad reuerentiam prophetiam futurorum  
siue quantum ad institutionem insolitam nouorum sa-  
cramentorum; siue quantum ad tolerationem et pas-  
sionem saluiferam; siue quantum ad suscitationem mag-  
nificam; et resurrectionem stupendam; siue quantum ad  
conuocationem multitudinis. & omnium gentium, lin-  
guarum, populorum, et tribuum, <sup>omnia</sup> utique uerificata sunt  
In hoc homine sacro IESU. quae prophetae praedixerant  
de Christo. ergo ipse est uere Christus, neque est alius expec-  
tandus, & sic patet matthei processus. ~

Diuisio

De Diuisione Euangelij s<sup>m</sup> Marcus.

Tunc accedit Marcus et pbat de illo felici homine, qui-  
dictus est Iesus q<sup>d</sup> fuit Rex et dominus omnium exce-  
dens in potestate, et virtute omnem hominem et om-  
nem creaturam, quod patet, qz non tractat nisi de prae-  
cipuis et excellentioribus miraculis eius; et fere in quolibet cap<sup>o</sup>  
concludit magnitudinem potentiae et virtutis in eo. Unde  
in primo capitulo aut studebant omnes super doctrinam e-  
rat enim docens quasi potestatem habens, et subdit q<sup>d</sup> mi-  
rati sunt omnes dicentes, qz in potestate spiritibus immun-  
dis imperat, et obediunt ei.

In 2<sup>o</sup> autem cap<sup>o</sup> concludit q<sup>d</sup> mirabantur omnes, ita ut ho-  
norificarent deum dicentes, nunq<sup>m</sup> sic uedimus. et in fine  
dicit, itaqz dominus est filius hominis etiam sabbati.

In 3<sup>o</sup> uero cap<sup>o</sup> concludit q<sup>d</sup> habentes spiritus immundos cu-  
uid ebant illum pro cidebant, et clamabant dicentes, qz  
tu es filius dei.

capitulum autem 4<sup>o</sup> sic concludit, quos putas est iste q<sup>d</sup> uentus  
et mare obediunt ei, et in toto euangelio semper infert  
istam conclusionem, ita ut in passione cap. 15. introducat  
Iudgos dicentes, Christus Rex israel descendat nunc de  
cruce; et Centurionem confitentem, Veret hie homo filius dei  
erat. ) *finis* euangelium in ascensione illius homi-  
nis in caelum. et sessione a dextera dei ( illi autem profes-  
ti predicauerunt ubiqz domino cooperante; et sermonem  
confirmante sequentibus signis. Sic ergo patet q<sup>d</sup> hie e  
conclusio, quam Marcus in euangelio suo incendit, Ho-  
minem scilicet Iesum esse et fuisse, Virtuosissimum do-  
minum, et Imperatorem, ac Regem omnium; nam et in  
hoc

1  
Marcus ex  
20. conditioni  
69 concludit =  
dominum Iesum  
fuisse virtuosissi-  
mum Regem. ac  
imperatorem o-  
mnium ~ ~ ~ ~ ~  
ac praeterea iuxta  
praedictas 20 con-  
ditiones dividit  
in 20. partes ~

Haec conclusioe fuit euangelium. et ipsam interserui  
in suo processu quasi per totum. Hanc autem conclusio-  
nem suo testimonio probat narrando facta illius homin-  
is et intendendo, unum talem syllogismum: ille homo  
cuius virtutem ac potestatem extendi uidimus ad omnem  
spiritum creatum et increatum, et quam extendi uidi-  
mus ad omnes infirmitates corporum, et quam extendi ui-  
dimus ad infirmitates animorum, et ad Remissionem  
peccatorum, et quam extendi uidimus sup legem mosaicam  
et sup sabbatum, et quam extendi uidimus ad transferen-  
dum uirtutem, et potestatem in alterum, ut et ille similiter  
operaretur uirtuose; et quam extendi uidimus sup mare, et  
uentum; et quam extendi uidimus ad mortis uinculum e-  
tiam quorumcumque uiuentium, sive hominum sive bruto-  
rum, et quam extendi uidimus ad multiplicandis cibis  
et alimentis panum; et quam extendi uidimus ad dispen-  
sandum sup omnem statum humanum; et quam extendi  
uidimus ad Restituendum auditum, et loqueliam, et ui-  
sum, et usum omnium sensuum, et quam extendi uidi-  
mus ad naturam passibilem, et impassibilem commutan-  
dam; et quam extendi uidimus ad quemcumque situm, et  
ad distantiam locum; et quam extendi uidimus ad interpre-  
tandum mandata dei, et super addendum omnes salubre co-  
siliu; et quam extendi uidimus ad thronum, et ad  
regnum dauid iuxta miraculum clamorem populi, et  
iuxta testimonium, quod fuerat per prophetas praedictu  
et quam extendi uidimus ad conuincendum omnem re-  
bellem sibi, et aduersarium quemcumque statum; et quam  
ex

extendi uidimus ad prae cognoscendum omne futurum, et  
 quam extendi uidimus ad tolerandum summe fortiter et  
 magnanimiter omne aduersum, et maxime mortem  
 amarissimam; quae est ultimum terribilium, et quam  
 extendi uidimus ad reuoluendum prospicuum sepulchrum  
 et quam extendi denique uidimus ad aperiendum coelum  
 et ascendendum super gloriae solium a dextris dei patris, ille  
 utique homo uere fuit Rex virtuosissimus, et dominus om-  
 nium, sed homo ille, qui dicitur et Iesus Sabuit conditi-  
 ones praedictas, igitur ipse fuit omnium dominus, et Rex vir-  
 tuosus. Hanc minorem seriose deducit et probat in eu-  
 gelio Marcus, et secundum hoc diuidit euangelium eius  
 in Vigiinti partes secundum numerum praedictarum condi-  
 tionum. In Prima namque parte testat virtutem illius  
 hominis qui dicitur et Iesus se extendisse ad omnem spi-  
 ritum, propheticum quidem esaiam prophetae, et Malachiae  
 et Ioannis baptistae, super et diuinum, qui tanquam columba  
 descendit et mansit super eum, nec non et spiritum angelicum  
 quod angeli ministrabant ei, sed et ad spiritum Apostaticum  
 scilicet demones, qui exiunt ab obsessis corporibus, et clama-  
 bant, scimus quod sanctus deus es; quibus in potestate et  
 virtute imperabat. ex quibus patet quod isti homini spiritus  
 omnis subseruiebat, et dicitur haec pars a principio E-  
 uangelij Iesulibri, usque ad medium primi capitis, et pro-  
 tenuit egredientes de super synagoga. §. 2.

1. Pars

In 2<sup>a</sup> uero parte testat virtutem huius hominis se ex-  
 tendisse ad languores, et infirmitates corporum, febrem  
 scilicet et lepram, et omnem aliam infirmitatem, et dicitur  
 ab

2. pars.

3. pars.

ab illo loco. Et protinus egredientes usque in finem primij  
capitis. In 3<sup>a</sup> autem parte testat<sup>§ 3</sup> uirtutem ipsius ho-  
minis se extendisse ad conferendam peccatorum remissio-  
nem, et per consequens, ad curandas infirmitates animo-  
rum; unde concludit; ut sciat<sup>§</sup> quod filius hominis ha-  
bet potestatem in terra dimittendi peccata etc. et post uo-  
cationem leui siue matthæi infert non habent necesse  
sani medicos, sed qui male habent, et durat pars ulla a pr<sup>in</sup>-  
cipio capitis secundi; quod dicitur (Fiterum intrauit, us-  
que parum ultra medium eiusdem capitis, ubi dicitur (eterat  
discipuli Ioannis, et Barisei ieiunantes. §. 4

4. pars

In 4<sup>a</sup> parte testat illius hominis potestatem se extendis-  
se ad totam legem Mosaycam. Et ad immutandum sab-  
bathum; ubi enim ostendit ipsum dispensasse cum dis-  
cipulis suis, ne ieiunarent eo presente; et ibi subdit, ita  
quod dominus est filius hominis etiam sabbathi; et ibidem  
interrogat, Si est sabbathus benefacere an male? unde  
durat pars ista a loco illo, et erant discipuli Ioannis;  
usque parum post principium capitis tertij, ubi scribitur  
exuentes autem Barisei. Statim cum Herodianis con-  
siliu[m] facebant. §. 5

5. pars.

In 5<sup>a</sup> parte ostendit istius hominis potestatem non tro-  
lum esse magnam quæ ad ipsam personam immo etiam  
habere auctoritatem transferendi, comunicandi, et  
concedendi similem uirtutem in alterum: Unde intro-  
ducit istum hominem ut facientem miracula maxima  
et sanitates conferentem; statimque ostendit quomodo



duodecim discipulis dedit potestatem curandi infirmitates  
et eiciendi demonia; et ostendit potestatem istam non  
posse attribui demonibus, sed soli deo, et durat hęc pars a  
loco isto exeuntes autem Barisei, usq; ad finem cap<sup>is</sup>  
tertij inclusive.

§. 6

In 6. Parte testat illius hominis virtutem et potestatem  
se extendisse ad mare et ventum. Et supra aqua et aeris e  
lementum; cuius occasione introducit ipsum predicantem  
in quadam nauis; et proponentem multas parabolas, et  
in fine concludit, quis putas iste est, qz uentus et mare  
obediunt ei. et durat pars illa per totum capitulum 4<sup>m</sup>

6. pars.

In 7<sup>a</sup> autem parte testat illius hominis potestatem  
se extendisse etiam ad mortis articulum; Unde ostendit  
ipsum fuisse deum et dominum uitę et mortis; mortis quĩ  
dem, qz narrat quomodo eius licentia spiritus immundi  
intwierunt in porcos, qui et suffocati sunt in mari usq; ad  
duo millia. Unde etiam qz narrat quomodo filia Arch  
Synagogi iam mortua eius precepto reuixit; et durat hęc  
pars p totum caput. 5.

§. 3

In 8. parte ostendit illius hominis potestatem se ex  
tendisse ad multiplicandam corporalem cibum, et alimē  
ta panum, ubi et introducit occasionem; quare ille ho  
mo iuit ad locum desertum; nam qz contemnebat in p<sup>ri</sup>  
ua patria, et qz deollauerat Joannem Baptistam Herod  
tetrarcha, ppter hoc enim duxit discipulos ad locum de  
sertum ad requiescendum pussillum; ubi etiam ex quinq;  
Panib; et duobus piscib; satrauit quinq; millia hominum

8<sup>a</sup>

et

9. Pars.

et durat pars illa per totum caput 6. 1) In. 9. <sup>a</sup> §. 9  
parte testat istius hominis potestatem se extendisse ad  
omne humanum statutum; unde introducit ipsum re  
probantem traditiones seniorum, et durat a principio  
capitis septimi; et conuenerunt ad eum Pharisei usque  
tra medium eiusdem, ubi scribit, Et inde surgens abiit  
in fines Tyri. et sydonis. §. 10

<sup>a</sup>  
10

In. 10. parte testat istius hominis potestatem se extē  
disse ad Restituendum auditum, et loquellę instinctum  
unde concludit, bene omnia fecit, surdos fecit audire, et  
mutos loqui; et durat hęc pars ab isto loco (Et inde sur  
gens abiit, usque in finem capitis septimi. §. 11

<sup>a</sup>  
11

In. 11. parte testat istius hominis potestatem se exten  
disse ad illuminandum tam spirituales quam corpora  
lem uisum; unde post multiplicationem panum, cum  
non intelligerent discipuli, sed haberent cor equum cō  
cludit, oculos habentes non uidetis, quomodo nondum  
intelligitis; quod ad uisum uero corporalem ait de cęco, qui  
prius uidet homines uelut arbores ambulantes, q. restitū  
tus est ita, ut omnia clare uideret; et incipit pars illa a  
principio octauæ capitis, quod incipit (In diebus illis, us  
que ultra medium capitis, ubi scribit (Et ingressus est Iesus  
et discipuli eius in castella Cæsareæ Philippi. §. 12

<sup>a</sup>  
12

In. 12. parte testat ipsius virtutem se extendisse ad na  
turam passibilem, et impassibilem cōmutandam: ubi in  
troducitur primo diuersas hominum opiniones de illo propo  
nens qualiter prædixit se esse reprobandum, et occidendū  
F

et die tertia a mortuis resurrectorum, Enarrat trans-  
 figurativis modum, ut per hoc ostenderet qualiter na-  
 turam passibilem post resurrectionem in gloriosam et  
 impassibilem commutaret, duratq; pars ista ab isto  
 loco ( et ingressus est Jesus ultra principium cap<sup>o</sup> noni  
 ubi scribit et veniens ad discipulos vidit turbam mag-  
 nam circa eos. §. 13

In .13. autem parte testat virtutem huius hominis  
 non solum egisse in propinquum imo et se extendisse ad  
 omnem distantem locum; dum tamen inveniret fi-  
 delem hominem et credulum; unde de demonio quod  
 non potuerunt eius discipuli expellere, Respondit quod  
 erat propter incredulitatem rogantium; et concludit si  
 potest credere omnia possible sunt credenti. ex quo  
 ad locum distantem introducit quendam in nomine  
 illius demonia serventem qui non sequebatur eum, et  
 durat pars ista ab illo loco ( Fueniens ad discipulos  
 suos, usq; in finem capitis noni. §. 14

In .14. parte testat virtutem illius hominis se ex-  
 tendisse ad interpretationem mandatorum legalium  
 et sup additionem consiliorum perfectionis. ubi enim  
 introducit Sime hominem reprobasse libellum repudij  
 et predicasse Virginitatem et castitatem. ac etiam pau-  
 pertatem; et durat a principio capituli. ii. quod inci-  
 pit; Et inde surgens, usq; circa medium eiusdem, ubi  
 scribit, erant autem in via ascendentes Hierosoly-  
 mam

13. Pars

14.

15. Pars

nam et precedebat illos. } In. 15. uero parte §. 15  
testat illius hominis potestatem se extendisse ad obtine-  
dum imperium dauid; et regnum eius; et thronum si-  
cut predictum fuerat per prophetas: Unde introducit  
filios Zebedei dicentes, da nobis ut unus ad dexteram tu-  
am sedeat, et alter ad sinistram in regno tuo; et quum  
acclamantem Iesu fili dauid miserere mei; et popu-  
lum clamantem, Benedictus qui uenit in nomine  
domini; et benedictum quod uenit regnum patris nos-  
tri dauid ossana in excelsis. durat autem pars ista a  
medio cap. decimi, ubi scribit (erant autem in uia  
ascendentes Hierosolimam, et precedebat illos, usque circa  
medium cap. undecimi, ubi legit, et alia die cum exiret  
a Bethania essurijt. §. 16

16

In parte autem. 16. testat illius hominis Virtutem se  
extendisse ad Reprehendendum astitiam hominum  
malignorum; et ad conuincendum potentiam omnium  
aduersariorum; ubi primo introducit qualiter male  
dixit infructuosam fecit; quae statim auerit; quod su-  
ue figura are factum est Pharisaeorum. Ponit etiam dis-  
putationem ipsius contra Pharisaeos per diuinas scrip-  
turas; et multas parabolas. et durat pars illa a hoc  
predicto. et alia die cum exirent usque in finem cap. 11  
et deinceps per totum. 12. §. 17

17.

In. 17. Parte testat virtutem Suius hominis se ex-  
tendisse ad cognoscendum futurorum euentum, et ubi  
18

seculi decursum usq; in finem; Introducit enim eum  
qui saluificabant quotidie. Secundam autem multiplicatorem fecit spiritus sanctus ministerio Petri adiuncto sibi Apostolo specialiter condito. videlicet Joanne, et narrat lucas multiplicationem istam; et in ipsa multiplicatione liberationem per spiritum sanctum factam a principio tertij cap. usq; ad illum locum quinti. Per manus autem Apostolorum est. narrat namq; primo quoddam factum prodigiosum, quod fuit causa istius multiplicationis scilicet consolidationem claudi, qui sedebat ad speciosam portam templi. Et hoc facit a principio tertij cap. Petrus et Joannes ascendebant, usq; ibi. Videns autem Petrus. Secundo narrat efficaciam Petri Verbum, et eloquium virtuosum, quod protulit factis predictis miraculis populo uenerit. et hoc facit a predicto loco. Videns autem Petrus usq; in finem cap. 3. Tertio narrat incarcerationem Petri et Joannis, et eam non obstante conuersionem ad Christum numerum copiosum: et hoc facit a principio quarti capitis (loquentibus illis ad populum. Quarto uero narrat liberationis modum gloriosum ab illis loco factum est autem, usq; ibi (dimissi autem). 5. narrat super predicta liberatione gaudium uictoriosum, et perfectum, continuum, et per omnia virtuosum credentium in Christum; ut aut omnia que possiderent uenderent et ponerent ante pedes Apostolorum. et hoc facit ab illo loco (dimissi autem) usq; in finem cap. 4. 6. narrat uisum liberationis alterius non quidem a corporali incarceratione, sed potius spirituali simulatione per mortem Anania et Saphira uxoris sue qui uoluerunt spiritum sanctum

tum decipere, et in ecclesia simulationem hypochri-  
simq; inducere. Et hoc facit a principio primi capitis  
vir autem quidam nomine Ananias, usq; ibi Ge-  
nus autem Apostolorum.

Tertiam autem multiplicationem fecit spiritus sanc-  
tus ministerio Petri adiuncto sibi rursus Apostolorum  
collegio toto. Et sane narrat Lucas ab illo loco, quod  
autem Apostolorum fiebant signa usq; in finem quinti  
capituli. Nam prius ponit multiplicationem fide-  
rum per multiplex prodigium, quod per Apostolos fie-  
bat, et maxime ad Petri umbram et occursum, deinde  
narrat persecutionem suscitatum ex Zelis Saducorum, et  
reclusionem Apostolorum in carcere ibi (exurgens au-  
tem Petrus. Deinde uero liberationem factam per ange-  
lum ibi (Angelus autem domini per noctem aperiens  
ianuas, deinde autem ponit disputationis consilium  
inter Apostolos, et principem sacerdotum, ibi (adue-  
niens autem quidam amonici aut eis. Deinde uero na-  
rat definitionem et sententiam latam ore Gamalie-  
lis pro ipsis Apostolis per spiritus sancti instructum, in  
quo fuit completa eorum liberatio. Et hoc facit ibi (ex-  
gens autem quidam in concilio, usq; in finem capituli.

3<sup>a</sup> pars princi-  
palis usq; ad  
caput 11.

In 3<sup>a</sup> uero Parte Principalis, que incipit in prin-  
cipio sexti capituli, ubi scribitur. Crescente autem numero  
discipulorum, et durat usq; ad illum locum unde scribitur, ubi  
scribitur (illi quidem qui dispersi fuerant a tribulatione)  
Probat Lucas minorem, que ad partem tertiam scilicet q  
con

congregatio primitiva fidelium fuit per spiritum sanctum post multiplicationem factam in Hierusalem circumquaque diffusa per Iudaeam, Samaritaniam sicut preceperat dominus Apostolus dicens, eritis mihi testes in Hierusalem, et in omni Iudaea, et Samaritania; ponit istam disseminationem Lucas in hunc modum; q. primo tangit ipsius occasionem, et motivum videlicet stephani mortem, et martyrium: et hanc narrat. c. 6. et 7. Hec enim mors suscitavit in ecclesia, quae erat Hierosolymis timorem magnum, et persecutionem, propter quam omnes discipuli praeter Apostolos sunt dispersi. illi autem sic dispersi disseminaverunt circumquaque veritatem fidei: et hoc est quod concludit a principio octavi cap. ubi scribit (Saulus autem erat consentiens, usque ibi Philippus autem descendens in civitatem Samariam) et vero narrat huius disseminationis miraculosum modum, et processum, et ostendit quod hanc disseminationem fecit primo Philippus, quod verus erat ab Apostolis inter septem primus diaconus electus, et constitutus, et hoc facit ab illo loco. (Philippus autem descendens usque ibi cum autem audissent Apostoli) <sup>et similiter</sup> Secundo vero narrat qualiter disseminationem hanc magnam fecerunt Joannes et Petrus. ibi (Cum autem audissent Apostoli qui erant Hierosolymis) 3. narrat qualiter ad disseminandum ulterius processit Philippus. ibi (Angelus autem domini locutus est ad Philippum, usque in finem cap. 8. 4. narrat qualiter disseminationem hanc fecit

Sau

Saulus ad fidem miraculose conuersus a principio no-  
ri capitis ubi scribitur (Saulus ad huc spirans minax  
usq; ultra medium cap<sup>is</sup> eiusdem, ubi scribitur factum  
est autem dum Petrus iret), Quinto iterum redit ad  
narrandum, qualiter hanc disseminationem fecit et  
postolorum Princeps et primus scilicet Petrus, et inter  
Iudgos ab illo loco (factum est autem, usq; ad finem  
capitis .9. ubi duo miracula ponit; scilicet curationem  
paralytici Cneq; et suscitacionem Tabita mortuq;. O  
narrat qualiter disseminationem hanc fecit Petrus in  
ter gentiles, et paganos agens de Cornelio, et illis qui  
conuersi sunt cum eo ad predicationem Petri; et hoc fa-  
cit per totum caput undecimum. ¶ Narrat qualiter  
disseminationem istam sustinuit, et defensavit Petrus  
contra Iudgos; qui illam reprehendebant, et hoc fa-  
cit a Principio Undecimi capitis (acciderunt autem Apos-  
toly et fratres, usq; ibi (illi quidem qui dispersi fuerat  
a tribulatione.

4. Pars

¶ In 4. uero parte Principalis; que incipit in hoc prefato  
illi quidem qui dispersi fuerant, et proteridit usq; in fi-  
nem cap<sup>is</sup> sequentis. ¶ Hec Lucas minorem quantum ad  
quartam partem scilicet q. fidelium congregatis primi-  
ticia post eius disseminationem fuit per spiritum sanctum  
digne intitulata; non enim fideles nomen proprium ha-  
bebant et condignum, sed appellabantur discipuly, donec  
in Antiochiam post disseminationem multiplicem ibi  
factam dicti sunt Christiani: Unde meruit illa ciuitas  
ratione multitudinis fidelium ac sanctitatis, deuotio-  
nis



nis & pietatis eorum imponere credentibus Socronie  
 Sanctissimum et famosum; et hoc Lucas ostendit a lo  
 co praedicto (illi quidem, usq; in finem cap<sup>o</sup> undecimj.  
 Deinde narrat qualiter post hanc tribulationem Chris  
 tianitas passa est persecutivnem in morte Jacobi, et in  
 carceratione Petri. Et hoc facit a principio cap<sup>o</sup> undecimj  
 (eodem autem tempore missit Herodes, usq; ibi, cum  
 autem p<sup>o</sup> ducturus eum esset Herodes, deinde narratius  
 tam de p<sup>o</sup> nitionem, et mortem illatam Herodi ppter  
 mortem Jacobi, et in carcerationem Petri: et propter  
 superbiam cordis sui a lo<sup>o</sup> praedicto (cum autem requisivi  
 sset eum, usq; ibi (Verbum autem domini, et ultimo  
 redit ad narrationem illius intitulati Collegij Chris  
 tiani ab illo lo<sup>o</sup>. Verbum autem domini, usq; in finem ca  
 pituli.

§. 6  
 In 5<sup>a</sup> autem parte principali quae incipit in 1<sup>o</sup> 5<sup>o</sup>. Pars. in  
 principio capituli. 13. Cerant autem in ecclesia quae est, qua agit de  
 Antiochia) et durat usq; in finem libri per sexdecim cap<sup>o</sup>. et viagis Pauli:  
 probat Lucas minorem quantum ad quartam partem, ad disseminan  
 videlicet qualiter illa congregatio iam intitulata fuit dum euangeli  
 per spiritum sanctum translata et asportata a Iudaeis in  
 gentes, ne remaneret arctata ad unam nationem, et  
 unum israeliticum populum; sed potius diffunderetur  
 inter omnes gentes per uniuersum mundum, et quibus  
 transportationis potissimus minister fuit beatissimus Pau  
 lus; sicut ipse testatur ad Rom. 11. quoad gentium sum  
 Apostolus ministerium meum somnificabo; et ad galat  
 2. qui operatus est Petro in Apostolatu circumcissionis ope  
 ratu

natus est et mihi incergentes, et ipse solus sepe dixit Iudaeis  
uobis oportebat loqui uerbum dei, sed quoniam repelli-  
tis illud, ecce conuertimur ad gentes, qz Suius transla-  
tionis minuter, et Apostolus exstitit Paulus, uicinos ab  
isto loco usqz in finem libri agit de actibus Pauli. <sup>qz</sup>  
Primo narrat Lucas qualiter Paulus et Barnabas ad  
Apostolatum gentium sunt uocati, et per spiritum sanc-  
tum electi, et hoc in principio capitis. 13. Secundaque  
ro ibi (et ipsi quidem missi a spiritu sancto) narrat qua-  
liter in uentum officium sicut diligenter executi) ad ui-  
dendum autem processum libri ab isto loco (et utique  
missi a spiritu sancto, usqz in finem. Sciendum qz narrat lu-  
cas septem magnas peregrinationes atqz itinera et dis-  
cursus, quos fecit per gentium conuersionem ad fidem le-

Primum uiauius / su Christi Pauli. Primum namqz fecit ad plantandum et semi-

Pauli.

nandum fidem in gentibus uicinijs ut pote in Cypro  
Iconio, Lystris; et alijs regionibus circa Antiochiam situ-  
atis; et hunc discursum narrat Lucas per cap. 13. et. 14 in-  
clusive: In quibus explicat regiones et loca per quos  
uicauerunt Paulus et Barnabas ex quo egressi sunt de  
Antiochia donec redirent ad ipsum.

2 Viagium )

Secundum autem Viagium fecit Paulus Apostolus ad de-  
fendendum, et manutenendum in libertate fidem Ch-  
ristianam plantatam in gentibus, quam aliqui ex Iudaeis  
credentibus uidebant in seruitutem redigere asserentes qz  
oportebat gentiles ad fidem Christi conuersos circumcidere  
et caeremonias legis moysi obseruare, et aliter non poterat  
salu

19

salvi fieri, quibus resistens Paulus pro ultra libertate accessit ad primum concilium generale super ista questione Hierosolymis congregatum auctoritate Petri et Jacobi, et Sene disuersum narrat Lucas, et qualiter Paulus obtinuit per caput. 15. usque ad locum ubi scribit circa finem (post aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus reuertentes uidentemur fratres.) Tertium Viagium fecit Apostolus ad plantandam fidem in gentibus magis distantibus, ut pote in Macedoniam, et Graeciam: et hunc discursum narrat Lucas a loco praefato (post aliquot autem dies) usque prope finem capitis. 18. ubi dicit (et factis ibi aliquanto tempore profectus est. narrat enim primo quod assumptis in socium gentilem fidelem, nomine Timotheum, quoniam dimisserat eum Barnabas, quicquid suauerat ire secum, usque ibi (transcuntes autem Throaciam. Deinde narrat qualiter prohibitus est per spiritum sanctum, ne predicaret in Asia et Bithynia, sed transiret ad magis distantem locum, scilicet ad regnum macedonium, et hoc facit usque ibi (navigantes autem a Throade; deinde uero narrat qualiter predicabat in quattuor locis principalibus illius regionis. Primo quidem Philippensibus, et hoc facit pro illo loco (navigantes, usque in finem capitis. 16. Secundo uero qualiter predicauit Thessalonicensibus, et hoc a principio capitis. 17. usque ibi (Paulus autem cum Athenis expectaret. 3<sup>o</sup> narrat qualiter predicauit Atheniensibus, usque ad finem capitis praedicti. quarto qualiter predicauit Corinthiis, et hoc facit a principio capitis. 18. (post hoc egressus ab Athenis

3. Viagium Pauli

nis usque ubi Paulus uero cum adhuc sustinuisset, ut  
tunc uero narrat qualiter tertio viago p[er] Antio-  
chia[m] est reuersus; et hoc facit a prefato loco. Paulus  
uero cum adhuc sustinuisset, usque ad locum ubi incipit  
narrare quartum viagium, ubi scribit (et factis ibi  
aliquanto tempore. est autem considerandum q[uod]  
in quolibet viago ex predictis tribus, incipiebat uiam  
et iter ab Antiochia, et in fine ad Antiochia[m] redire.  
quartum viagium fecit Paulus Apostolus ad plantan-  
dam fidem in gentibus uicinis, a quibus prius pro-  
hibitus erat. scilicet Assianis: Unde iuit ad predica-  
dum ad ephessum, ubi primo Apollus fuerat, et de inde  
recesserat versus Corinthum: et hoc narrat Lucas a lo-  
co prefato in fine cap. 18. ubi scribit (et factis ibi  
aliquanto tempore profectus est) usque in finem cap. 19. in-  
clusive. Quintum autem viagium fecit Paulus Apo-  
stolus ad confirmandam fidem plantatam in Macedo-  
nibus donec iterum rediret prope ephessum ad confir-  
mandam etiam fidem eorum. inuocauit enim ephessios apu-  
d Miletum; ubi consolatus est episcopos illius ecclesie  
et seniores: et hoc narrat Lucas c. 20. p[er] totum.  
est autem sciendum q[uod] in his quinq[ue] viagijs multe per-  
secutiones suscitatae sunt contra Paulum, a quibus lu-  
cas narrat fuisse p[er] spiritum sanctum liberatum, ut sic  
semper probet inter scalariter et c[on]mixtum sexta par-  
tibus, quam in toto libro interdicit. ~~~  
Sextum viagium fecit Paulus versus Hierusalem ad  
seruandum profide, quam plantauerat, et portauerat in  
gen[er]e

4. Viagium.

5. Viagium

6. Viagium.

gentibus. ex hoc enim odiosus erat Judicis, et hoc nar-  
 rat Lucas. a 21. cap. usque ad 27 exclusive per sexca-  
 pita, nam in 21. narrat q. quamvis esset propheta  
 et scribens, tribus mibus ascendit Hierosolimam  
 ubi ex hinc captus. In 22. cap. narrat qualiter iam  
 captus Judicium populum fuit allocutus per mit-  
 tente tribum. et qualiter fuit a flagellis liberatus  
 q. protestatus est, q. esset civis Romanus. In c. 23  
 narrat qualiter fuit in concilio constitutus, ubi posuit  
 dissentium inter Saduceos et Phariseos, ppter quod  
 fuit expeditus. narrat etiam admiracionem qua  
 draginta virorum contra ipsum. ob quam fuit ad Pre-  
 sidem in Cæsaream destinatus. In c. 24 narrat qua-  
 liter fuit coram Preside a Tertio oratore quem Prin-  
 ceps sacerdotum et seniores adduxerant accusatum,  
 et qualiter post suam responsionem fuit ad Sue incus-  
 toria mancipatus. quamvis libera, in qua per biennium  
 stetit. In c. 25. narrat qualiter post biennium festo  
 Preses qui felici successerat vellet eum Judicis tradere  
 appellavit ad Cæsarem et qualiter coram Hero-  
 de Festo inquisivit an deberet ad Augustum des-  
 tinari vincens cum non esset de aliquo notabili  
 crimine accusatus. In c. 26. narrat qualiter  
 coram Rege Agrippa predicavit fidem Christi, et  
 excusavit se de ita positis a Judicis, et qualiter A-  
 grippa ad iudicavit, q. erat omnino innocens, nisi  
 appellasset ad Cæsarem dimittendū.

Septimum autem Viagium et ultimum fuit

7. Viagium.

ad plantandam fidem in gentibus nobilioribus  
scilicet Romanis. et sic narrat lucas a. 27. ca  
pitulo usque in finem libri per capitulum 27. et 28  
in quibus annumerat Ciuitates. et portus per quos  
transierunt nauigando a Cæsarea usque Romam  
Hec per se patent.

est autem sciendum quod sic inquit lucas ostendit  
viagium quod concepit Paulum Apostolum fecisse  
ad plantandam fidem in Hispania in occidenta  
libus partibus: de quo ipsemet loquitur ad Rom. 15. di  
cens. ex multis iam precedentibus annis sperans cum  
in Hispaniam proficere uedere uos. unde et in Ar  
chona dicit reliquisse Sergium Paulum Archiepus  
episcopus cum de Hispania rediret. Sic autem uia  
gium inquit lucas fecisse in ultimo versiculo Scy  
libi cum ait quod mansit toto hieme in conductu suo  
constat autem quod iste fuit quartus annus Neronis  
nam in secundo anno eius ductus est Romam ad  
Cæsarem ad quem appellauerat. et sic in duobus an  
nis ab eo promissum est sub libera uoluntate in con  
ductu proprio predicare. durauit autem per duos 14  
annis et ultimo anno Petrus et Paulus in exiliu  
sunt ab eodem: cum inquit lucas testetur Paulum per  
dicasse hiemis Romae inuisum prouenire aut per decem  
annos sequentes effectus esse ad predicandum a libis  
et ideo rationabiliter conuincitur quod predicauerat  
in partibus occidentalibus maxime in Hispania. et  
sic impleuit deus eius spiritum intentionem. et sic alibi

Apolo finit  
94  
de

## De persecutionibus ecclesie breuiter

q̄si Persecutiones ecclesie primitiue et liberationes  
 ab eis miraculosas ~~procellas~~ ~~membris~~ ~~membris~~ ~~membris~~ ) persecutiones ec  
~~uocem membris mandare cupis~~ ~~cupis~~ ~~cupis~~ ~~cupis~~ ) clesie primitiue  
 ria tenere cupis. aduerte. primo calumnias In  
 dezum quibus Apostolos spiritus ant loquen  
 tes multo pleris esse falsi criminabant. alt. r.  
 minas quibus Iudgi diuum Petrum et Ioannem  
 a verbi diuini predicatione deterrere. et abstrahere  
 conantur. c. 4.  
 Inuidiam Saduceorum quorum regni in carcerem  
 coniecti Apostoli per angelum educti sunt. c. 5.  
 Tyrannidem et crudelitatem, quam expertisunt  
 diuus Stephanus qui uiolata legis Moysaeq̄ crimi  
 ne accusatus lapidibus obrutus est. c. 6. et 7.  
 Christianos qui a Paulo ad extremum usq̄ persecu  
 tionem percelli, desperant. c. 8.  
 Iacobus qui ab Herode occidit. quo tempore etiam  
 Petrus in carcerem coniectus. sed ecclesie oratione  
 liberat. c. 12.  
 Persecutiones etiam quas sustinuit Paulus cum  
 Barnaba et Sila, nam ex Antiochia cum Barnaba  
 crudeliter fuit depulsus, et relegatus. c. 13.  
 Iconio discedere coactus hinc lapidatus. c. 14.  
 Philippiis virgis cecidit in carcerem coniectus, a quo  
 terrensus liberat. c. 16.  
 Paulus Iudgis tumultuantibus Berrea abire co  
 git. c. 17. | Idem captus galatiam ducitur. c. 18.  
 Demetrius argentarius seditionem in eum conuocat  
 c. 19.

Ananias causam pro se dicentem p[ro]c[ur]atorem iubeat et  
vinctus Romam mittat, et passus in itinere naufragium.  
ubi docet. c. 27 et 28. Sed In his omnibus  
temporibus liberata est ecclesia, et semper libera  
bit, nec potest inferi pugnae aduersus eam,  
q[ui]a Christus dominus nobiscum est usq[ue] ad consummationem  
saeculi.

Quoniam autem Acta Apostolorum intitula  
et predictus liber et de gestis ab eis legit Syria  
ad rem non mediocriter faceret si et varias Apo-  
stolorum appellationes, nomina propria, et nomi-  
na discipulorum amplexerimus, nequa sine  
nostro tractatu desit.

Apostoli ergo, ut Ambrosius in epistola ad Ro-  
manos, dicti sunt primo sal terrae, et lux mundi ma-  
th. 5. Sal inquit sic Chrysostomus spirituale et  
lumen intelligibile ip[s]e sole fulgentius dicit: 2<sup>o</sup> di-  
cunt dispensatores mysteriorum dei. i. corinth. 4  
Tertio ibidem Christi ministri. 4<sup>o</sup> testes praordi-  
nati passionis et resurrectionis Christi, quoniam  
dicere debebant omnibus gentibus luc. 24. act. 1. et 10.  
5<sup>o</sup> appellati sunt credentium magistri ut dicit Ch-  
rysostomus sup illud sapient. Insuper in manus  
in dei sunt. 6<sup>o</sup> dicunt sacerdotum Principes,  
ut sentit Chrysostomus in euangelium mathei  
Sorn. 1. 7<sup>o</sup> vocantur totius mundi doctores, et do-  
ctores prophetae. idem sanctus Sorn. 15. sup e-  
u. matth. 1. vocat, et Sorn. 4. actor. 2. Angelus.  
Luc



§. 3

Lucas nominat ~ Nomina autem propria  
 Duo decim Apostolorum ex Cumenis sicantur,  
 Primus Petrus Apostolorum Princeps, qui et Pe-  
 tra seu Petrus, et audiens interpretat, uelut ipse  
 suas epistolas indicat in Ponto, Galatia, Capadocia  
 et Bithynia, in Italia quoque et Sicilia predicauit,  
 et Romae tandem Nerone imperatore uento deorsum  
 capite crucifiguit, ac ibidem tertio Kalend. Julij se-  
 pelit.

Secundus Andreas frater eius qui fortiter domnea  
 seu Respondens pabulo dicit in Grecia et Thracia  
 Scythia, Sogdiana, et Sasia predicauit euangelium  
 sepelitur Patris Achaiae ciuitate ab Aegae Proconu-  
 le crucifixus.

P. Silippus Apostolus, qui os Summe seu billicusus  
 cat, in Bithynia euangelium domini predicauit. Hi-  
 erosoli autem Emmentissime sepelitur.

Bartholomaeus qui benedictus et filius suspendentis  
 aquas dicit, Indis euangelium domini predicauit  
 his qui felices appellant, quibus euangelium mat-  
 thei tradidit. Albanus uero, quae magna Armenia in-  
 dice uerbo est Consopie.

Jacobus Zebedei filius qui supplantator seu uestigi-  
 um appellatur Duo decim tribubus, quae in dyspersione  
 erant euangelium predicauit, et ab Nerode Tetrar-  
 cha, qui etiam Agrippa uocabatur gladio interem-  
 ptus est. et in urbe Marmarica sepultus.

Ioannes frater eius, qui gratissus domini et misericors

et ubi uitam finierint

Nomina Aposto-  
 rum, et prouincia-  
 rum, quae singulis  
 ad predicandum  
 euangelium obti-  
 gerunt.

coris dicit In Asia predicavit euangelium, et  
a Trajano ut ait Eumenius a Domitiano vero ut  
Eusebius Cæsariensis et Hieronymus dicunt, prop-  
ter verbum domini in insulam Patmos relegatus  
est. ibi conscripsit euangelium, et mysteria Apo-  
calypsis vidit. Ephesum uenit ad Sueuicis de ius-  
titate ita ordinante sepelitur.

Thomas qui Abghus seu gemellus, Didimus seu  
natus cum alio dicit Parthus Medis, Persis Carma-  
nis, et Balbis Britum euangelizauit, et in monte  
Calamina in diu sepultus est.

Mattheus Publicanus qui donatus interpretatur  
et diiudicans. leui etiam dicitur est, in partibus in-  
terioris Asiae, et Hieropolis Parthorum obdormiuit  
ibidemque sepultus est.

Jacobus Alphaei qui opprimens interpretatur, et  
Iustus cognominatus est primus Hierosolymorum  
episcopus fuit, et Hierosolymis interfectus est, in tem-  
plo, ac ibi sepelitur.

Thaddeus qui comprimens dicitur, et Lebicus, et Ju-  
das Jacobi appellabatur edessenis, et cum metho-  
tarnis uerbum Christi annunciauit, sub Abgaro E-  
desseusorum Principe. Periti defendit, ac sepultus  
Symon Cananeus Cleophae filius, qui pinguedinem  
oleum et mucus preparationis dicitur, Judas etiam  
appellatus est, post Jacobum dicitur, episcopus Hiero-  
solymis exstitit, cum quatuordecim annis ac  
vigintiimum ageret, crucis martyrio sub Trajano  
Rege

Rege e uita discessit.) Mathias qui donatus a deo  
seu donum domini dicitur in locum Iudae & Iscariotus cum  
undecim alijs Apostolis connumeratus est, morie hic  
in Ethiopia ~~apud~~ in Regione ubi est castrum Ap  
sarus. Plura alia de origine, vita et martyrio Apos  
tolorum tradit Joachimus Perionius in libello de  
uitis eorum.

Novissime post hos omnes fuit diuus Paulus qui  
gentium doctor appellatus est, ut ex prima ad Ti  
motheum .2. constat, ex secunda etiam ad eundem  
c. 1. dicitur magister gentium, Apostolus quoque gen  
tium ad Rom. 2. necnon magister Christi in terge  
tes Rom. 15. Angelus gentium, et aduersarius Iudeorum  
ex lupo ouis et ex persecutore uas electiois, uoca  
tione inter Apostolos nouissimus et praedicatione prae  
cipuus ut dicitur .1. corinth. 15. et ad uertice Viceruen  
sis etiam in Chronico. par. 14. Ille enim ante saul  
quod postulatus commodatus, ac sepius interpretis  
dicebat, Postea Paulus appellatus, q. Proconsu  
lem Paulum ad fidem conuerterit. oriundus fuit ab  
oppido Iudeae Giscalis dicto: et a Romanis capto cum  
parentibus suis Tharsum Ciliciae commigrauit, a quibus  
ob studia legis missus Hierosolimam a Gamaliel vi  
ro doctissimo, cuius Lucas in actis meminit, eruditus  
est. ut Hieronimus affirmat in catalogo lib. scripturae  
ecclesiasticae qui etiam praefiguratus fuit in benedictione  
Iacob ad Benjamin dicentis gen. 49. Benjamin lu  
pus

*Thomae Aquinatis  
Summa Theologiae*

pus Rapax. manerapice predam. et vespere diuina  
spolia, q̄ prima etate ecclesiam depersecutus et  
postea tamen diuina spolia in vespere suę etatis do  
cendo gentes; et mirabilia faciens: hęc enim sonat  
nomen Paulus. mirabile nempe, et os tube, qui obi  
it modo dicto. ut ante significauimus. §. 9

Normina septua  
ginta discipulorum

Normina autem septuaginta duorum discipulo  
rum domini, qui cum Apostolis predicarunt ex Hy  
polito et Dorotheo sunt quę sequuntur.

Primus Iacobus frater domini episcopus Hierosoli  
morum. 2. Cleopas episcopus Hierosolymorum. 3. Ma  
thias. qui Apostolus factus est. 4. Thadæus qui Abga  
rum a morbo liberauit. 5. Armarias qui Paulus  
baptizauit. 6. Stephanus princeps martyrum. 7  
Philippus. qui cum eodem baptizauit. 8. Procorus  
Nicomedia episcopus. 9. Nicanor qui cum Stepha  
nus coronaret obiit. 10. Timon episcopus Bostij  
in Arabia. 11. Parmenas episcopus Solorum. 12. Ni  
colaus episcopus Samarię. 13. Barnabas episcopus  
Mediolanensis. 14. Marcus euangelista episcopus A  
lexandria. 15. Lucas euangelista. 16. Silas episcopus  
Corinthij. 17. Siluanus episcopus Thessalia. 18  
Crescens episcopus Cartaginis in galatia. 19. Epene  
tus episcopus Paneadensium. 20. Andronicus episcopus  
Paneadensium. 21. Amplias episcopus Odisę. 22. Vi  
banus episcopus Macedonię. 23. Stachus episcopus  
Byzantię. 24. Barzabas episcopus Heracleę. 25. Phi  
gel

gelus episcopus ephessorum, sed a Paulo discedens symo-  
 ni studuit. 26 Hermogenes Megarentium occiden-  
 talium Antistes. 27 Demas qui deinde factus est Sa-  
 cerdos Iudaeorum. 28 Apelles episcopus Smirnae an-  
 te Policarpum. 29 Aristobolus episcopus Bithanicae  
 prope gallos. 30 Narcissus episcopus Athenarum. 31  
 Herodion episcopus Laetharentium. 32 Agabus pro-  
 pheta. 33 Rufus episcopus Thebarum. 34 Syneris  
 episcopus Hircaniae. 35 Plegon episcopus Maratonē-  
 sium. 36 Hermes episcopus dalmatiae. 37 Patrobas  
 episcopus Potionensium. 38 Hermos episcopus Philo-  
 polis. 39 Linus episcopus Roma. 40 Agaurus episcopus  
 ephessi post Thimotheum. 41 Philologus episcopus  
 Synopes. alias Synorum. 42 Olympias cuius Apo-  
 stolus meminit. 43 Herodias qui cum Petro Roma sub  
 Nerone cessus est. 44 Lucius episcopus Gadice. 45  
 Jason episcopus Tharsensium. 46 Sosipater episcopus  
 Iconij. 47 Erastus episcopus Paratolis. 48 Quartus  
 episcopus Beretti. 49 Apollo episcopus Cessare. 50  
 Cephas episcopus Conia. 51 Sosthenes episcopus Co-  
 lophonij. 52 Apaphroditus episcopus Aoricensium.  
 53 Titicus episcopus Colophonae. 54 Cessarius episco-  
 pus Dirraehij. 55 Marcus consobrinus Barnaba epis-  
 copus Apolloniadensium. 56 Iustus episcopus Eleuchero-  
 polis. 57 Arthemias episcopus Lystrensiun. 58 Clemens  
 episcopus Sardicensium. 59 Onosiphorus episcopus Coro-  
 ne. 60 Titicus alter episcopus Calcedonensium. 61  
 Car

Cyprius episcopus Baraia Thracia. 62. Quodius epis-  
 copus Antiochie. 63. Aristarcus episcopus Apamee  
 Syria. 64. Marcus episcopus Bibliagoh. 65. Joannes  
 episcopus Bibliagoh. 66. Zenas episcopus Diospolis  
 67. Silemon episcopus Gaza. 68. Aristarcus alter  
 69. Pudens. 70. Trophimus, qui cum Paulo martyri  
 coronatus est. 71. Timo. 72. Miges ~ cap. 25.

De diuisione epistola 1<sup>a</sup> ad Romanos

Diuidit in 4<sup>or</sup>  
 partes principa-  
 les

Incipit deinde liber epistolarius Pauli, ubi prima  
 occurrit epistola ad Romanos, quae diuidit in 4<sup>or</sup> partes  
 principales. est enim prima pars inchoatiua. Secunda  
 executiua. 3<sup>a</sup> excusatiua. 4<sup>a</sup> recommendatiua et  
 salutiua siue conclusiua ~ 11 ~

1<sup>a</sup>. Pars epistolae  
 inchoatiua ~

Prima ergo pars quae est inchoatiua continet salu-  
 tationem, gratiarum actionem: et Pauli affectionem  
 et dilectionem erga Romanos. et durat a principio  
 epistolae usque ubi non enim erubescit euangelium.  
 nam salutat a principio cum ait. Paulus seruus le-  
 si Christi est. deinde gratias agit de fide Romani  
 populi cum ait. Primo quidem gratias ago. deinde  
 suam affectionem ad eos explicat, quod et orat ut possit  
 venire ad eos, et ipsos uidere desiderat ac eis prode-  
 re, et eos instruere et docere. cum ait. testis est mihi  
 deus etc. ~ 5. ~ §. 2

Secunda uero pars principalis est executiua, et illa  
 incipit, ubi praecedens desinit. non enim erubescit euan-  
 ge-

gelium. Intendit autem unam conclusionem finale  
 scilicet Reducere fideles, qui erant Romae ad concor-  
 diam. Et mutuam unitatem. nam inter illos qui erant  
 conuerſi ex Iudaeis, et eos qui erant ex Romanis, et gre-  
 cis et ceteris gentibus orta erat dissensio et contentio, et  
 se mutuo preferabant propter multas rationes. Roma-  
 ni namque et greci ac gentiles ceteri preferabant se Iudaeis  
 Primo quidem ratione naturalis prudentiae, et sapientiae.  
 dicebant enim Iudaeis, quod inter eos non fuerat phi-  
 losophia, nec leges Summarum, aut tanta sapientia  
 seu ratio naturalis, quanta fuerat inter Roma-  
 nos et grecos. Secundo etiam preferabant se ratio-  
 ne electionis diuinae. dicebant namque Iudaeis, quod deus  
 abiecerat eos ac reprobauerat, et elegerat gentiles  
 quod paucissimi conuertebant ad Christum ex Iudaeis,  
 ex gentibus autem maxima multitudo. 3<sup>o</sup> prefe-  
 rebant se ex imperio et seculari potestate, quam  
 deus dederat Romanis, et gentibus, non autem Iu-  
 daeis. Et conuerso uero preferabant se Iudaeis ge-  
 tibus arguendo contra eos similiter ex tribus. Primo  
 quidem ex lege diuina continentem diuina mandata  
 quam Sabuerant Iudaei, gentiles autem non. 2<sup>o</sup>  
 ex signaculo circumcissionis, et ceremonijs ac sacri-  
 ficijs, et ceteris contentis in lege Moysaica. 3<sup>o</sup> prefe-  
 rebant se inuita, unde appellabant gentiles pecca-  
 tores propter idolatriam, et peccata alia. (Has

2<sup>a</sup>. Pars execu-  
 tiva. quae nunc  
 continet tractatus  
 in prima sui p<sup>te</sup>

Has igitur sex rationes Sine inde nititur Apostolus  
tollere, ostendendo quod nulla ratio est ratio, quae  
debeat movere nec ipsos nec illos ad se preferendum  
quod nulla facit ad salutem nec est efficax ratio glori-  
ficandi, sed sola fides Christi est, quae iustificat eos, et  
lex gratiae, in qua tam utriusque illi erant aequales, et  
unum et idem, propter quod non debebant se mutuo  
preferre. ad istam ergo conclusionem Apostolus pri-  
mo procedit disputative, et intellectualiter, secun-  
do vero exhortative, et moraliter. Et secundum hanc  
partem executivam dividit in duas partes principales. I-  
namque est disputativa, et intellectualis et durat per  
undecim capitula. 2<sup>a</sup> autem exhortativa et moralis  
quae incipit. c. 12. obsecro vos itaque fratres durat per  
tria capitula sequentia.

In Prima ergo parte disputat Apostolus intellectu-  
alissime de materijs Novem ex quibus elidit rāsēs  
tam gentilium quam Iudaeorum, semper considerando quod non  
saberent unde mutuo se preferant, sed magis debent  
esse in summa pace, et maxima unitate ~  
Primo namque agit de lege natura, sive de naturalis  
ratione et sapientia, in qua Romani et Graeci iactanter  
se preferant Iudaeis. Et hoc facit a hoc prodelto non  
enim erubescit evangelium usque in finem primi cap-  
ituli pro conclusione permittit, quod ex fide sola et euan-  
gelio est salus, et iustitia, non autem ex naturalis  
ratio



trone aut philosophica sapientia imo potius ex illa  
 descendit sup sapientes dei iracundia. deinde oster  
 dit qualiter inter gentiles fuit magna dei Iusticia  
 cum dicit deus enim manifestavit illis. Deinde uo  
 quantia fuit in illis culpa cum dicit qz cum cognovis  
 sent eij. deinde qualiter descendit sup eos propter cul  
 pam divina iracundia cum subdit. Propter quod tra  
 didit illos deus eij. deinde ostendit qualiter poena pro  
 veniens ex divina iracundia fuit proportionalis et es  
 digna cum subdit, et sic no probaverunt deum ha  
 bere in notitia. Et ita concludit primam ratiōe ger  
 tiliū, non enim possunt gloriari de sapientia, imo  
 magis confundj, qz venerunt contra eam qz deordina  
 tissimam, et turpissimam vitam.

Secundo vero agit de iudicandi potestate et iudicia  
 h; ac imperiaj excellentia, ostendendo qz nec ppter is  
 tam poterant se gentiles pferre; imo potius timere  
 et erubescere. Et hoc facit a principio cap. secundi quē  
 incipit. Propter quod inexcusabilis est o homo qui iu  
 dicat. usqz ad locum ubi scribit non enim est acceptus  
 psonarum apud deum. ibi enim ostendit qz iudicantes  
 alios seu alijs imperantes non habent unde gloriantur  
 sed potius unde timeant, qz e ipsi non effugient iudiciū  
 dei. Cum similia, imo deteriora agunt. Deinde oster  
 dit qz no debent ppter hoc non timere, qz in hac vita prospe  
 rant, Nec vident divinam vindictam. Hoc enim est ~~omn~~  
 ta ex

Ita ex diuina longanimitate & patientia, et ides  
subdit (an diuitias bonitatis eius et patientiæ etc)  
deinde autem ostendit q. non euadent finalem vindic-  
tam cum subdit (secundum autem duritiam tuam,  
& sic exclusa est ratio secunda, qua gloriabantur genti-  
les Romani et greci sup. Iudæos.

3<sup>o</sup> agit de lege scriptura quantum ad decalogum  
contentum in duplici tabula, ut ex hoc excludat pri-  
mam rationem, qua se preferabant Iudæi, et hoc faci-  
at illis locis (non est enim acceptus personarum) usq.  
in finem cap. 2. ostendit enim q. uel legem habuisse  
in tabulis, uel scriptam, et eam fuisse transgressos  
sicut Iudæi transgressi sunt, nulla gloria fuit, imo  
e conuerso non habuisse eam in tabulis, sed in corde  
et demonstrasse in operibus, sicut fecerunt multi ex  
gentilibus, maior gloria fuit, et ad istam intentionem  
currunt uerba Apostoli in hoc loco cum dicit (gentes  
que legem non habent ostendunt opus legis scriptum  
in cordibus suis etc.) et sic exclusa est prima ratio Iudæ-  
orum.

4<sup>o</sup> agit de circuncissione et ceteris ceremoniis con-  
tentis in lege Moysayca q. hoc excludens secundam ratio-  
nem, qua preferabant se fideles Iudæi gentibus fidelibus  
et hoc facit a principio cap. 3. Quidam plius in des  
est, aut que utilitas circuncissionis? usq. ad finem eius  
ubi enim ostendit, q. si lex et circuncissio fuerit data  
gentibus

Agis ad utilitatem eorum. Non tamen ex hoc gentiles  
 precellerunt pro eo q. ad huc remanebant sub peccato  
 testante propheta omnes declinauerunt simul in uicium  
 facti sunt etc. Deinde concludit q. nunquam per legem  
 siue per legales obseruantias fuit iustitia dei; nec p  
 opera legalia: sed semp per fidem mediatoris, quam e  
 tram saluerunt gentes quae saluae factae sunt sicut et  
 Iudaei; et allegat q. non tantum fuit deus Iudaeorum  
 imo & gentium; et sic illa ratio est exclusa  
 quinto autem agit de fide Iesu Christi et ipsius  
 iustitia, seu efficacia, ostendendo exemplo Abrahae q.  
 sola fides Iustificat: et non lex, nec circumcisio, nec  
 aliquid aliud, q. scriptum est de Abraham, q. credidit  
 deo, et reputatum est ei ad Iusticiam, et tamen hoc  
 dictum est ad Abraham ante circumcisionem, et ante  
 legem datam. & Reputatus est iustus ex hoc q. cre  
 didit deo contra omnem spem q. fieret pater multae  
 gentium. ex quo euidenter concludit, q. et reputabitur  
 ad Iusticiam nobis credentibus contra omnem sensum, et  
 supra omnem rationem in eum, qui suscitauit dominum  
 nostrum Iesum Christum a mortuis, q. non tantum pro  
 pter eum scriptum est, credidit Abraham et reputatum e  
 ei ad Iusticiam, sed etiam pro omni credente, q. posita  
 causa ponit effectus, et de similibus simile est iudicium  
 et hoc facit Apostolus p. totum caput 4. ex quo inferit  
 in principio quinti capitis conclusionem principaliter  
 intentam in tota epistola scilicet q. Iudaei, et gentes con

Veri ad fidem debent habere pacem qz pares sunt  
ut Iustificati p fidem. et non solum debent habere in  
ter se pacem. immo et gloriari de tribulatione. quam infi-  
deles contra eos suscitarent. Et ides incipit caput illud  
Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad deum.

6 agit de modo iustificationis et forma ostendit enim  
qua via et forma. et qua ratione fides mediatoris ha-  
bet iustificare: et hoc alio ubi scribit post principium  
quinti caputuli. C ppter ea sicut p unum hominem. usqz  
ad finem eiusdem cap. ubi namqz ostendit p hominem  
pior. qz Christus Jesus habet iustificare fideles suos. qz  
magis uideret qz homo unus suo peccato. et sua culpa  
fidisset mortem in totum genus humanum. qz qz pleni-  
tudo gratie unius hominis uitam transfundat. et ius-  
titiam; magis enim deus pronus est ad miserendum  
et iustificandum. qz ad mortem inferendum. et conde-  
mnandum; sed culpa unius hominis scilicet Adami  
transfudit mortem et condemnationem in omnes ho-  
mines. ergo multo fortius sup abundantia gratie. et ius-  
titie. et meritum unius hominis scilicet domini nos-  
tri Iesu Christi potest transfundere Iustitiam in omni-  
sibi ad sperantes; ad herent autem sibi homines p fidem  
igitur fides Christi iustificat omnes.

7 agit de lege spiritus. que est lex noua. qz uera et  
nim qz fides iustificabat. et excluderat legem moysaica  
et ita uideret alienij. qz liceret sibi existenti infide-  
uice

vivere sicut uellet. et consequens peccare libere et de-  
 sideria carnis explere. propter quod ostendit existentes  
 in fide. et sub gratia ueteri lege euacuata. nihilominus  
 multo magis tenent uiuere uirtuose; non quidem ex  
 timore. quasi existens sub lege et gratia. Unde re-  
 probat ex intentione errorem illorum. et huiusmodi  
 predicant spiritum libertatis. illi namque spiritus liber-  
 tatem conuertunt. in seruitutem peccati; et in deside-  
 ria carnis. facit autem hoc Apostolus per 1<sup>o</sup> corinthios c. 6  
 et 7. usque prope medium septimi, ubi scribit (quod  
 ergo dicemus. Lex peccatum est. absit) probat enim  
 quod existentes in fide. quamuis non sint sub lege. sed sub  
 gratia. nihilominus tenent uirtuose uiuere; et abdicare  
 peccata. Primo quidem exemplo Christi. et ex sig-  
 nificatione baptismi. quod sicut Christus primo mortuus est  
 et deinde resurrexit. Mortuus autem propter peccatum  
 et resurrexit in uita noua immortalis. et ex tunc nunquam  
 morietur. Similiter Crispianus per baptismum submergitur  
 in aqua in signum quod morietur peccato. et deinde surgit ab  
 aqua. et induit nouis uestibus. in signum quod ex tunc de-  
 bet in nouitate uitae sanctae ambulare; nec amplius ser-  
 uire peccatis. Et hanc rationem adducit Apostolus in  
 principio sexti capituli. (quod ergo dicemus. usque ad me-  
 dium eiusdem ubi. nescitis quoniam cui exhibuistis uos  
 seruos ad obediendum. Secundo probat idem exemplo ser-  
 uo et Domini; cui enim homo diligenter studet obedire  
 et seruire eius dicit seruus. si ergo Crispianus exhibet  
 se

Se et membra sua ad obediendum peccato, iam non e-  
rit servus gratiæ, aut iustitiæ, sed potius peccati, dictum  
est autem qd, fides liberat a peccato, et facit Christianum  
servum Iustitiæ, et esse sub gratia, debet ergo obedire ius-  
titiæ, et gratiæ servire, et p̄ consequens tenet vivere  
s̄m virtutem, et detestari peccata, et ex consequenti et-  
iam patet, qd illa figressus de spiritu Libertatis implicat re-  
pugnantiam, qz non est sub lege Libertatis spiritus, aut le-  
ge gratiæ, quæ studeat servire contrariis spiritui, scilicet  
carni. Hanc autem rationem deducit a loco predicto  
(Nescitis quoniam cui exhibitis) usqz in finem cap. 6.

3<sup>o</sup> autem probat idem ex similitudine uxoris et viri  
Videmus enim qd, quandiu vivit vir uxor est alligata  
viro, ut non possit cum alio contrahere, sed viro ma-  
tuo statim potest. Nunc autem lex antiqua, quæ facie-  
bat vivere passionem in vobis prohibendo eas, et non  
ferendo gratiam, ipsa mortua est, per mortem scilicet do-  
mini nostri Iesu Christi ipsam evacuante, ergo et omni  
qui prius erant sub lege per sui prohibitionem facientes  
vivere passionem, ipsa mortua debet coniungi alteri qui  
resurrexit a mortuis, scilicet Christo domino, et p̄ conse-  
quens, ut nupto sibi debet facere fructum, et coniugere  
ac pariens sibi proportionalem fructum, ambulare in vo-  
luntate spiritus et sanctæ vitæ. Hanc autem rationem  
deducit a principio cap. septimi (An ignoratis fratres) us-  
qz ibi (quod igitur dicemus?)

4<sup>o</sup> agit Apostolus de lege peccati, sive de origine cul-  
pæ predictæ Legi contraria, Nunc enim lex est stimulus  
ac

ac Rebelis siue Lex membrorum, cui nec Iudgi nec  
gentiles, nec aliquis potest resistere sine gratia Christi,  
et in hoc excludit rationem tertiam Iudgorum contra  
gentiles; qui contemnebant eos ratione uita existima  
tes eos peccatores. ostendit enim q. homo carnalis est  
uendatus sub peccato, siue Iudgus, siue gentilis. et  
existit sub lege mortis et Tyrano carnis, cuius ponde  
re trahit ad peccatum, nisi per Christi gratiam adiuuat  
et ex consequenti non habet se Iudgus preferre gentili  
nec conuerso. facit autem a produlo locus. (quid ergo  
dicemus' usq. ultramedium cap. 8. ubi scribitur Scimus  
autem quoniam omnia diligentibus deum) nam primo  
ipse distinguit triplicem legem; primam quidem scriptam  
que ostendit peccatum, in quantum prohibet ipsum reuicere  
re, q. natura humana semper nitit in uictum.

Secundam uero legem spiritus siue mentis, tertiam uero  
legem membrorum, siue habituales, Stimulum, qui con  
trariat legi diuina; et legem mentis, in tantum q. nō potest  
Somo perficere quod mens dicitur, et imperat, sed semper  
mouet ad contrarium et peccatum, ex quo concludit, q.  
omnis Somo est infelix et subiectus legi mortis, et peccati  
et hoc facit ab illo loco (quid ergo dicemus usq. in fine  
capituli septimi. deinde uero ostendit q. ab ista seruitute  
et ab ista lege liberat sola gratia, et lex spiritus eius, et  
per consequens Christianus non debet seruire carni, nec  
uitam ducere uitiosam, et hoc facit a principio cap. 8.  
(nihil ergo nunc damnationis est, usq. ad locum ubi scri  
bitur Scimus autem qm̄ omnia diligentibus deum,  
nono

Non agere Apostolus de electione de gratia, ita et  
de predestinatione eterna. ex quo concludit tertiam  
rationem gentiliu contra Iudgos, qui gloriabantur de  
hoc q, Iudgis reprobatis, ipsi erant electi. unde osten-  
dit q, predestinatio divina ipsa est gratuita, et non ex  
meritis: et ideo non possunt gloriari gentiles q, sunt elec-  
ti. et Iudgi reprobrati, praeipue q, reprobratio iudgorum  
fuit gentilibus occasio salutis, q, enim Iudgi repulerunt  
Apostolos ex divino mandato conuersi sunt ad gentes.

de predestinatione) Durat autem iste tractatus a hoc illo (Scimus autem qm  
omnia diligentibus deum) usq, in finem cap. 8. et de in-  
cep. p. tria cap. usq, in finem capitis undecimj. In quo  
tractatu Apostolus primo praedicat predestinationis ef-  
ficaciam. dicens q, predestinatis omnia cooperantur in  
bonum, et q, nihil potest esse saluti electorum predes-  
tinatum contrarium. q, deus est pro eis. et ideo que-  
rit (quis contraus) et etiam nulla creatura potest  
charitatem auferre predestinatis: quae omnia osten-  
dunt predestinationis immobilis efficaciam. et hoc  
facit ab illo loco (Scimus autem quoniam diligentibus  
deum. usq, in finem cap. 8. Deinde autem osten-  
dit predestinationem quantum ad filios israel non esse  
frustratam, quamuis non sint ad fidem uocati, q, non  
intelligebat promissio facta Abrahami aut Jacobo de  
omnibus filiis eorum secundum carnem, sed de aliq-  
bus, qui etiam sunt uocati, quod ostendit ex duabus  
auctoritatibus scripturae, et hoc facit a principio nonij  
cap



capitis, quod incipit (Veritatem dico in Christo Jesu)  
 usque ad medium eiusdem, ubi scribit (quod ergo dice-  
 mus? deinde autem pro destinationem dei, ac repro-  
 bationem ostendit non esse iniquam, quod potest deus  
 facere, quod placet sibi de omnibus; et ides ex genti-  
 bus, et ex Iudeis aliquos elegit; aliquos reprobauit, si-  
 cut placuit; et sic ut prodixit per Osee prophetam; et pisa-  
 iam: et hoc facit a loco prodito uerum dicit, (numquam  
 iniquitas est apud deum, usque circa finem noni capitis  
 ubi, quod ergo dicemus, quod gentes, quae non sestant iusti-  
 tiam? deinde requirit reprobationis maioris partis  
 Iudaeorum causam potissimam primariam, quae fuit  
 quod offenderunt in lapidem offensionis, scilicet in Christum  
 et hoc facit a loco illo (quod ergo dicemus?) usque in  
 finem cap. noni. Deinde uero requirit eiusdem re-  
 probationis immediatam causam, quae fuit quod prece-  
 runt iustitiam propriam iustitiae dei, in quantum zela-  
 ti sunt legem; in tantum quod noluerunt Christum domi-  
 num recipere: unde quod mulatio legis non secundum  
 scientiam fuit causa, quod prececerunt iustitiam legis  
 iustitiae fidei; cum lex etiam secundum scripturas usque  
 tunc testamenti non iustificet, sed potius fides, et ad hoc  
 inducit Apostolus auctoritatem Moysi, et auctoritatem  
 Isaiae: et hoc facit in cap. x. per totum. Deinde uero  
 Respondendo ad rationem gentilium ostendit quod pro-  
 pter reprobationem eius mundi a gentibus, gentem iudai-  
 cam non esse contemnendam: tunc quod multi ex iu-  
 deis

deus erant uocati. et electi inter quos erat ipse met A  
postolus, et ceteri discipuli: tunc qz sicut Helias fuit re  
prehensus qz putabat se solum esse inter prophetas  
domini. et per consequens contra totum israel domi  
num interpellabat. Cui Responsum est qz plus qz sep  
tem millia uirorum relictis erant ad huc domino. Sic  
et omnis contemnens Iudgos reprehensibilis est pro  
qz multa (ut patet) reliquis <sup>eorum</sup> salua facta sunt. et e  
lecti ad fidem, quamuis ceteri execrati sunt: sicut pro  
dictum erat per isaiam; dedit illis deus spiritum com  
punctionis. et per dauid fiat mensa eorum coram ipsis  
in laqueum; tunc qz reprobatis Iudgorum salus est ge  
tium: et ideo non debent illis de reprobatione insulta  
re, sed magis Similes esse. et tunc ne ipsi exiendantur  
et reprobent. et hoc ostendit exemplo bona oliuz, et ole  
astri siluestris; tunc qz reprobatio iudgorum est pro isto  
tempore; sed in fine omnis israel saluus fiet, dum in  
trierit gentium plenitudo, et per consequens ex presen  
ti reprobatione non sunt contemnendi; tunc qz altitu  
do diuine sapientie, sapientia, et iudiciorum eius incom  
prehensibilis est a nobis; et ideo debemus mirari potius  
diuinam predestinationem que ad gentiles, et reprobati  
onem, que ad Iudgos, quam ex ipsa reprobatione debe  
amus Iudgos contemnere; et sic ex istis motiuis tertio  
ratio gentilium est exclusa, et hoc fit ab Apostolo per to  
tum caput. ii. a principio usqz ad finem, in quo pars pri  
ma executiua, que fuit intellectualis et disputatiua  
finit. et continet nouem tractatus, ut uisum est ~  
Sequitur

§. 3

20

Sequitur 2<sup>a</sup> pars principalis in parte executiva ubi procedit Apostolus exhortative, et moraliter ad eandem conclusionem, ad quam supra processu dyputative, et intellectualiter, ad hanc soluet q. fideles debent vivere in summa pace, et concordia, sine tunc luogij genere, sive Romani, uel greci, uel gentiles qui cumq. et incipit pars ista in principio capituli. et ibi enim mutat stilum, et loquitur exhortative dicens. obsecro uos fratres etc. Monet enim primo ad seruandum pacem, unitatem et concordiam cum equalibus et paribus, ostendendo qualiter quilibet debet se habere ad alterum, secundum gratiam differentiam a domino sibi datam: et hoc facit per totum caput 12. Secundo uero monet ad seruandam unitatem et pacem cum suis superioribus, et sub sublimioribus, et hoc per totum cap. 13. quod incipit. omnis anima potestatibus sublimioribus subditasit, et ibidem ostendit q. tributa superioribus sunt reddenda; et q. Christiani nihil habent debere alteri nisi solummodo charitatem. et occasione huius ostendit, qualiter omnis homo implet in dilectione proximi, et charitate. 3<sup>o</sup> autem monet ad seruandam pacem cum infirmioribus infide ac cum debilibus imperfectis. c. 14. per totum, quod incipit. infirmum infide sustinete. 4<sup>o</sup> autem monet ad istam unitatem, et pacem seruandam Universaliter cum omnibus, qz firmiores debent

sup

2<sup>a</sup> part secunde, que 4<sup>a</sup> continet precipua.

sequitur magis  
in continuatione

aliquid magis  
continetur

Supportare debiliores, et Iudgij gentiles, et sic gen-  
tiles Iudgos. et hoc pbat exemplo Christi domini, qui  
non sibi ipsi placuit, immo sustinuit impropria a  
Iudorum; qui etiam cum esset Iudgus ~~et ministeria~~  
~~etiam~~ nihilominus suscepit gentiles, sicut expresse  
dicit Isaias ppheta: et etiam psal. et hoc facit Ap<sup>l</sup>  
tolus a principio cap<sup>l</sup>. 15. quod incipit (debemus au-  
tem nos firmiores usq; ubi Certus sum autem ego  
fratres meij. ubi terminat tota executiva pars huius  
epistolę; que est secunda pars principalis. §. 4.

3<sup>a</sup> pars principa-  
lis excusativa.

3<sup>a</sup> autem pars epistolę est excusativa, nam excusat  
se de hoc, q; fideles existentes Roma, sic audacter  
ausus fuit corrigere, et monere; cum tamen nondū  
fuisset Roma, neq; eos vidisset; imo fuissent per a-  
lios conuersi, ides dicit q; hoc ausus est attentare q;  
institutus est <sup>universalis</sup> ~~universus~~ Apostolus gentium a Christo in  
tantum q; a Hierusalem usq; ad mare Illiricum per  
universas gentes p;dicauerat euangelium Chris-  
ti: Et ad huc intendebat descendere in Hispaniam,  
et tunc transeundi ueniret Romam: sed prius uole-  
bat ire in Iudgam ubi timebat de infidelib; iudgij;  
propter quod petit orationes, et suffragia Romanorū.  
et durat pars illa a predicto loco Certus sum autē

4<sup>a</sup> pars recommenda-  
tua et conclusiva. 4<sup>a</sup> uero pars et ultima, que est recommendativa et  
conclusiva durat p totum cap. 16. ubi ponit recomen-  
da

dationes aliquarum personarum; et salutationes alia-  
rum; sicut legenti patet. Et In hoc fine epistola ad  
Romanos

cap. 26  
De Diuisione Primae epistolae

ad Corinthios ~ §. 1.

Accedit iam prima epistola ad Corinthios. et post sa-  
lutationem, quae incipit (Paulus uocatus) et gratia-  
rum actionem pro sapientia et facundia, quam deus de-  
ditat fidelibus Corinthiis, quae incipit, gratias ago de-  
mes semp pro uobis, inchoat tractatus epistolae ubi scri-  
bitur. obsecro uos fratres per nomen domini mei Iesu  
Christi: in quo quidem tractatu intendit Apostolus  
decem conclusiones <sup>secundum</sup> decem materias, in quibus  
fideles Corinthij exorbitabant, et errabant, et prop-  
ter hoc de decem erroribus ab Apostolo arguunt: et est  
epistola tota controuersatiua Corinthiorum, et reprob-  
sentia. Unde <sup>iuxta</sup> ~~secundum~~ hoc diuidit in decem p-  
tibus principales.

Primo namq; deficiebant Corinthij circa sacramentum  
baptismi, et ipsius efficaciam, putabant enim q; ex sanc-  
titate ministri baptizantis esse et baptismus excellen-  
tior; et idē dicebant aliqui gloriantes, q; ipsi erant  
Pauli; alij uero Apollos, et alij Cephas: et alij prouide-  
tiores dicebant, q; ipsi erant Christi, et non curabant de  
ministri. Itaque ergo errorem reprehendit Apostolus  
In prima parte tractatus epistolae, quae incipit. obsecro  
uos

epistola ad Corin-  
thios decem con-  
tinet partes prin-  
cipales.

i. pars.

2<sup>a</sup>. Pars

uos, et durat usq; ibi. Verbum enim crucis pereu-  
tib; stultitia est.

§. 2

Secundo autem deficiebant Corinthij circa philo-  
sophiam. Et inanem, ac vanam sapientiam; multum  
enim studebant simplicitatem fidei reducere ad phi-  
losophiam, et condemnabant simplices fideles, quj  
non erant philosophi literati. Hunc q; errorem re-  
prehendit Apostolus in secunda parte multiplici rati-  
one. Prima quidem q; Verbum crucis non est ver-  
bum sapientia imo stultitia in ordine ad sapientes  
et prudentes istius seculi. Secunda vero q; placuit ip-  
si deo non per sapientiam, sed per stultitiam pre-  
dicationis saluos facere credentes, hoc est q; fidem  
que includere videt impossibilia; et per consequens  
stulta et fatua secundum sensum humanum. 3<sup>a</sup>  
vero, q; nec Christus dominus vocauit discipulos ad  
modum nobiles; uel multum sapientes, imo contem-  
ptibiles, et singulos elegit: 4<sup>a</sup> vero q; neq; ipse  
Paulus predicauit eis in multa sapientia; imo neq;  
iudicauit se scire nisi rem ualde simplicem, scilicet  
Christum Iesum crucifixum; <sup>cum</sup> et tamen ipse sciret be-  
ne loqui sapientiam inter perfectos; et describit que-  
dam et quantum; q; talem q; nec principes, nec philo-  
sophi suius seculi unq; potuerunt cognoscere, nec  
oculus uidit, nec auris audiuit, nec aliquis homo po-  
test illam percipere; sed solus dei spiritus, illam potest  
re

reuelare. et durat hęc pars a loco ubi scribitur. Verbum enim crucis percussit, stultitia est, usque in finem capiti primi, et deinceps per totum caput. 2. §. 3.

Tertio despiciebant Corinthij circa ministeriorum Christi <sup>et</sup> preeminentiam, disputabant enim inter se, et unus zelabat pro Apostolo Paulo preferendo eum omnibus alijs, alius autem pro quodam alio, qui dicitur esse Apostolus; et alius pro alio, et sic erant multipliciter diuisi. istum ergo errorem Apostolus reprehendit, primo quidem, quia bene uident paruuli in Christo, et non potentes recipere aut intelligere sapientiam eius, cum habeant talem zelum, talem contentionem, unde uanum est quod ipsi quererent sapientiam, et profundos sermones fidei Christi hanc; cum essent adhuc ita carnales, et non spirituales; quod de talibus disputa-  
rent: Secundo uero quia nec Apollo, nec Paulus, nec aliquis minister est aliquid, sed totum est deus, qui dat incrementum: 3. quia omnes ministri, et qui plantant, et qui rigant debent esse unum, et unus intendere; et ab uno deo mercedem propriam expectare. 4. quia omnes ministri erant equaliter omnium; et Paulus et Apollo, et Cephas, ideo non debebant diuidi propter eos. 5. quia ueniret dies dominum, et dies iudicij, qui declararet ex ministris quis esset melior altero, et ideo non debebant ipsi de Sacramentis disputare. 6. quia dato quoniam esset excellentior alio, non tamen debebant ipsi super hoc gloria

3. Pars

riari pro eo, quod nullus hoc habet a se, sed a deo. Unde interrogat, si accepisti, quid gloriaris, quasi non acciperis? 7. quod totus honor ex labore ministrorum erat Corinthiorum, unde ministri debebant subtrahere laborem esuriam, sitim, et ignominiam, ut lucrifacerem eos. Ultimo autem principaliter reprehendit eos auctoritate deusta inflatione, et zelo, ac contentione et dicitur ista pars tertia a principio cap. tertij, quod incipit (ergo fratres non potui loqui, usque in finem cap. tertij 4. §. 4

4. Pars.

4. deficiabant Corinthij circa fornicationem, et carnis immundiciam, <sup>quamvis</sup> quae enim sic indiant ad philosophicam sapientiam, et zelarent pro excellentijs ministrorum, nihilominus erant multum carnales et uacabant immundicijs, ac fornicationib. inter

consanguineos) tum ut aliqui accederent ad uxores <sup>proximorum</sup> suorum.

Hunc igitur errorem reprehendit Apostolus in parte quarta, loquendo et predicando contra fornicationes, huiusmodi fornicatores excommunicando, et multis rationibus probando fornicationem esse fugiendam, et dicitur illa pars per duo capita a principio quinti capituli, quod incipit, Communis audit inter uos fornicatio, usque in finem cap. sexti inclusive. §. 5

5. Pars.

5. Corinthij deficiabant circa matrimonium et uirginitatem, et eorum mutuam praegnantiam nam quidam pseudo Apostolus, qui predicauerat lo



rinthijs Paulo absente, intantum prefererant virgini-  
 tatem, ut damnarent matrimonium, afferentes q<sup>d</sup>  
 non licebat Somini tangere mulierem, etiam sibi per  
 matrimonium copulatam; et supra materia Co-  
 rinthij scripserant Apostolo volentes scire veritatem,  
 Sunc igitur errorem ellidit in quinta parte epistolae  
 agens diffuse de sacramento matrimonij; et de secun-  
 dis nuptijs; ostendens licitum esse contrahere, et qui-  
 busdam expediens propter periculum fornicationis, os-  
 tendens etiam qualiter tenet uir uxori debitum red-  
 dere; et econuerso, cum hoc tamen predicat excellen-  
 tiam Virginitatis inducens ad eam, pro modum consilij,  
 se ipsum etiam in exemplum adducens. et dicitur pars  
 ista per totum caput. 7. §. 6

6. Pars.  
 6. deficiebant Corinthij circa manducationem im-  
 molatorum demonijs, et circa ciborum indifferentias  
 Licet enim predicasset eis Apostolus, q<sup>d</sup> nullus cibus  
 erat discernendus; et q<sup>d</sup> sacrificia immolata idolis  
 poterant comedi a Christiano, q<sup>d</sup> idolum nihil est,  
 neq<sup>e</sup> etiam immolatum in se ipso aliquam sordem  
 aut immundiciam habet; nihilominus existali-  
 bertate aliqui excedebant; nam in fauorem genti-  
 lium, et idolatrarum fideles aliqui Corinthij come-  
 debant immolata demonijs, cum idolatris ipsis. ex  
 quo falso poterat oriri mala conscientia, uel in corde  
 ipsius met fidelis comederitis, uel in cordibus infideli-  
 um

um excusantium, q. Soc. fidelis illi faceret infa-  
uorem, et uenerationem idolorum; uel etiam in ca-  
dibus aliorum fidelium magis simplicium, qui prop-  
ter Soc. possent credere, q. idolis esset aliqua reuerē-  
tia exhibenda. Unde ppter scandalum aliorum. Et  
ppter periculum erat abstinendum: errorem ergo  
istorum excludit Apostolus in Sac. sexta parte Suius  
epistola, quae dicitur a principio octauis capitis, quod  
incipit. De his autem, quae idolis sacrificantur  
usq. in finem cap. decimi inclusive: In octauis namq.  
capite ostendit abstinendum esse a cibis sacrificatis  
idolis ppter scandalum, quamuis ipsum immolatus  
in se non sit immundum; dimitti enim debet lici-  
tum ppter scandalum; et ibi cōmendat etiam Corin-  
thiorum fidem, q. bene nouerant, q. idolum <sup>et</sup> nihil est.  
Et nihil erat: Reprehendit tamen eos, q. scientia eos  
inflabat, et abutebantur licentia data de comestione  
ciborum indifferenter; non enim abstinabant a cibis  
sacrificatis idolis, quamuis ex Soc. scandalizarent  
infirmis; contra quos concludit, q. si scandalizaretis,  
ea fratrem suum non manducaret carnes in q. per-  
nium. In 9. autem cap. q. dixerat ita arduū  
verbum de serpto, quod forte posset esse incredibile  
Corinthijs, maxime q. p. pseudo. Apostoli diffamabant  
eum apud omnes, uicinas induxit se fecisse simile  
inter eos abstinuisse scilicet a cibo licito ppter scan-  
da

dulum, poterat enim sumere expensas a Corinthijs  
 sicut ceteri Apostoli, aut ~~ducere uxorem~~ <sup>alias</sup> que pro  
 uideret sub, Et tamen uoluit se ab omnibus abstinere,  
 et proprijs manibus uictum querere, ut uilius e  
 uangelizaret eis, nec esset eis in onus, et incipit il  
 lud capitulum, non sum liber, ubi etiam multiph  
 ceter probat, qd predicator alijs possunt licite, et de  
 iure stipendia et uictum sumere ab eisdem. In de  
 cimo uero ingreditur sup materiam de uerbis ostenden  
 do p figuram Patrum egredientium de Agypto  
 et transeuntium per mare rubrum, qd uerbis et potu  
 fuit eis occasio idolatrando, et fornicandi, et tenta  
 di deum, ac murmurandi; Hoc applicatur ad pro  
 positum, qd etiam comestio talium immolatorum pos  
 set esse Christianis causa omnium peccatorum, a me  
 dio uero cap<sup>o</sup> decimi, ubi scribit (quid ergo deus ido  
 lis immolatum sit aliquid) usq; in finem cap<sup>o</sup> eius  
 dem determinat ueritatem quę sit ostendens in  
 quo casu, et quare licitum sit comedere de ido  
 latris, et in quo casu, aut quare sit illicitum,  
 et quid sit tenendum de discretionem ciborum. §. 7

Septimo uero deficiebant Corinthij circa sacra  
 mentum altaris, et eucharistie, et dispositionem  
 primam, circa eucharistiam enim errabant triplici  
 ter: Primo quidem qd accedebant ad eam uiri quida  
 cum capucio in capite, et mulieres econuerso capite  
 denudato, et uniuersaliter mos iste erat inter Corinthi  
 os

7 Pars.

os, qui in ecclesia <sup>sing.</sup> sibi communicarent, siue oraret  
siue prophetarent docendo, uel cantando semper habebant  
caput uelatum; mulieres uero totum per oppositum  
scilicet denudatum. Hunc ergo errorem reprehēdit  
dicit Apostolus docens q. debet esse totum contrarium  
a principio undecimi cap. quod incipit Cimitabores  
mei estote, usq. ubi Soc autem praecepit non laudat  
q. non in melius, sed in deterius conuenitis. Secundo  
errabant, q. in die communionis sumenda eucharis-  
tia sancta, in ecclesia ponebant mensas sine inde  
et post sumptam eucharistiam lauce comedebant  
alia uaria; ex quo frequenter inter eos erant con-  
tentiones, et percussus et Sgressus, quando satis co-  
mederant. ex quo etiam confundebant pauperes in  
praesentia ecclesiae; q. non poterant sibi similia diuisi-  
bilibus preparare. Et hunc errorem reprehendit ab eis  
praedictis (Soc autem praecepit) et deinceps, ubi dicit  
conuenientibus uobis in unum, iam non est domini  
carnem cenam manducare) etc. et ibi subdit (numquid  
domos non habetis ad manducandum, usq. ubi ego  
enim accepi a domino, quod et tradidi uobis. A  
errabant, q. non cum deuotione, et meditatione ac  
memoria passionis Christi, et examinatione propria  
conscientiae sumebant corpus domini, et eucharistiae  
sacramentum. Et hunc errorem et ab usum reprehēdit  
dicit Apostolus ab illis hoc (ego enim accepi a domi-  
no usq. ad finem undecimi cap. et sic in illo cap.  
Septi

Septima pars Suius epistolae complet. § 3.

8<sup>a</sup> autem deficiebant Corinthij circa gratias gratis  
 datas, et spiritualem materiam, quem errorem Apus-  
 tolus reprehendit in quarta parte epistolae tria capita  
 continente a duo decimo usq; ad finem decimi quarti  
 inclusive. errabant autem circa gratias gratis da-  
 tas a spiritu sancto, quae ab Apostolo appellat spiritua-  
 lis materia; Et idem incipit 5<sup>a</sup> pars epistolae (de spiri-  
 tualibus autem nobis vos ignorare fratres) errabat  
 namq; in tribus, primo quidem in collatione, quibus-  
 dam dicentibus, quia gratia dabant diversis fidelibus  
 pro merito eorum, et pro qualitate meriti ipsorum.  
 Sunc autem errorem Apostolus reprehendit p totum  
 caput. 12. ostendens discurrendo per omnes gratias  
 gratis datas, q; omnes illas operat unus atq; idem  
 spiritus, non pro qualitate ac merito personarum  
 sed discurrens singulis prout vult; et prout est utile  
 et expediens utilitati corporis totius ecclesiae. et ponit  
 Sane similitudinem de diversis membris in uno corpo-  
 re: concludens, q; sicut spiritus vitalis, qui est in cor-  
 pore diuidit per omnia membra ad diversa tamen  
 opera, quorum unum est nobilitas alio; nam in oculo  
 spiritus ille est principium videndi, et euehendi corp;,  
 et sic de alijs membris; sic spiritus sanctus diffundit  
 p totum corpus ecclesiae per diversas personas unum  
 faciendo pphetam; alium Apostolum, aliquando tribu-  
 endo gratiam sanitarum prout expedire, et est utile corpo-  
 ri.

8<sup>a</sup> Pars.

ri ecclesia: secundo uero errabant in huiusmodi  
gratiarum differentia et prelatione, nam preferre-  
bant aliqui prophetiam; aliqui sapientiam, alij gra-  
tiam sanctorum, et sic de alijs. Tunc autem errorem  
Apostolus repraesentat per totum caput. 13. ostendens qd  
ipti mittebant illam gratiam et illud charisma  
quod habet omnibus preferri, scilicet charitatem  
et amorem dei, et proximi. Ipsi enim parum curabant  
de ea, cum essent inter eos dissensiones, et scismata  
et potius alias dotes, et sufficientias preferabant, in-  
cipit ergo caput. 13. Si linguas hominum loquar  
et angelorum, charitatem autem non habeam, in-  
quod ostendit hęc preeminentia charitatis super omnia  
dona dei. Tertio errabant circa gratias gratis datas  
in eorum appetitu et emulatione; aliqui enim ma-  
gis emulabant, et desiderabant gratiam linguarum  
scire scilicet diuersa idiomata, qd habere gratiam  
prophetandi, gratiam predicandi, et docendi in eccle-  
sia, aut gratiam cantandi et legendi in ea coram deo  
aut gratiam orandi, aut cognoscendi occulta, et  
preuidendi futura. Hunc errorem excludit Aposto-  
lus c. 14. per totum, ostendendo qd multo utilior est  
gratia predicandi, aut psalendi, aut orandi in eccle-  
sia, qd loquendi diuersis linguis, et tibi prescribit mul-  
eres publice docere, aut predicare. §. 9

9. Pars.

9. Deficiabant Corinthij circa resurrectionem mor-  
tuoꝝ

tuorum et resurgentium gloriam, unde inter eos qui  
 dam negabant resurrectionem futuram, Sunc autē  
 errorem Apostolus reprēsendit in parte 9. Suius epis  
 tola, que in cap. 16. continet. ubi namq; primo osten  
 dit resurrectionem mortuorum futuram, ex hoc q  
 Christus surrexit; et Soc a principio capituli Cnotion  
 autem vobis facis fratres euangelium, usq; ubi (ergo  
 si, qui dormierunt in Christo perierunt; secundo  
 uerū pbat idem ex cōmuni spe omnium fidelium  
 q; secundum hoc, cum fides Christiana maxime  
 fuerit persecutiones passa, sequeret q; fideles, et ma  
 xime Apostoli infeliciores essent cunctis hominib;  
 nisi esset resurrectio mortuorum futura; in qua re  
 ciperent stipendium, et pro passionib; premium; et  
 Soc facit Apostolus ab illō loco, ergo et qui dormie  
 runt) usq; ubi, nunc autem Christus surrexit.  
 Tertio autem ponit ordinem resurgentium, a hoc  
 illo (nunc autem Christus) usq; ubi, alioquin quid  
 faciunt qui baptizantur. 4<sup>o</sup> uero regredit ad pro  
 bandum resurrectionem mortuorum, per consuetu  
 dinem fidelium, qui et baptizant, et pœnitentias  
 agunt, et elemosinas pro mortuis largiunt; que  
 omnia nihil essent, si mortui totaliter perirent.  
 et Soc facit ab illo loco (alioquin quid faciunt qui  
 baptizant, usq; ubi, sed dicit aliquis. 5<sup>o</sup> autem de  
 clarat corporum resurgentium qualitatem futurā  
 et modum, et Soc ab illo loco ~~alioquin quid faciunt~~  
 sed

10. Pars.

Sed dicit aliquis quomodo resurgunt mortui, aut  
quali corpore venient? usq; ubi, ecclesie mysterium  
vobis dico. Ultimo declarat resurrectionis tempus  
et spacium, qui complebit per tempus momentū  
et hoc ab illo loco, ecce mysterium vobis dico, usq;  
in finem cap. 15. ubi terminat nona pars principa  
lis istius epistolę. §. 19

10. vero deficiebant Corinthij circa <sup>eleemosinay</sup> ecclesiarum  
largitionem, et circa collectam ecclesie, que mitte  
bat in Hierusalem ad iudgum paupertatem, et  
primitivam ecclesiam; nam sicut legit in alibus  
primitiva ecclesia in Hierusalem ex Iudęis elec  
ta vivebat in paupertate, q; vendebant suas poses  
siones, et erant illis omnia cōmunia, et ides Chris  
tiani de diversis partibus <sup>eleemosinas</sup> ecclesie suas mittebant,  
Corinthij autem non disponebant ante adventum  
Apostoli, quid mittere vellent; sed expectabant eius  
presentiam, ut tunc fierent collectę; et hoc reperit  
die Apostolus. cap. 16. quod incipit (de collectis au  
tem, que fiunt in sanctos: deinde familiariter scri  
bit Corinthijs; de tempore, quo debebat ad eos veni  
re, et de Timotheo suo discipulo, qualiter debeat  
ipsum recipere, et Apollō episcopo, qui volebat ad  
eos redire ppter dissensionem eorum, et discordiam  
et p hoc monet eos, ut omnia facta sua ex charita  
te faciant; <sup>et</sup> recōmendat eis et duas personas multū  
devotas scilicet Stephanam et fortunatam; et regre  
na



eleemosina  
trahat eisdem de ecclesia submissa a Corinthijs, quam  
illz duas persona portauerunt. & infine ponit mu-  
tuas salutaciones, et optat eis gratiam Christi, et  
non diligentes Christum excommunicat, et anathe-  
matizat. in quo finit pars decima principalis pri-  
mz ad Corinthios, et epistola tota cap. 27

**De Diuisione secunda epistola ad Corinthios**  
Sequitur secunda epistola ad Corinthios in qua Apos-  
tolus summe familiariter scribit eis multa secreta, et  
multa familiaria suas perfectiones et excellenti-  
as eis aperiens, ratio autem huius familiaris ser-  
ipturae fuit prima quodam, qz in precedenti episto-  
la eos multum confuderat de reuelatione illius  
fornicarij, qui accedebat ad uxorem patris sui; se-  
cunda ratio, qz multum eos redarguerat de decem  
erroribz eos reprehendendo, ut uisum est: B. quos  
qz qz pseudo Apostoly, et falsi discipuly persuas falsas  
comendaciones, et supposito ebrium ac fictiones inter  
ipsos Corinthios huiusmodi magnam obtinebant, et e-  
rant in magna reputatione apud ipsos: A. autem  
ratio, qz prefati falsi discipuli nitebant famam  
Apostoly multum denigrare apud Corinthios, et ideo  
scribit istam epistolam familiarissimam, ut ipsos  
consolet, aperiendo suas secretas perfectiones de-  
25. conditionibz uirtuosus, et perfectionibz excel-  
lentibus beatus Apostoly familiariter apud Corinthios  
105

epistola hęc diui  
dit in .25. senten  
tias seu partes  
Principales >

1<sup>a</sup> Pars.

ios se cōmendat, & hęc epistola diuidit in .25. sen  
tentias, & particulas principales, quę continentur  
in .13. capitulis. Posita namq; salutatione, quę  
incipit Paulus Apostolus, sequit in narratione, pri  
ma Pars Principalis, quę incipit. Benedictus deus  
et Pater domini nostri Iesu Christi, in qua familiari  
ter aperit suam primam uirtutem, et excellentiā  
ostendendo quantam habeat, et habuerit in tollēra  
do patientiam; Hęc autem est uirtus nobilissima  
scilicet patientia in aduersis, quę pro ceteris Aposto  
lis fuit in Apostolo Paulo. et durat hęc pars ab is  
to loco. Benedictus deus, et pater domini n. etc  
usq; ubi, nam gloria nostra hęc est testimonium cō  
scię nostrę.

2<sup>a</sup> Pars.

In 2<sup>a</sup> autem parte aperiens secundam excellen  
tiam scribit quantam habeat, et habuerit in con  
uersando innocentiam, et conscientiam sinceram  
et hęc est uirtus ualde excellens, conuersari scilicet  
in pura et simplici conscientia cum hominib; quā  
non habent hypocrite, neq; illi falsi Apostoli. Sane  
uirtutem habebant; et cetero de ea p oppositum A  
postolus se cōmendat; et durat pars ista a prefato lo  
co; Nam gloria nostra hęc est. usq; ubi, Cum autem  
hoc uoluissem nunquid seruitate usus sum. §. 3

3<sup>a</sup>

In 3<sup>a</sup> autem parte aperiens tertiam excellentiam  
scribit quantam habeat, & habuerit in predicando  
et sermōinando ueritatis constantiam. Unde dicit  
sermo

7  
245  
Sermo noster qui fuit apud uos non est in illo est. et non  
sed in illo fuit. et durat usque pars a pro gallegato loco C=  
cum autem hoc uoluissem ) usque in finem cap<sup>is</sup> primi.  
In 4<sup>a</sup> autem parte aperiens excellentiam quartam  
scribit quantum habeat, et habuerat in reprehendē  
de beneuolentiam; non enim reprehendit eos, in pro  
cedenti epistola, ut eos contumelaret; sed potius bene  
uole cum multis lacrymis, et caritative, ut per  
huiusmodi tristitiam eos ad poenitentiam prouoca  
ret; et quod maxime facit hoc de fornicatore, quem  
tradiderat Satanae, in interitum carnis, in proce  
denti epistola. c. 5. Incipit autem particula quar  
ta in principio capituli secundi (Statui autem hoc ip  
sum apud me; et durat usque ibi, cum uenissem autem  
In 5<sup>a</sup> uero parte aperiens excellentiam quintam  
scribit quantum habeat, et habuerit in conuertend  
gentes ad fidem idoneitatem, et sufficientiam, unde  
dicit quod Christus odorem notitiae suae manifestat  
per eum in omni loco, et subdit et ad huc est tam ido  
neus. Non enim sumus sicut plerumque adulterantes  
verbum dei. et durat usque pars a pro gallegato loco (cum  
uenissem autem Troadem) usque in finem capitis 2.  
In 6<sup>a</sup> autem parte <sup>sextam</sup> excellentiam aperiens ostendit  
quantum habeat, et habuerit respectu consuetudinis  
et conuersionis ipsorum prerogatiuam, et pro ex  
cellentiam, dicit enim quod ipsi sunt sua epistola scripta  
Isti.

4<sup>a</sup>. Pars.

a  
5.

a  
6.

Spiritu dei uiui in tabulis cordis carnalibus; et ideo  
non indiget alijs comendatijs epistolis, cum ipsi,  
met essent epistola ipsum comendans; et incipit  
ta pars a principio capitis tertij. Incipimus igitur  
nos met ipsos comendare; et finit ubi, qui et idoneus  
nos fecit.

7. Pars.

In 7. autem parte aperiens septimam excellentiam  
scribit quantum habeat, et saluerit respectu moysi  
et Antiquorum patrum ministerij ac officij pre  
minentiam scilicet, quod est minister noui testamenti  
sicut Moyses ueteris. In nouo autem testamento glo  
ria domini non sub uelamine cernit, sed facie reuela  
ta oppositum ad uelamen, quod Moyses ponebat su  
per faciem suam in ueteri testamento. Introducit ue  
ro hanc excellentiam Apostolus, quod fecerat mentis  
nem de tabulis lapideis yptius Moysi et tabulis cor  
dis carnalibus Corinthiorum, in quibus epistolas suas  
scripserat ipse. Dicitque pars ista a prefato loco (qui  
et idoneus nos fecit ministros noui testamenti, us  
que in finem capituli tertij. s. 8

8. a.

In 8. parte. octauam excellentiam aperiens scribit  
quantum ex prefato ministerio concipiat, et conce  
pit sollicitudinem, et diligentiam, ex quo tamen de  
talem administrationem sibi commissit, dicit quod non de  
fecit, sed abdicauit omnia occulta de decoris, et tur  
pitudinis. Et uniuersaliter omnia, que possent ueri  
tatem euangelij impedire. Et hoc facit a principio ca  
pituli

partes quartae, quod incipit. Ideo Sabentes Sabent admi-  
nistrationem, usq; ubi Sabemus autem et Saurum  
in uasis fictilib;.

§. 9

9 Pars

In. 9. uero parte excellentiam nonam aperiens di-  
cit quantum concepit Similitatem, et subiacentias  
ex eodem officio. Non enim superbiunt ex eo, sed potius  
existimant se uas fictile expositum tribulationi-  
bus, et angustijs, Simulationi et mortificationi Je-  
su Christi, quod est contra illos, qui ex officio sibi co-  
misso superbiunt: et hoc facit a loco prefato. Sabemus  
autem et Saurum istam, usq; ubi, Sabentes eundem  
spiritum fidei, sicut scriptum est, credidi propter quod

§. 10

a  
10

In. 10. autem p<sup>a</sup> aperiens decimam excellenti-  
am scribit quantum spernit concepit, ex pro dulo offi-  
cio, et qualem confidentiam sperans tamen pro certo  
se esse suscitandum cum Iesu. et constituendum cu-  
eo: et q; id quod est momentaneum, et leue in tri-  
bulationib; quas sustinebat operaret in eo pondus  
gloria maximum, et g<sup>o</sup> eternum: et hoc facit a loco  
prefato Sabentes autem usq; in finem cap. quartae

§. 11

a  
11

In. 11. Parte aperiens undecimam excellentiam  
scribit qualiter suspirat ac desiderat celestem patri-  
am, et condemnat presentem uitam, Unde dicit se  
ingemiscere et desiderare habitationem, que de cae-  
lo est, q; si terestris domus dissoluit, q; eterna ab ipso  
in caelis desiderat, et istud desiderium sequit<sup>r</sup> spem, prop-  
ter

terquodistam excellentiam ordinate aperuit post  
precedentem, diciturque hęc pars a principio quinti  
capitis (Scimus enim quoniam si terrestri usque ibi  
ardentes igitur semp. et scientes. §. 12

12. Pars

In. 12. autem parte aperiens duodecimam excel  
lentiam scribit qualem habeat erga deum intentio  
nem rectam, et voluntatem puram: unde dicit quā  
diu in hoc corpore peregrinat a domino contendit  
illi soli placere; et ides suadet timorem dei homini  
bus, quia voluntas sua manifesta est deo, et monito  
rum deo. imo sperat quod sit manifesta Corinthiis,  
et hoc facit ab illo loco Cardentes, usque ibi. Chari  
tas enim Christi urget nos. §. 13

13.

In parte 13 aperiens decimam tertiam excellen  
tiam describit qualem habeat erga deum Christi  
Charitatem, et amicitiam; unde dicit se urgeri  
et stimulari a charitate Christi; et inducit tres ra  
tiones propter quas summe diligit Christum. prima  
quidem, quia mortuus est pro ipso, et pro omnibus:  
Secunda vero, quia omnia innovavit virtutibus et  
scientia, et veterem Legem evacuavit: 3.ª genū  
dum reconciliauit; et ides monet Apostolus Co  
rinthios, et hortat ut uelint per Christum deo re  
conciliari; diciturque pars illa a prefato loco (Chari  
tas enim Christi, usque in finem capitis quinti

In.

§. 14

14 Pars

In parte uero 14 aperiens excellentiam decimam quā  
 tam scribit quantum habeat in ordine ad proximum  
 exemplarem uitam, et latam ac fecundam doctrinā  
 in suadendo Verbo, et ostendendo factis et exemplo  
 omnem poenitentiam. Hoc facit a principio sexti  
 capituli, quod incipit (adiuuantes exhortamur, ne  
 in uacuum gratiam dei recipiatis, usque in finem ca-  
 pituli; nam de sui exemplari uita, quantum ad poeni-  
 tentiam dicit. In omnibus exhibeamus nosmet ipsos  
 sicut dei ministros, in multa patientia; etc. de sua uero  
 lata et patente doctrina quantum ad eandem poeniten-  
 tiam subdit. Cos nostrum patet ad uos o Corinthij, cor nos-  
 trum dilatum est.

§. 15

15

In 15. autem parte aperiens excellentiam decimam quā  
 tam scribit quantum habeat. Habuerit de fraterni  
 correctione gaudium et spiritum; Unde ait. capite nos  
 neminem lesimus, neminem corripimus; sequitur  
 gaudes, non quia conturbati estis, sed quia conturbati es-  
 tis ad poenitentiam; et durat illa pars per totam ca-  
 pitulum. 7.

§. 16

16

In parte uero decimasexta aperiens excellentiam  
 16. scribit quantum habeat mentem compassiuam, quā  
 multum sollicitus est de pauperibus existentibus in Hieru-  
 salem; quod Corinthij suas elemosinas mittant, et dicitur  
 Hec pars per caput. 8. et 9. in quibus capitibus agit de  
 elemosina, et monet Corinthios ad elemosinam faci-  
 endam in sanctos. Et primo quidem inducit eos per exem-  
 plos

plum aliorum fidelium scilicet Macedoniorum; secundo  
uero per exemplum et similitudinem ad dominum Iesum  
Christum, qui propter nos egerus factus est cum esset dives  
et hoc facit ibi. Scitis enim gratiam domini nostri Ie-  
su Christi, quam propter uos; Tertio monet eos prop-  
ter utilitatem, commodum et profectum, qui sequit ex ele-  
emosina ibi. Hoc enim uobis utile est, qui non solum  
facere. Quarto monet eos propter nunciatorum oppor-  
tunitatem, quod bonos et securos fratres mittit eis scilicet  
Titum, Lucam, Apollos, per quos poterunt suas elee-  
mosinas destinare. Et hoc facit a hoc uero (gratias ago  
deus nobis, qui dedit, usque ibi. Hoc autem dico, quod qui  
parce seminat etc. Quinto docet eos in faciendis ele-  
emosinas, quam intentionem sapere debeant, et quem  
modum ibi. (Hoc autem dico, quod qui parce seminat  
etc. Ultimo promittit eleemosinarum fructum, ibi  
qui autem administrat semen seminanti etc. Et  
tandem in fine noni capituli obsecrationem suam re-  
sumit de eleemosina fidelibus pauperibus in Hierusa-  
lem degentibus destinanda dicens Cypse ergo Paulus  
obsecro uos etc.

§. 17

17 Pars.

In 17. autem parte aperiens de uirgine septimam  
excellentiā scribit qualem habeat colluctationes  
et militiam, et quantum armorum spiritualium po-  
tentiā. Unde dicit quod non militat secundum carnē  
sed habet arma potentia destruere omnem munitio-  
nem, et altitudinem, que aduersus dei scientiam se-  
ex tollit, et potentia in captiuitatem redigere omnem  
in



intellectum in obsequium Christi. et durat illa pars  
 a principio cap<sup>is</sup> decimi (Rogo autem uos) usque ubi  
 ut autem non exultet tanquam terrere uos per episto-  
 las. In. 18. P<sup>te</sup> excellenciam. id aperiens scri-  
 bit quantum habeat non solum in scribendo, imo in lo-  
 quendo, nec solum absens, imo et presens uirtuosam  
 audaciam, ad corripiendum, et exsecrandum: et hoc fa-  
 cit propter pseudo-Apostolos, et discipulos falsos denigra-  
 tes famam eius, qui dicebant; quod epistolas graues et  
 fortes mittebat, sed sua presentia, et loquella erat co-  
 temptibilis, et infirma; contra quos dicit, quod qualis est  
 uerbo per epistolas absens, talis presens et in factu erit.  
 Duratque pars ista, a loco prefato (ut autem non ex-  
 ultet tanquam terrere uos per epistolas, usque in finem  
 cap<sup>is</sup> decimi inclusive. §. 19

a  
18. Pars.

In 19. P<sup>te</sup> excellenciam decimam nonam aperi-  
 ens scribit quantum habuerit ad receptionem stipen-  
 diorum custodiam; non enim uoluit stipendia a  
 Corinthiis recipere, ut non esset onerosus ipsis; et  
 ex hoc profert se pseudo-Apostolis, qui trans figura-  
 bant se in angelos lucis, ut passerent a Corinthiis, et  
 ceteris fidelibus pecunias extorquere: et in hoc pre-  
 ferere etiam ueris Apostolis, qui ipsi recipiebant stipen-  
 dia a fidelibus, sicut poterant, et illis licuit merari.  
 Durat autem hec pars a principio capituli undecimi,  
 (utinam sustineretis usque circa medium, ubi scribit  
 Iterum dico, ne quis me putet insipientem, in principi

a  
19.

pro autem capitis, quod nolebat se commendare, rogat  
ut supportent suam insipientiam, pro eo quod erat quod  
dam modo gemulus et Psephus de ipsis, quod falsos  
Apostolos, et discipulos audierant. §. 20

20<sup>a</sup> Pars

In 20. Parte aperiens 20 excellentiam scribit  
quantum pro Christo dominum sustinuerit laborem  
et poenam, et angustiam: in quo profert se omnibus  
alijs predicantibus Christum, quod plus ceteris labora-  
uit: et ibi ostendit, quod neque ex genere, cum ipse esset  
Sedignus Israelita, et semen Abrahę; neque ex officio, cum  
ipse esset Apostolus, et minister Christi, neque in labo-  
re cum fuerit in carceribus abundanter, et in morti-  
bus frequenter. Et in alijs laboribus, nullus ~~in~~ sub  
poterat se ipsum arroganter preferre. et durat illa  
pars a prefato loco (Iterum dico ne quis me putet  
et deinceps, libenter sufferitis insipientes) usque in fi-  
nem capituli undecimi, et ultra per principium duodecimi  
usque ibi. Veniam autem ad visiones dei. §. 21

21<sup>a</sup>

In parte autem 21 excellentiam 21 aperiens  
scribit quantum Sabuit, quod ad diuinas revelatio-  
nes excessum, et superabundantiam; unde dicit  
raptum se fuisse usque ad tertium cęelum, et illa pars  
incipit in loco, ubi scribit (Veniam autem ad re-  
velationes, et visiones domini, et durat usque ibi (et  
ne magnitudo revelationum extollat me) §. 22

22<sup>a</sup>

In 22. vero p<sup>te</sup> aperiens 22 excellentiam scri-  
bit

21

bit quantum habeat in tentationibus resistentiam, et  
continuum luctum, Unde dicit qd datus e illi stimu-  
lus carnis ipsum elaphizans. et durat illa pars  
ab illo loco et ne magnitudo, usq; ubi factus sum  
insipiens, vos me coegistis. §. 23

In parte autem 23. aperiens viceessimam ter-  
tiam excellentiam scribit quantum habeat ru-  
borem, et de suis comendationibus, et gloriationi-  
bus erubescitiam; Unde dicit se factum fuisse in-  
sipientem, quia ipsi debebant ipsum comendare, et  
oportebat qd ipse se ipsum comendaret ad correctio-  
nem eorum super contentionibus, et emulationibus  
et seditionibus, que ortum habent inter Corinthios  
ex hoc qd aliqui se ipsos preferabant; et famam  
Apostoli denigrabant; alij autem ipsum sustine-  
bant, et durat pars ista a prefato loco (factus sum  
insipiens vos me coegistis) usq; in finem duodeci-  
mi capitis inclusive. §. 24

23. Pars

In 24. parte aperiens viceessimam quartam  
excellentiam scribit quantum habeat aduersus  
peccata indignationem, et iram: Unde aperit  
sermonem suum, et suam indignationem dicens  
Sis qui ante peccaverunt et ceteris omnibus, quoniam  
si uenero iterum non parcam; an experimentum  
eius queritis, qui in me loquitur Christus. et durat  
illa pars a principio capitis duodecimi, usq; ubi  
ceteri fratres gaudete, perfecti estote. §. 25

24

In parte autem 25. et ultima aperiens vicessi-  
mam

25.

nam quintam excellentiam scribit, quantum  
diligat pacem, unitatem et concordiam: et hec  
nobilitissima est conditio, et valde virtuosa; et  
durat persista ab illo loco (fratres de cetero ga-  
dece id ipsum sapite, pacem habete, et deus pacis  
et dilectionis erit vobiscum, usque in finem episto-  
le, ubi concludit, Caritas dei, et communicatio spi-  
ritus sancti, sic cum omnibus vobis amen. in quo  
Secunda epistola ad Corinthios terminat

cap. 28  
De Diuisione epistolae ad galatas.

Intendit hęc epis-  
tola q. circuncissio  
et cetera legalia  
non sunt seruan-  
da cum euangelio  
et diuidit in. 5.  
partes ~

Sequitur epistola ad galatas, et intendit unam  
conclusionem, scilicet q. circuncissio, et cetera  
legalia nullo modo sunt seruanda cum fide,  
immo sunt omnino euacuata per Christum, itaut  
de cetero non sint obseruanda cum fide, immo sunt  
omnino euacuata per Christum, itaut de cetero ob-  
seruantibus sint in interitum ipso usu. et deducit  
hanc conclusionem in hac epistola pro eo q. galatas  
prius conuersi q. Paulum adueram et rectam fidem  
post modum decepti fuerant, per quosdam falsos  
predicatores, intantum ut circumcederent, et lega-  
lia obseruarent. diuidit autem presens epistola  
in quinque partes secundum q. ad istam conclusio-  
nem procedit per quinque modos ~

1. Pars.

In Prima namque parte procedit contra errorem  
circumcedentium se, et obseruantium legalia q.  
modum Prælati et Pastoris per censuram ecclesiæ

alticam et excommunicationem, & hoc facit a  
 principio epistola. Paulus Apostolus, usque ubi  
 notum enim vobis facio fratres; Nam et intro  
 ducit se ut Prælatum institutum, non ab homi-  
 nibus, sed per Jesum Christum dicens. Paulus A-  
 postolus nō ab hominibus, sed per Jesum Chris-  
 tum, & patrem; deinde autem admirat suple-  
 uitate, et errore illorum dicens. (miror quod sic tā-  
 cito transferimini; deinde vero aperit peccatū  
 et malitiam etiam subuersorum, et seductorum  
 & quos decepti erant galatæ; dicens quod non est ali-  
 ud, nisi quod sunt aliqui, qui vos conturbant. Dein-  
 de vero sententiam excommunicationis contra ho-  
 minem omnem tenentem, et docentem errorem  
 illorum; sive sit Angelus, aut Apostolus, vel ali-  
 us quicumque ibi (sed licet vos aut angelus de cœ-  
 lō) deinde excusat se, quod tenet ita rigidum mo-  
 dum; hoc enim est, quod non curat placere homini-  
 bus, sed soli deo. Unde subdit. Modo enim homi-  
 nibus suades, an deo. §. 2

In 2<sup>a</sup> parte Apostolus procedit ad eliminan-  
 dum errorem prædictum, ad modum Preconis E-  
 uangelii, et prædicatoris, quod per auctoritatem  
 et suæ doctrinæ revelationem, postquam excommuni-  
 cat hunc errorem sicut Prælatus confutat ipsum  
 per

2. Pars

per auctoritatem suae doctrinae, & suae praedicationis  
ut per eos euangelicus: et hoc facit a praefato  
loco, notum enim uobis facio fratres usque in fi-  
nem cap<sup>o</sup> secundi. ostendit enim suum euange-  
lium, et suam praedicationem esse authenticam  
ex sex conditionibus. Prima quidem, quod fuit ins-  
pirata, & hoc est quod in principio dicit. Nec enim  
ego ab homine accepi illud, nec didici, sed per re-  
uelationem Iesu Christi. et probat quod non didicerit  
ab homine, quod erat persecutor ecclesiae a principio  
& quod ante per tres annos quod uidisset aliquem Apo-  
stolum, aut alium, qui docuisset eum euangelium  
ipse iam illud praedicabat, sicut sibi dominus reue-  
labat. Secunda autem conditio suae doctrinae ac  
praedicationis est, quod fuit disputata cum illis, qui  
debant euangelij ueritatem noscere; et a Chris-  
to didicerant, et propter hoc subdit in principio se-  
cundi capitis. Deinde Post annos quatuordecim  
iterum ascendi Hierosolimam, et contuli cum illis  
euangelium; ne forte in uacuum currerem, aut  
eucurrissem. Tertia deinde conditio suae doctrinae  
est quod fuit a falsis fratribus impugnata, qui tamen  
non preualuerunt, & hoc ostendit ubi, sed nec Ite-  
rum qui mecum erat. 4<sup>a</sup> conditio sui euangelij et doc-  
trinae est, quod fuit ab Apostolis approbata, nec aliquid  
ad eam Apostoli principalissimi addiderunt, ut pote  
Pe

251

Petrus Ioannes et Iacobus; et Soc ostendit ibi (michi  
autem qui uidebant esse aliquid nihil contulerunt,  
quinta conditio Suius predicationis et doctrine,  
est q. fuit resistuntata et simulatione palliata, quod  
ostendit ibi, cum autem uenisset Petrus Antiochi-  
am. 6<sup>a</sup> conditio Suius doctrine est q. fuit p. Pau-  
li resistentiam confirmata et restituta, et osten-  
dit ibi. Sed cum uidissem, q. non recte ambularent  
ad ueritatem euangelij; et ex istis conditionibus  
intendit unam rationem, scilicet. illa doctrina abs-  
q. omni dubitatione tenenda est, quae fuit a solo  
deo inspirata, et cum principalioribus inter Aposto-  
los disputata, a falsis, fratribus impugnata, et  
tamen stetit, et ab Apostolis approbata, et post q. fu-  
it palliata a principali Apostolo, et capite ecclesiae  
post modum eo consentiente fuit restituta, et in  
sua claritate, ac sinceritate reposita; sed talis  
est mea predicatio et doctrina dicit Paulus, doctrina  
inquam, quam praedico et doceo, scilicet q. legalia  
non sunt tenenda cum fide; igitur o galatae Suius  
doctrinae non potestis resistere, nec debetis. et se-  
cundum hoc post sex praedictas conditiones suae doc-  
trinae, per quas probauit suam predicationem esse  
auctentiam, statim infert conclusionem intentam  
dicens. Nos natura Iudaei, et non ex gentibus peccato-  
res, et infert eam per hoc a maiori, q. si Iudaei o-  
pera Legis dimittunt propter fidem Iesu Christi, multo  
magis dimittere debent gentiles, q. magis debent il-  
g.

si seruare legalia, q̄st̄i. et p̄bat cā per sancti-  
tatem Christi, q̄ si teneretur seruare legalia Chris-  
tus fuisset minister peccati, qui ceremonias, et  
iudicia legis euacuauit, ut patet in euangelij.  
et p̄bat eam ex passione Christi, q̄ gratis, et sine  
causa fuisset passus et mortuus, si circumcisio, et  
legalia iustificare possent homines. et sic patet q̄  
licet per auctoritatem admodum p̄sonis euan-  
gelici, et ueridici p̄dicatoris hunc errorem eli-  
minauit. §. 3

3<sup>a</sup>. Pars.

In 3<sup>a</sup> autem parte sic procedit ad confutandum  
istum errorem admodum magistri, et doctoris, q̄  
per disputationem, et multiplicem rationem, et  
et hoc a principio tertij capituli, quod incipit (o in-  
sensati galata, usq̄ in finem quartij capituli.  
primo namq̄ obiurgatiue statuit conclusionem  
contra quam intendit disputare dicens. o insensa-  
ti galata: unde et eos uocat insensatos, et fasci-  
natos, ac incantatos. Et q̄ Iesum Christum a se re-  
legauerunt, et proseripserunt. et Percussus in se ip-  
sis crucifixerunt, ac vituperauerunt, ex quo cir-  
cumcisi fuerant post eius fidem susceptam, quia  
Christus sine circumcissione non sufficeret ad salu-  
tem. Secundo uero ibi. Hoc solum a uobis uolodis  
cere. Incipit autem istam conclusionem erroneā  
disputare, et inducit quatuor uias, Primo etenim  
inducit rationem quadrifariam, et infra quatuor  
clausulas. Prima ratio est hęc ex illis. Vos debe-  
tis



tis esse Iustificati o galatae, ex quo. et a quo accepistis  
 spiritum sanctum, quia spiritus sanctus per diffusio-  
 nem gratiae suae facit iustificare, sed constat quod spiritum  
 sanctum non accepistis, ex operibus legis, non enim  
 descendit super uos, quando fuistis circumcissi, sed potius  
 a principio cum audiistis, et recepistis fidem per  
 me. dicit enim descendit spiritus sanctus in uos  
 sicut et in ceteros credentes, ergo non ex circumcis-  
 sione et ceteris legalibus iustificamini, sed ex sola  
 fide Iesu Christi.

Secunda ratio est 5<sup>ae</sup>. Stultum est dimisso spiritu  
 consumari in carne, quia spiritus est qui uiuificat, ca-  
 ro autem non prodest quidquam. Iohannis. 6. sed uos  
 a principio incepistis iustificari in spiritu, nunc autem  
 uultis iustificari in circumcissione carnali. ergo  
 patet, quod estis stulti.

Tertia ratio talis est. Stultum est passiones ac tri-  
 bulationes, et aduersitates sustinere sine causa,  
 sed propter fidem Iesu Christi, sed quod uoluitis a prin-  
 cipio circumcidi multa passi fuistis, o galatae etiam  
 a Iudaeis, et conuicibus uestris, ergo si fides sine cir-  
 cumcissione non iustificat, sine causa tanta passi  
 fuistis. et per consequens conuincimini esse stul-  
 ti.

4<sup>a</sup> Ratio est. constat quod ex illo estis iustificati, cu-  
 ius merita, uirtutes, et miracula facta sunt in uo-  
 bis, sed constat quod uirtutes et miracula non sunt  
 facta inter uos ab his qui uos suadent circumcidi, nec

Virtute operum legis unquam aliquod miraculum  
fecistis, sed in virtute fidei, igitur non iustificamini  
ex his operibus, sed ex fide, et sic per rationem  
quadriformem probavit conclusionem inten-  
tam.

Secundo ubi (Abraham credidit deo) probat eam  
dem conclusionem per duplicem scripturam. ex  
prima arguit sic. per illud iustificavit homines  
per quod legimus Abraham iustificatum fuisse  
quod patet, quia dictum est Abraham, in te benedic-  
tur omnes etc. et quod etiam pater multarum  
gentium esset. ut per hoc innueret, quod qui erant  
iustificandi iustificarentur per similem modum  
ipsi Abraham per imitationem, sed constat quod Abra-  
ham fuit iustificatus per fidem, et non ex operibus  
legis, quia scriptum est, credidit Abraham deo, et  
reputatum est ei ad iustitiam. ideo qui unquam ius-  
tificant, et benedicunt ex fide cum fidei Abra-  
ham iustificant et benedicunt. et confirmat  
quod <sup>non tam</sup> legit in scriptura observantibus legem  
promissa benedictio, <sup>et non servantibus</sup> sed magis maledictio, quia  
scriptum est in deuteronomio, maledictus est qui  
non permanet in omnibus, que scripta sunt in  
libro legis fidei <sup>servantibus</sup> autem vita et benedictio repromit-  
titur. Abacuch. cap. 2. iustus autem ex fide vi-  
vit, Christus vero dominus ut tolleret maledic-  
tionem, sub qua erant qui non observabant legem

Voluit in se assumere male dictionem signi crucis  
 ut super credentes in eum iustitiae fides descende-  
 ret Abrahā benedictio. Durat autem triginta annis,  
 ab illo loco Abraham credidit deo, usque ibi fractus  
 secundum Somnium dico. ) Ex secunda vero  
 auctoritate arguit assumens unam propositionem  
 Summanam. scilicet quod testamentum Somnium postquam  
 est confirmatum, nullatenus immutatur. ex quo  
 per locum a minori inferre intendit, quod multo magis  
 testamentum dei, ex quo confirmatum est iuram-  
 ab ipso: tunc assume auctoritatem scripturae ge-  
 nes. 22. in qua continetur quod deus sub testamento est  
 firmatus per iuramentum re promissae plurimo  
 Abrahā. et quod benediceret ipsum, et quod multiplicaret  
 seminem eius, et quod in semine benedicerentur  
 omnes gentes. non dicit autem in seminibus quasi  
 in multis filiis. sed potius dixit in semine singula-  
 ritate, quod in uno semine. et in uno filio Abrahā qui  
 est Christus dominus debeant benedici omnes gen-  
 tes, constat autem quod ista promissa videtur iure iura-  
 do firmata; sicut ibidem scribitur, per me recepit  
 juravi dicit dominus, facta sunt per quadringentos  
 et <sup>30</sup> annos antequam daret moysi in monte synay  
 iure benedictio et hereditas, et multiplicatio filiorum  
 et per consequens iustitia data est Abrahā non iur-  
 tute legis, alioquin lex immutasset testamentum  
 et

et re promissionem; tum quod illi filij Abrahę, qui legem precesserunt, nec fuissent benedicti, nec heredes, nec Iustificati; tum quod non essent ex promissione et virtute illius testamenti hereditas, et iustificatio, sed virtute legis; et ita testamentum esset per legem verificatum, quod dici non potest. sequitur ergo quod non est filiatio Abrahę, nec iustificatio ex observantia legis: et quod posset aliquis existimare quod Apostolus vellet legem reprobare, et omnino asserere inutilem fuisse, ex quo iustificare, et vivificare non sciat, ides ponit tres utilitates legis. Primam quidem propter punitionem transgressorum, et peccatorum: Secundam vero conclusionem omnium hominum sub peccato; ut ex hoc omnes homines illum filium Abrahę desiderarent; de quo promissum erat, in semine tuo beneduent omnes gentes, scilicet Christiani et fideles. Tertiam quoque introductionem hominum ad fidem Christi, quod nisi lex precessisset, non haberet notitia de Christo venturo. Unde fuit quasi pedagogus ad modum, quo pueri informantur, et ob id advenientem fidem cessare debuit. Durat autem ista deductio a loco ubi scribitur. Fratres secundum hominem, usque in finem capituli tertij. Tertio vero in principio quarti capituli probat eandem conclusionem per consuetudinem Sumanam sic arguens. Sicut est in Sumanis, ita intelligendum est in spiritualibus. Videmus autem in Sumanis quod

quan

quandiu est Seres infans, et paruulus tractat sicut  
 seruus a tutoribus, et quantum ad modum uiuen-  
 di, et uestiendi, et utendi hereditate; quatenus sicut  
 seruus; postquam autem uenit tempus plenitudinis, ab  
 his tutoribus et subiectio nibus liberat, et efficit domi-  
 nus et liber, erga similia obsequentes sub elemen-  
 tis, et sensibilibus rebus circumcisionis, et sacrificiorum  
 et aliorum corporaliu[m] legalium inuiciliu[m] ad ius-  
 titiam, donec uenit temporis plenitudo, quo facti su-  
 mus filij et heredes per Christum. ) Probata autem  
 quibus tempus sit quo sumus filij ex collatione spi-  
 ritus sancti, quam nullus in principio ecclesie pote-  
 rat negare; quod dabat sub sensibilibus signis, et pro-  
 bari poterat ex euidencia effectibus. Durat autem ista  
 deductis a principio quarticapitis usque ibi, sed tunc  
 ignorantes deum.

quarto uero probat eandem conclusionem per qua[m]  
 dam figuram, et scriptura[m] allegoriam. Sed primo  
 eos obiurgat super ingratitude[m] dicens. Sed tunc qui-  
 dem ignorantes deum, usque ibi. fratres obsecro uos,  
 secundo autem demulcet eos, ut trahat ad uerita-  
 tem nunc obiurgando, nunc demulcendo: et hoc  
 facit ab illo loco Fratres obsecro uos, usque ibi. Dici-  
 te mihi, qui sub lege uultis esse. tertio ponit figuram  
 Et allegoriam, per quam ponit conclusionem inter-  
 tam quod sicut Abraham habuit duos filios, unum de  
 ancilla, et alterum de libera, sic deus duo instituit tes-  
 ta

tamenta unum ancillare et seruale in monte sy  
na, quæ fuit lex uetus, aliud uero liberum, spiritu  
ale, et absq[ue] omni seruitute per Christum scilicet  
legem nouam. Et tunc concludit q[ue] teste scriptura  
ancilla et eius filius debebant esse liberi, et filius liber  
debebat esse serus. Et per consequens lex antiqua  
debet euacuari, et obseruantia illius debeant  
galatis, et ceteris fidelibus tanq[ua]m inutilia, et nocua  
repu[n]dian. dicitur autem istud educto ab illo loco  
duite m[od]o, usq[ue] in finem cap[itu]li quarti. §. 4  
In 4. uero parte principal[iter] procedit Apostolus  
contra prædictum errorem, de obseruatione lega  
lium ad modum amici, et consultatoris paruulorum,  
~~Sanctorum~~ etate eorum denunciationem. et incipit  
pars illa, cap[itu]l[us] 6. in principio. State ergo usq[ue] circa  
medium sexti cap[itu]li. ubi dicit. Videte qualib[us] literis  
scripti uobis. Procedit ergo Apostolus per modum  
consultarij et amici denunciando multa incōmoda  
quæ sequuntur eos, qui uellent legem obseruare cum  
fide. Et multa cōmoda si permanere uelint, in  
sola fide: incōmoda ponit si uelint circūcid[er]i,  
et obseruare legem. Primum quidem q[uod] Christus  
nihil eis prodest. Secundum uero q[uod] obligati sunt  
ad uniuersam legem faciendam, quod est onus impo  
tabile: Tertium q[uod] iam non offere[n]t sub gratia, sed p[er]  
tius sub onere: quartum q[uod] iam non habebunt spem  
suam in spiritu, et Charitate, sed potius in circūcisiōne

4. Pars.

ne, cum tamen credentibus Christi nihil ualeat circū  
 usis aut propitiū, sed sola fides et Charitas illis  
 sub indifferentia remanentibus. Hęc autem in ista  
 da, enumerat a principio quincuplatis (Statere  
 usq; ubi (Currebatis bene;) deinde autem ex istis  
 in ista modis multipliciter persuadere ut ne credant  
 alicui suadenti circūcisionem legalium, sed potius  
 super hoc se corrigant: et secundam priorem uiam  
 currant: Et sic facit ab illo loco (Currebatis bene)  
 usq; ubi, Vos enim in libertatem uocati estis. Dein  
 de uero ponit multa cōmoda si uos hunc permanere in  
 sola fide circūcisione excluda. et est primum quod  
 1) occurrere in libertatem uocati absq; omnino re le  
 gis. Secundum q; totam legem seruabunt, et imple  
 bunt in uero uerbo. Diligendo proximum sicut seip  
 sum. Tertium q; ambulabunt in spiritu, et non in  
 carne. Et per consequens perficiunt opera spiritus,  
 et non carnis: et occasione huius ponit pro ex  
 emplo decem et septem opera carnis, et duodecim  
 fructus, opera et effectus spiritus, ostendens quibus, qui  
 sunt uere fideles Christi crucifixerunt carnem suā  
 ne ambulent in uitijs, et concupiscentijs, que sunt  
 opera carnis, sed potius ambulent in operibus spiritus  
 et in spiritu uiuant, et occasione huius ponit quas  
 dam spirituales eruditiones, ex quibus intendit per mo  
 dum amicit, et consularij concludere q; sit utile reiecta  
 carnis circūcisione, in sola fide permanere. et hoc fa  
 cit ab illo loco. Vos enim in libertatem uocati estis usq;  
 in

In finem quinti capitis, et deinceps per principia  
sexti usque ibi, videte qualibet literis scripti uobis  
mea manu. §. 5.

5. Pars.

In parte quinta et ultima procedit contra prefatum  
errorem ad modum Zelotypi et emulatois Iesu  
Christi. et idem per exclamationem. postquam enim con-  
tra dictum errorem processerat. ut Prælati in prima  
parte. et per sua doctrina auctoritatem, et conditio-  
nem ut præces euangelicæ in secunda p<sup>te</sup>. Et simul  
triplicem disputationem, sicut doctor excellentissimus  
in 3<sup>a</sup>. et per incommensurabilem denunciationem, si-  
cut amicus et consiliarius in 4<sup>a</sup> p<sup>te</sup>. Sic procedit per  
exclamacionem, sicut Zelotypus et emulus Iesu  
Christi. in hac ultima parte, quæ incipit. Videte quæ  
libet literis. istam autem totam partem scripsit ip-  
se manu propria, ut magis galatas muneret, præce-  
dentia uero usque ad humilimum solus dictauit, et  
notarius scripsit. exclamata autem primo con-  
tra pseudo Apostolos, qui inducebant illos ad cir-  
cisionem detegendo eorum infidelitatem, et tri-  
mudicatem dicens. propter hoc cogebant eos cir-  
cidi ut non paterentur persecutionem crucis Christi  
sicut ipse patebat, quæ cessationem legalium prædica-  
bat. Secundo uero exclamabat contra eos detegen-  
do eorum superbiam, et uanitatem subdens noluit  
uos circidendi ut in carne uestra gloriarentur. Secundo  
autem exclamata ad se ipsum super amorem crucis  
Christi. Superius gloriam, et uoluntatem dicens  
op.



oppositum ad pseudo Apostolos, qui volebant gloriari in  
 carne galatarum. Mihi autem absit gloriari nisi  
 in cruce Domini nostri Iesu Christi. 4<sup>o</sup> exclamatur  
 ad uniuersum mundum super circumcisionis et  
 preputij, et omnis rei alterius inutilitate, excepta  
 noua creatura apportata per Christum dicens. In  
 Christo enim Iesu nec ualet circumcisio. Quinto  
 exclamatur ad galatarum eorum super dando sibi pa-  
 cem et tranquillitatem, ne amplius ipsum molestant  
 ex obseruatione legalium dicens, de cetero nemo  
 mihi molestus sit. Ultimo exclamatur ad eos demop-  
 tans eis suauitatem gratia Christi, et ubertate er-  
 dicens gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu-  
 uestro fratres amen. Finis epistola ad galatas,  
 terminat

cap. 29.

### De Diuisione epistola ad ephessios

Sequitur epistola ad ephessios, et incendit unam co-  
 clusionem principalem, scilicet inducere eos ad gra-  
 titudinem super multis beneficijs sibi a deo collatis.  
 Unde sicut procedens epistola tota fuit reprehensua  
 propter errorem, in quem galatae inciderant, sic  
 ista epistola est commendatiua, et ad gratitudinem  
 inductiua, pro eo qd ephessij non receperunt presbiteros  
 falsos persuasores ad circumcisionem post euangelium  
 inducentes, sed potius in ueritate fidei perstiterunt  
 in multis uirtutibus, in quibus et in multis perfectiori-  
 bus

Intendit hanc e-  
 pistola inducere  
 ad gratitudines  
 pro beneficijs col-  
 latis.

~ dividit hęc e  
pistola in novę  
partes ~

1. Pars.

2.

bus subreuerunt. Duadit ergo presens epistola in  
partes novem. In Prima namq; parte Apostolus  
přmittit deustam. et reuerentem salutationem. Un  
deus cat ephessios sanctos. et fideles in Christo Jesu  
cum tamen supra scribendo galatis absq; omni cõ  
mendatione eorum. simpliciter dixisset. ecclesijs  
galatię. etc. §. 2.

In secunda autem parte inducit ephessios ex mul  
tiplici suscepto beneficio per Christum ad gratitudinē  
et gratiarum actionem. et incipit pars illa, Bene  
dictus deus. et pater domini nostri Jesu Christi; ubi pri  
mo <sup>ponit</sup> generalia beneficia collata cum totis fidelib; quę  
sunt quattuor; primum est celestis benedictio. de  
qua dicit. qui benedixit nos in omni benedictione spi  
rituali. Secundum qđterna přelectio. de qua sub  
dit. sicut elegit nos in Christo antemundi constitu  
tionem. Tertium filialis et caritativa adoptio  
de qua addit; qui přdestinavit nos in adoptionem  
filiorum per Jesum Christum: quatuor peccatorum  
remissio. et per consequens gloria ętherna adeptis  
de qua addit; In qua glorificavit nos in dilectis fi  
liis suis. in quib; habemus remissionem peccatorum.  
Secundo vero ponit specialia beneficia collata Apos  
tolo ibi; quę super abundavit in vobis in omni sa  
pientia; quę quidem duo beneficia fuerunt unum  
intrinsecus scilicet plenitudo sapientię. et prudentię  
quam contulit Apostolis př alijs fidelib;. et de hoc  
dicit. super abundavit in vobis in omni sapientia. *epistola*

antia: secundum autem fuit extrinsecum, scilicet ins-  
 taurationis omnium per ministerium Apostolorum,  
 quae per conversionem fidelium ministerio Apo-  
 stolorum facta, instaurati sunt caeli, angelorum repa-  
 rata ruina; et instaurata est terra in moribus et  
 doctrina, et de hoc beneficio subdit, ut notum nobis  
 faceret sacramentum, quod posuit instaurare omnia  
 in Christo, quae in caelis, et quae in terra sunt. Secundo  
 ponit peculiare beneficium collatum ipsis ephesijs  
 ibi. In quo nos etiam sorte uocati sumus; circa quod  
 beneficium primo dicit, quod in illa instauracione tanquam  
 instauracionis participes, Primo uocati fuerunt lu-  
 dei: Unde ait, Ut simus in laudem gloriae eius nos  
 qui ante sperauimus in Christo; secundo uero illius  
 instauracionis participes effecti sunt ephesij subdens  
 in quo et uos cum audissetis uerbum ueritatis, et in-  
 ducit eos ex susceptis per Christum beneficijs, tam com-  
 munitibus quam specialibus ad gratiarum actiones. §. 3  
 In 3.ª autem parte principalis, ut magis reddat eos  
 sollicitos ad gratias agendum inuenit gestu ualde dif-  
 ficile de tantis beneficijs habere debitam et sufficien-  
 tem recognitionem; et incipit pars illa, ibi. propte-  
 rea et ego audiens, ubi etiam ostendit quomodo sit  
 difficile ephesijs ut sufficientes deo gratias agant.  
 Primo quod ipse ad regrandum, eos adiurat. Unde  
 ait, non cesso gratias agens pro uobis; secundo et quod  
 pro ipsis orat ut seant illuminatos oculos ad cognos-  
 cendum gratiam quam deus fecit ipsis, et beneficiaque  
 usque

3. Pars.

quae deus contulit, tam uscaro, q̄ Sereditatem pro  
mittendo q̄ Christi magnitudinem et potentiam  
ostendendo; et in resurgendo a mortuis, et insede  
do ad dexteram dei patris; et in presidendo toti coe  
lesti curia; et influendo corpori ecclesiae, rogat e  
tenim deum, ut ephesij omnia ista cognoscant ad  
finem suum, ut amplius Christo sint grati, dicit ue  
ro hęc pars ab illo loco, (Propterea et ego audiens,  
usq̄ in finem capitis primi. §. 4

4<sup>a</sup>. Pars.

In 4<sup>a</sup> parte Apostolus docet ephesios status fidei  
ad status paganismi facere comparisonem ut cogn  
cant, quanta sit differentia, et ex hoc magis in Chri  
sto <sup>sint</sup> grati per quem uscati sunt ab illo statu, ad ultimum  
et incipit pars ista a principio capitis secundi. Et  
uos cum essetis mortui in delictis, unde ponit duas  
differentias inter statum paganismi, et statum fidei  
differunt enim sicut uiuum et mortuum; nam  
status paganismi, est status mortis propter delicta  
et peccata. In quibus uiuunt gentiles; status uero  
fidei est status uitae propter gratiam, qua conuiuifi  
cauit nos deus in Christo, et conresuscitauit etiam  
cum sedere facit in caelis. Et hanc differentiam ponit  
Apostolus a principio capitis secundi. Et uos cum  
essetis mortui, usq̄ ad medium, ubi scribit Propter  
quod memores estote. differunt autem secundo pe  
nes alienum a deo, et propinquum, et penes alie  
rum a populo Israel, et populo dei, ac testamento  
et promissione sanctorum, et domesticorum <sup>sunt</sup> ~~et~~

quum eidem. ephessij enim cum essent gentiles, et pa-  
 gami erant alieni a deo et a populo <sup>suo</sup> israel, et  
 quasi inimici, sed per Christum dominum, qui fecit  
 utraq; unum, et rupit medium parietem, et soluit  
 inimicitias, quae erant inter ipsos gentiles ex una pa-  
 te, et deum ex alia ac suum populum, facti sunt  
 ephessij propinqui, ut aut iam non sint suspici et  
 aduersi, sed ciues sanctorum, et domestici dei. Hanc  
 autem secundam differentiam ponit Apostolus ab  
 illo loco, Propter quod memores estote, usq; in finem  
 capitis secundi, concludere intendens, ex quo prius erant  
 mortui per Christum facti sunt uiuos, ex quo prius er-  
 ant alieni a domino et extranei per Christum facti  
 esse domesticos et propinquos, et ex consequenti qd  
 maxime tenent esse grati.

§. 5

In §. uero parte facit pro ephessijs deuotissimam  
 orationem, postq; eos monuerat ad gratiarum acti-  
 nem. Incipit pars ista a principio capitis tertij  
 Huius rei gratia ego Paulus, et durat usq; in finem  
 eiusdem capitis. ubi primo ponit suam sufficien-  
 tiam ad orandum, et obligationem, et confidentiam,  
 sufficientiam quidem, cum ait, Si tamen audistis dis-  
 pensationem gratiae dei, obligationem uero uerum  
 subdit, Misi autem sanctorum minimis data est  
 gratia hoc in gentibus, confidentiam autem cum  
 subdit, in quo habemus fiduciam, et accessum  
 Tertio etiam subdit orationem ipsam, ad quam p̄tē  
 uerat se sufficientem et obligatum dicens. Huius rei gr-  
 atia

§. Pars

gratia flecto genua mea; in qua oratione postulata  
a deo patre ut det ephessijs virtutem fidei per quam <sup>eorum</sup> Cr  
istus inhabitet et corroboret in cordibus uestris, di  
cens ut det uobis secundum diuitias gloriae suae etc.  
et postulat pro eis virtute charitatis et dilectionis  
subdens, in charitate radicati et fundati, et postu  
lat pro eis donum sapientiae, et scientiae, et plenitudi  
nem donorum ceterorum, ~~et~~ spiritus sancti subdens  
ut possitis comprehendere etc. Et ultimo recurrit  
ad deum patrem ut suppleat orationem suam, quan  
tum ad bona cetera, in quibus reputat orationem su  
am insufficientem subdens, ei autem qui potens est  
omnia. Sic terminat pars quinta epistolae princi  
palis.

6. Pars

§. 6.  
In 6. autem parte ponit Apostolus in moribus gene  
ralem informationem, informat enim ephessios in  
diuersis virtutibus, et moribus in generaliter. et dicitur  
pars illa per totum caput quartum et quintum, us  
que ibi. Subiecti inuicem in timore Christi, monee  
autem ad decem virtutes per ordinem: Primo qui  
dem ad uirtutem mansuetudinis et humilitatis  
dicens. Obsecro itaque uos, ut digne ambuletis, sequi  
tur. cum omni humilitate et mansuetudine; Se  
cundo autem moneat ad uirtutem charitatis, pacis  
et concordiae, et ad spem <sup>et</sup> unitatem scilicet in uincu  
lo pacis. Inducit autem ephessios ad spem et unita  
tem quia sunt unum corpus in Christo, et quidem spe  
rant. scilicet eandem salutem aeternam, <sup>propter</sup> ~~et~~ uni  
tatem domini cum unitate fidei; et unitatem sacra  
men.

membrum: et propter varietatem donorum, quae ordi-  
 nal' ad consummationem unius corporis ecclesiae,  
 et propter unitatem augmenti, quae sine caritate  
 et unitate nullus potest crescere, aut augeri in corpo-  
 re ecclesiae, quae caritas est nervus ille, et illa iunc-  
 tura, per quam totum corpus ecclesiae compactum est  
 et connexum. Tertio uero monet ad uirtutem  
 pudicitiae, castitatis et honestatis, cum subdit, Ille  
 igitur dico et testificor, ut iam non ambuletis sicut  
 et gentes ambulauit, sequi qui desperantes semet-  
 ipsos tradiderunt impudicitiae. Quarto monet ad  
 uirtutem ueritatis seruandae in ore, subdens propter  
 quod deponentes mendacium loquimini ueritatem,  
 Quinto monet ad ueritatem unitatis et patientiae sub-  
 dens, irascimini et nolite peccare. Sexto monet ad  
 uirtutem strenuitatis et operositatis sanctae, quae op-  
 ponit accidia subdens, qui fuerat iam non fuerit  
 magis autem unus quisque laboret manibus. 7<sup>o</sup> mo-  
 net ad uirtutem benignitatis seruandae in ore, et in  
 corde, in ore cum ait omnis sermo malus ex ore wes-  
 tro non procedat. In corde cum subdit, et nolite con-  
 tristare spiritum sanctum dei, in corde et ore simul  
 cum ait omnis amaritudo et ira dei est, usque in finem  
 capitis quarti. Octauo monet ad discernendum et dis-  
 tinguendum exemplaris ueri a falso diuersitatem  
 unde uerum exemplar, quod debemus imitari Christus  
 dominus est et deus, pro quo dicit in principio capitis,  
 quinti estote imitatores dei sicut filij carissimi, et am-  
 bulate

Sate indilectione est: falsum autem exemplar<sup>us</sup> q  
ominino debemus fugere est conuersatio uitiosa  
quam seruant pagani & gentiles et admonet eph  
essus ut dimittant tenebrosam conuersationem  
gentilitatis, quam prius habuerunt, concludens q  
illud quod fit ab eis in occultis turpe est in te, et  
durat illa monitio fornicatio autem, et omnis  
immunditia, nec nominet in uobis, usq; ad hunc  
ubi scribit. Videte itaq; fratres.)

Nono monet ad uirtutem prudentia, et ad cautela  
et sagacitatem habendam uens. Videte quomodo  
caute ambuletis, non quasi insipientes, quoniam  
dies mali sunt propterea nolite fieri imprudentes  
etc. Decimo et ultimo prohibens ebrietates et in  
temperantiam monet eos simul ad uirtutem sobrie  
tatis orationis, contemplationis et laudis, nolite  
inebriari uino, sed implemini spiritu sancto, loquen  
tes uobis metipsis in psalmis, hymnis et canticis spi  
ritualibus. Et in hoc terminat informatio generalis  
in moribus et pars sexta principalis. §. 7

7. Pars.

In. 7. uero parte ponit informationem in moribus  
spiritualem pro diuersis personis, et statibus, et pro  
priam cuiuslibet eruditionem, informat enim uxo  
rem et uirum; patrem et filium; seruum et dominu  
unumqueng; secundum uirtutem sibi praeque debi  
tam & propriam ac proportionatam: Et durat pars  
illa ab illis uoc (Subiecti inuicem) usq; ubi (De esse  
uo fratres confortamini) monet enim primo uxores, ut  
ser



Seruent ad viros Virtutem reuerentia. Vnde dicit C  
 mulieres uiris suis sicut dicitur sint sicut domino) et  
 pbat Soc per subiectionem et reuerentiam, quam  
 Sabec ecclesia ad sponsum suum Christum dominum.  
 monet etiam viros ut seruent ad uxores suas uirtute  
 amicitie ne ipsas habeant odiosas. Vnde subdit vi-  
 ri diligite uxores uestras: Et Soc pbat per dilectio-  
 nem, quam Christus Sabec ad uniuersam ecclesiam  
 sponsam suam. Et per hoc quia et uxor sunt una caro  
 et per hoc quod dicit scriptura gen. 2. pster hoc re-  
 linquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxo-  
 ri sua. Monet autem filios ut seruent ad patres  
 uirtutem obedientia. cap. 6. Vnde dicit filij obedite  
 parentibus uestris. et pbat Soc per mandatum dei  
 quod est primum cui addit reprimisio cum dicit. Ho-  
 nora patrem et matrem. ut sis longquus sup terram.  
 monet uero patres ut seruent ad filios uirtutem be-  
 neuolentia et ne sint eis amari. Vnde subdit et uos  
 patres nolite ad iracundiam prouocare filios uestros.  
 monet deinde seruos, ut seruent ad dominos uirtute  
 fidelitatis et affectionis bonae. Vnde dicit. serui obedite  
 dominis carnalibus in simplicitate cordis, non ad ocu-  
 lum seruientes, quasi hominibus) dominos similiter  
 admonet, ut habeant ad seruos uirtutem sumilita-  
 tis. et tolerantia ac supportationis bonae. Vnde dicit  
 uos domini eadem faute seruis, remittentes minas.  
 Et pbat Soc, qz seruus et dominus habent in oculis es-  
 munem dominum, apud quem non est acceptio perso-  
 narum

§. 8

In. 8. autem parte Suius epistola regreditur Aposto-  
lus ad informationem ephessorum omnium ratione  
monens eos ad perseverantiam in fide, bonis moribus,  
et communionem; unde armat eos spiritualibus armis  
adversus diabolum, qui minatur subvertere fideles a  
fide et amoribus; de quo supra monuerat. et ideo  
rationabiliter regreditur post generalem, et specialem  
informationem factam superius, ad hanc specialem ar-  
maturam. Incipit autem pars ista a loco ubi scribitur  
(de cetero fratres confortamini, et durat usque ibi,  
(per omnem orationem, et obsecrationem orantes  
in omni tempore.) In armando autem hominem spi-  
ritualiter primo permittit armaturam necessitatem  
dicens, Sabemus enim fortem adversarium, et ad-  
dit (ut possitis stare adversus insidias diaboli, quod  
est vobis colluctatus est) secundo vero ponit arma-  
turae varietatem, et ponit sex arma. Primo cinqui-  
sum (stare ergo succincti; secundo lorica experimen-  
tum subdens (et induit lorica iustitiae. Tertio or-  
natum pedum dicens (et calciati pedes, quarto scutum  
pro teclivum ibi (in omnibus sumentes scutum, quan-  
to capitis defensivum, ibi et galeam salutis assumi-  
te. Sexto instrumentum inuasiuum subdens, et  
gladium spiritus. Et in hoc fine octava pars principa-  
lis.

9. Pars.

§. 9

In. 9. parte implorat Apostolus ab ephessiis ora-  
tionum suarum suffragia et ponit devotam conclusio-  
nem. Incipit autem pars ista, ibi per omnem oratio-  
nem et obsecrationem orantes pro omnibus sanctis  
et

22

Et prome. et finit in loco illo gratia cum omnibus, qui diligunt dominum nostrum Iesum Christum ubi epistola ad ephessios terminatur.

De diuisione epistolae ad philippenses <sup>cap. 30</sup>

Accedit epistola ad Philippenses. Intendit una conclusionem, scilicet animare philippenses ad tolerantiam passionum, et persecutionum pro Christo pro eo qui ipsi perstiterunt in ueritate fidei, nec receperunt falsos apostolos fidem subvertentes, sed potius pro Christo passifuerunt sicut Apostolus testatur et dicens uobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo pati amini. Diuidit ergo presens epistola in obo partes principales. Prima namq; pars est salutatiua et mititiua animorum, que incipit. Paulus et Timotheus serui Iesu Christi. Secunda uero est gratiarum alitua beneficiorum diuinorum, que Philippenses receperat a Christo domino; quia non solum receperant fidem sicut ceteri crederites, imo erant facti socij defensionis, et confirmationis euangelij. Fuit uictoriarum et aliarum tribulationum, quas sustinuerant pro Christo: unde peruenierant ad maiorem perfectiorem; quoniam etiam Apostolus orat continuo augmentari donec perueniat ad fructum iustitiae, et ad gloriam dei. Incipit pars ista, ubi Gratias ago deo meo, et durat usq; ubi. (Sicre autem uobis uos fratres

Intendit hęc epistola animare ad tolerantiam passionum ~ diuidit in .3. partes precipuas ~

<sup>a</sup>  
1. Pars.

<sup>a</sup>  
2

3<sup>a</sup>. Pars

§. 3

Tertia autem pars est reseratiua, et explicatiua secretorum, aperit enim eis per literas tamquam amicus statum suum. Primo quidem, quo modo vincula, quibus erat Romae ligatus, non erant ad confusionem suam; imo iam erant ad magnum profectum euangelij: quia multi, qui antea non audebant predicare assumpserant vigorem, et audaciam predicandi exemplo ipsius. et occasione sui ponit diuersas intentiones, et diuersa motiua, quibus aduersus Christi fides per euangelium predicat.

Secundo eis aperit spem suam, quia sperat per illa vincula, peruenire ad gloriam, et salutem. Tertio vero aperit eis, qualiter expectet eis pro Christo sustinere martyrium, et mortem; Unde dicit (nunc magnificabit Christus in corpore meo: Quarto aperit eis qualiter nescit quid eligat an mori, an uiuere pro Christo? Et dicit coartor enim e duobus) durat autem pars ista a hinc ubi scriptum est. Scire autem uobis uos fratres, quia quae circa me sunt magis ad profectum uenerunt euangelij. usque ibi (et hoc confidens suo.

§. 4

4<sup>a</sup>.

4<sup>a</sup> autem pars est animatiua ephessiorum ad martyrium, et ad tolerantiam aduersorum; Unde dicit in nullis terreamini ab aduersarijs. Hoc enim a deo uobis donatum est, ut patiamini pro Christo idem cer tamen habentes, quale et audistis. Quod istis in me duratque pars illa a hinc ubi scriptum est (et hoc confidens uentis scio, usque in finem capitis.

quinta

§. 5.

Quinta pars est informativa virtutum, et morum //  
 instruit enim ipsos in multis virtutibus. et dicitur illa  
 pars per totum secundum capitulum, quod incipit  
 Si qua ergo consolatio in Christo' ubi ergo monet ad  
 fidei veritatem dicens. Cui idem sapientis unanimiter  
 id ipsum sentientes: Secundo monet ad veram sumi-  
 litatem subdens, nihil per contentionem, nec per va-  
 nam gloriam, sed per similitudinem; et adducit ad hoc  
 exemplum Christi subdens. Hoc enim sentite in vo-  
 bis, quod et in Christo Jesu qui non ponderavit for-  
 mam dei in qua erat patri equalis, sed formam serui  
 accipiens semet ipsum exinanivit, et usque ad mortem  
 crucis se ipsum humiliavit; propter quod et deus illum  
 exaltavit. Tertio vero monet ad conseruandum  
 in omnibus operibus dei metum, et timorem dicens  
 Itaque Charissimi, cum metu et timore vestram salu-  
 tem operamini. quarto etiam monet ad conseruan-  
 dum in eisdem operibus dulcorem, vigorem, et exem-  
 plaritatis splendorem, subdens Omnia facite sine mur-  
 muratione, ut sitis sicut quarella filij dei, sicut lumi-  
 naria in mundo. Quinto autem, quod Apostolus scie-  
 bat eos esse perfectos in virtutibus, ne per istam moni-  
 tionem crederent Philippenses, quod minus <sup>existimaret</sup> ~~teneret~~ de  
 eis dicit et ostendit, quanti eos faciat asserens, quod ne in  
 uacuum curreret, nec cucurrit, nec in uanum laborauit  
 et quod gaudet, et congratulatur de ipsis, et quod libenter imo-  
 lat et uult offerri in sacrificus pro fide eorum, et quod ex  
 dilectione, quam habet ad eos mittet eis Timotheum si-  
 bi

§. Pars.

bi et eis amantissimum, et q, ad Sue ipsemet confidit in  
domino se ad eos uenturum, et q, mittit eis eorum epis  
copum epaphroditum de quo dolent Philippenses  
qz audierant episcopum infirmatum. §. 6

6. Pars.

Sexta autem pars est eruditiva et ad cautelam in  
ductiva Respectu pseudo Apostolorum, qz predicabat  
circumcisionem, et legalia debere seruari cum fide  
et durat pars illa per totum caput tertium, quod in  
cipit (De cetero fratres mei) ubi primo primum ex  
cusationem super hoc q, repetit hanc materiam de  
Legalibus, cum in alijs epistolis de hac materia fecis  
set sufficientem tractatum: excusat ergo se dicens  
mibi quidem non pigrum, vobis autem necessariū  
Secundo uero ponit suam eruditionem, et cautelam  
contra pseudo Apostolos, quos uocat canes, malos ope  
rarios, et derisorie concisionem, non circumcisionem  
qz nos sumus circumcisi in spiritu, non in carne, et  
Soc facit ibi (Videte canes etc).

Tertio ponit circa istam materiam suam intentio  
nem quantum ad id, quod tangit personam suam  
qz cum ipse circumcissus octaua die de gente Israel  
et Phariseus, et emulatus legis prius existeret, circum  
cisionem tamen, et legem contemnebat ut stercom  
ne Christum dominum lucraret: et Iubitiā, qz  
est ex fide eius, et societatem mortis, et passionis eius  
et gloriam resurrectionis ipsius. et Soc facit ibi (H  
quis alius uideat confidere etc) Quarto autem qui  
se

debat se commendasse, atque iactasse ponit quandam humilem excusationem dicens; quod ipse non se reputat perfectum; nec comprehendisse, sed nititur comprehendere, et prosequitur ac se extendit ad braviium supra uocationis: et hoc facit ibi. Non quia iam acceperrim etc. Sexto inuitat Philippenses ad sui imitationem circa contemptum legalium, et circuncisionis motum, ut non imitent inimicos crucis Christi; cuiusmodi erant, qui circuncisionem, et legalia seruanda predicabant; tales enim confidebant in carnalibus, et terrenis, non autem in coelestibus et in Christo. et hoc facit ibi. Circumcisiones meae usque usque in finem capitis.

§. 7

Septima pars est confortatiua et consolatiua oppressorum, et tribulatum, dudum est enim supra, quod Philippenses multa erant passi pro Christo, et patiebantur, et ideo indigebant confortatione, et consolatione. Durat autem pars illa, a principio quarticapitis, quod dicitur Citaque fratres mei charissimi, et desideratissimi, usque ibi gaudere in domino uehementer. consolatur autem eos. Primo quidem implorando personarum deusuarum auxilium et adiutorium, Clementis scilicet et Germani, et aliorum perfectorum uirorum, ut et ipsi debeant Philippenses confortare: Secundo confortat eos predicando aduentum Christi eis esse propinquum ad subueniendum ipsis. et hoc facit ibi. Gaudete in domino semper

7<sup>a</sup> Pars.

per iterum dicit gaudete dominus enim prope est) his  
enim inducit eos ad gaudium, et petit pro eis pacem  
Christi, quae exuperat omnem sensum, ut custodiam  
et usque ad Christi aduentum, qui appropinquat ad  
liberationem eorum. Tertio confortat eos osten-  
dendo qualiter debent habere liberum animum  
quod non debent de aliquo curare, nisi quod cogitent quae-  
cumque sunt uera, quaecumque iudicia, quaecumque iusta, et  
quaecumque sancta; et reliqua, quae ponit, et promittit  
quod si cogitatus deus pacis erit cum eis ad omnem con-  
fortationem ipsorum. §. 3

3. Pars.

3. Pars estultima estrememoratiua donorum a  
Philippensibus Apostolo transmissorum. Unde dicit se  
valde se fuisse gauisum de dono, quod misserant, in  
quo uidebatur refluuisse. Hoc est de nouo sensisse  
penuriam quam Apostolus exiens in vinculis tolle-  
rabat. Dicit autem non fuisse gauisum propter sui  
penuriam, cum sciret abiciendam, et penuriam pati,  
sed quod ipsi erant effecti participes meriti tribulationis  
suae. Et dicitur hoc pars a loco ubi scribitur gauisus  
sum in domino uehementer usque in finem epistolae,  
quae salutatione et postulatione terminatur

cap. 31  
De Diuina epistola ad colossenses

§. 1  
Sequitur epistola ad Colossenses, quae incendit unam  
elusionem, scilicet eos animare ad amorem Christi  
et suae fidei, pro eo quod a pseudo-Apostolo tentabantur  
et



Et inducebant ut circumcisionem acciperent et le-  
 galia observarent. Volens ergo Apostolus eos re-  
 trahere ab amore legalium, et ita resistere, quasi il-  
 loꝝ suasionibus moneret eos et inducit ad ad. S. 1. credens  
 fidei. Et Christum dominum diligendum ~ ~ ~  
 Dividit autem presens epistola in decem partes ~  
 Primo namq; eos inducit et alluciat per salutationem ma-  
 micabilem, et deustam, et incipit pars vlla (Paulus  
 Apostolus Jesu Christi. Secundo vero eos allucit et  
 inducit propter perfectionem multiplicem eis a Christo  
 collatam, et multiplicem gratiam, q̄ inter alios fideles  
 abundabant in fide, et spe, et dilectione in sanctos, et  
 crescebant, ac sacrificabant in omni perfectione, et  
 in hoc inducit testimonium cuiusdam discipuli; qui  
 conuerterat eos epaphra nuncupati, qui retulerat a  
 postulo perfectiones predictas de colossensib; ex quib; <sup>§. 2</sup>  
 dicit se meritatum orare pro eis. Et incipit pars vlla  
 gratias agimus des patri) dicit q; usq; tibi, gratias a-  
 genes des patri, qui dignos nos fecit) ~ ~ ~ §. 3  
 Tertio eos allucit et inducit per Christi commendatione  
 et excellentiam: et ponit excellentias Christi domini  
 quattuor. Primam q; sorti sanctorum et collegio nos  
 aggregavit: Secundam q; nos eripuit de potestate te-  
 nebrarum diaboli scilicet et inferni. Tertiam q; nos  
 transtulit et inseruit in regnum filij sui. Quartam  
 q; per Jesum habemus remissionem, et redemptionem  
 omnis peccati. ~ Deinde ponit excellentias Christi do-  
 mini

inducit et ami-  
 mat ad fidem  
 et amorem Chr-  
 isti domini.

dividit in .12  
 partes.

I. Pars

a  
 2

a  
 3. ad 7

mini Respectu dei patris, quæ sunt dua, prima q, est  
ipsius imago et speculum. Secunda q, est primum ema-  
nans ab ipso, et omnis emanationis principium, et  
ideo dicitur primo genitus omnis creature: deinde uero  
ponit excellentias respectu totius uniuersi, quæ sunt  
tres prima quidem, q, omnia sunt condita in ipso, tan-  
q, in causa exemplari: Secunda q, omnia sunt produc-  
ta ab ipso, siue in celo, siue in terra tanq, ab efficiente  
tertia q, omnia sunt post ipsum, et in ipso, et sub ipso  
tanq, sub causa conseruante.

Deinde uero ponit Christi excellentias in specialibus res-  
pectu corporis ecclesie quæ sunt tres. prima quidem  
q, est caput ecclesiam uiuificant. Secunda q, est primus  
genitus inter resurgentes resurrectionem annuncians  
Tertia q, ipse est deitatis locus proprius ecclesiam un-  
des pacificans, et reconcilians. et ex hoc inferendo in-  
ducit et allicit Colossenses ut in fide ipsius firmati, et  
stabiles permaneant. et dicitur pars ista ab illis locis (gra-  
tias agentes deo patri) usq, ibi (cuius factus sum ego  
Paulus minister) <sup>8. 4</sup> quarto uero eos allicit et inducit  
per sui ipsius sufficientiam et tolerantiam passionum  
pro fide, ad patientiam multam. ex hoc enim q, ipse in  
passionibus gaudebat, quas tolerabat pro Colossensibus  
pro eo q, ipse, et ceteris fidelibus ueram fidem prædicã-  
do, docuerat circumcisionem, et cetera legalia non debe-  
re obseruari. de hoc utiq, exempli Pauli debebant Christi  
diligere, et in ipsius passionibus gloriari, et circumcisionem  
et cetera alia legalia contemnere. Ponit ergo Apus  
tolg

4 Pars.

totus suam patientiam dicens (nunc gaudebo in passio-  
 nibus, et adimplebo ea, quae desunt passionum Christi)  
 deinde autem suam sufficientiam dicens (factus sum  
 ego Paulus minister secundum dispensationem dei  
 quae data est mihi. Duratque pars illa, ab hoc, in quo scribitur  
 et (cuius factus sum ego Paulus minister, qui nunc  
 gaudeo in passionibus) usque in finem capitis primi  
 quinto est alliat, et inducit per sui amicitiam et af-  
 fectionem puram dicens quod licet eos non uiderit in facie  
 nec e conuerso, tamen pro ipsis, et pro alijs, qui non ui-  
 derunt faciem suam, est summe sollicitus, ut in fide Christi  
 instent, et in cognitione, ac intellectu sapientiae, et  
 scientiae Christi impleant; et ne per uerba aliquorum  
 sublimia et falserata decipiant, et ratione diuina so-  
 litudinis subdit, quod licet sit absens corpore est tamen  
 praesens spiritu cum ipsis, et uidet mente, quod non sunt  
 firmati in fide, et si uideant ordinate uiuere, et ides  
 subdit quod debent esse radicati et fundati in uera fide  
 ne a seductoribus moueant. Durat autem pars illa  
 a principio secundi capitis (uobis enim uis stare) usque  
 ubi (uideate ne quis uos decipiat. Sexto autem eos al-  
 liat et inducit per Christi sapientiam, et scientiam  
 infinitam, nam pseudo apostoli, uidebant eos decipere  
 per traditiones humanas, rationes sensibiles et philo-  
 sophiam, ac <sup>illas</sup> firmatas et pueriles obseruantias, quae per-  
 cesserunt in lege, erant enim ex ipsis quidam Iudaei  
 et si arguebantur contra fidem, per elementa diuini mun-  
 di, i. per legalia, quae sunt puerilia, et per consequens  
 Sa

5. Pars.

6. Pars.

Sabent modum Alphabeti, et elementis: quidam  
autem ex ipsis erant philosophi, et ibi arguebant  
fidem per principia naturalia, et sensata tamen  
fallaciter, et per hominum traditiones, per propo-  
sitiones a philosophis traditas, et inuentas. monet  
ergo Apostolus ne ab istis decipiantur, sed attendant  
ad plenitudinem diuinitatis Christi, qui est caput o-  
mnis principatus et potestatis, et omnium ange-  
lorum, et per consequens sua scientia infinita tras-  
cendit omnem philosophiam, et omnem sapientiam  
pseudo apostolorum; et prosequitur quomodo per Chris-  
tum omnes fideles obseruant legalia quantum ad  
uerum intellectum: nam et circumcisi sunt, et expo-  
siti, non in carne, sed in spiritu, non a proputis cor-  
poralis, sed delictorum per baptismum, et resurrecti-  
onem Christi, et cetera legalia euacuata sunt, et ob-  
ligatio ad illa soluta est; quod Cyrogaphum decre-  
ti, et mandatum ipsorum tulit Christus de medio, et  
affixit illud cruce. et idem concludit, quod quicquid  
malum de cibis, et potibus, regum, et festis eccle-  
siasticis legalibus erant umbrę et similitudines que-  
dam figurales, quarum Christus dominus est corpus  
et ueritas, necesse uelut potest eos de istorum obser-  
uantia iudicare. Durat autem hęc pars ab illo loco  
(uidece ne quis uos seducat) uolens in similitudine  
Septimo eos allucit et inducit de tenore pseudo apostolo  
non ueritatem, et uitam simulatam dicens, quod tales  
se

7. Pars.

Seductores exterius veniunt in similitate et in regis-  
 ne angelorum, et tamen interius sunt inflati ex  
 reputatione sui generis, quod iudicant; et ex repu-  
 tatione suae circumcisae carnis; et ita non gloriantur  
 in solo capite Iesu Christi. et hoc probat, nam ipsi non  
 tenent illud, quod significat mors et passio Christi, quae  
 significat mortificationem omnium legalium, quae  
 praecesserunt tanquam alphabetum quoddam, et elemē-  
 tum puerorum; quod lex fuit pedagogus noster in Chris-  
 to; ut dicebat supra ad galatas 3. isti autem non  
 fundant se monendo homines ad observantiam lega-  
 lium, nisi in praecipuis et doctrinis hominum, et in sa-  
 pientia superstitiosa, et in similitate ficta, et vita  
 simulata. dicitur vero haec pars ab illo loco (nemo vos  
 seducat, usque in finem capituli secundij) §. 8

Octavo eos allicit et inducit per resurrectionem Ch-  
 risti, et sessionem gloriosam in caelis dicens, quod Christus  
 est sursum in dextera dei sedens, nullus fidelis debet  
 sapere, nec spem suam ponere in his, quae sunt super ter-  
 ram; sed in solo Christo domino, et per consequens ne-  
 que confidere debet in circumcisione carnis, aut cibis,  
 et potibus legalibus, et alijs ceremonijs, quae sunt purae  
 carnales, et pure corporales. et durat ista pars a inci-  
 pio tertij capituli (Igitur conversi estis usque ubi mor-  
 tificate ergo <sup>membra</sup> ~~corpora~~ vestra. §. 9

Nono eos allicit et inducit per moralem eruditionem  
 et salubrem doctrinam in generali datam docet enim  
 eos

8. pars.

9. Pars.

eos per quod debent mortificare et interficere quae  
uis peccata carnalia, fornicationem, immunditiam  
et libidinem. Secundo autem, quod debent deponere quae  
uis peccata spiritualia scilicet iram, indignationem  
mendaciam, et turpem sermonem, carnalia qui  
dem peccata debent interfici, quia procedunt ex inuen  
tibus carnis; sed spiritualia debent deponi, quia sunt  
quasi quaedam pondera spiritus et mentis. Tertio  
docet eos quod debent exuere, conversationem scilicet  
antiquam, et ueterem, et omnes artus eius; quae quidem  
conuersatus dicit uetus Somo. Quarto docet eos quod  
debent induere, scilicet hominem nouum, et nouam  
conuersationem, quae est ad imaginem et similitu  
dinem uiae Christi; In qua quidem conuersatione  
nullam differentiam facit sexus masculinus uel  
foemineus, sed nec populus gentilis, aut Iudaeus, sed  
nec ritus circumcisionis, aut praepucij, sed nec condi  
tio seruus aut libera, nec lingua barbarica, aut  
Latina. Quinto docet eos hae induimenta distin  
guere dicens, quae induimenta noui hominis sunt  
benignitas, Similitas, Modestia, patientia, et sic  
de alijs uirtutibus, quas Christus nobis, sicut nouus ho  
mo attulit, et portauit. Sexto docet eos omnia is  
ta induimenta succingere, et uincire dicens sup  
omnia Charitatem habere, quod est uinculum perfec  
tionis. Septimo docet eos omnia hae induimenta  
solare, et quadam decentia tenere; nam pax cordis  
et

Et gaudium in Brito, et gratitudo ac deuotio, et  
 spirituales cantus, ac laudis ex Sibus sunt, quae lini-  
 unt, et tenent in sua decentia et conseruatione om-  
 nes uirtutes, et ad ista ultimo monet. dicitat ergo  
 ista pars ac doctrina a loco ubi scribit: morti-  
 ficate ergo membra uestra usque ubi mulieres subdi-  
 ty estote uiris.

§. 10

Decimo eos allicit et inducit per moralem doctrinam  
 in speciali promulgatam, quantum ad omnem per-  
 sonam. instruit enim uiros et uxores, Patres, et  
 filios, dominos, et seruos, et unumquemque in sua  
 sua uirtute. Et dicitat pars ubi a loco ubi (mulie-  
 res subdit) estote uiris, sicut oportet in dominis usq[ue]  
 ubi (orationi instantes, circa principium quarticapi)

10. Pars.

Undecimo eos allicit et inducit per familiarem scrip-  
 turam, et orationum suarum requisitionem deusta  
 Requirit enim ut orent pro eis. et scribit q[ue] Titus suus  
 frater Charissimus, et Onesimus, quos mittit ad ipsos  
 omnia, quae agunt circa ipsum, nota eis facient, ut eis  
 solent corda ipsorum. et dicitat illa pars a loco praefat-  
 to orationi instantes, usque ubi salutat uos Aristarchus,

a  
11

Duodecimo, et ultimo eos allicit et inducit per salu-  
 tationem sanctorum fratrum, qui cum ipso erant) Cha-  
 rissimam, et intransitam; et per salutationem sua  
 manu conscriptam, et dicitat illa pars, a loco praefato  
 salutat uos Aristarchus usque in finem epistolae totius  
 De Diuisione, <sup>cap 32</sup> epistola ad Thessalonicenses

a  
12

§. 1

Nunc

Intendit hęc  
epistola quin-  
que conclusiones  
iuxta quas di-  
uidit in .5. p.<sup>tes</sup>

Nunc accedit epistola ad Thessalonicenses  
Intendit quinque conclusiones. illud enim est  
Sciendum, quod isti erant ualde perfecti uiri, quod non  
solum pseudo apostolos a se repulerant, imo et pro  
ueritate, et sanctitate fidei, quam seruabant sus-  
tinebant persecutiones, et bonorum direptiones  
et mores a concubis suis, et ideo Apostolus super  
eorum perfectione in presenti epistola gratias agit,  
et eos ad consolationem inducit; et suam dilectio-  
nem ad eos exprimit. In quattuor in quibus de-  
ficiabant eos corrigit; et in moribus eos informat, et  
instruit. Et secundum hoc epistola diuidit in .5. p.<sup>tes</sup>  
iuxta istas conclusiones.

i. Pars

Primo ergo Apostolus (salutatione premissa) mi-  
ne deo gratias agere super Thessalonicensium mag-  
nam perfectionem, et multa; quod erant perfecti  
in fide, in caritate, sustinentia spe, et in omni uir-  
tute, et sancta plenitudine spiritus sancti, quod erant ef-  
fecti imitatores Apostoli; et erant in omnibus, quod  
ad sanctitatem, et fidem famosi, et dicitur pars ista  
per totum primum caput. § 2

2

Secundo autem nititur ad consolationem et gaudium  
eos inducere, super tribulationibus, quas patiebantur  
inducit ergo eos ad gaudendum, quod in hoc facti sunt  
imitatores Apostoli ipsius; cuius gratia narrat per quod  
modum se habuit inter ipsos. Primo enim ad eos ue-  
niens contumelias, et passionem sustinuit. Deinde ue-  
to



ro. Non errores, aut immundicias sed uera ac sac  
 ta docuit. Deinde ab omni adulatione, et auaritia  
 et appetitu glorie immunus fuit. Deinde summum  
 amorem eis ostendit, qz non solum euangelium pro  
 uicauit, sed labores, et fatigationes inter eos sustin  
 uit. Et in omnibus ad eos se habuit sicut pater. et  
<sup>Sic gaudet de gaudio ipsorum</sup> ~~tunc exiuit ad gaudium ipsorum~~ <sup>ponderans</sup> quomodo ip  
 sis omnibus facti erant imitatores Apostoli, et non so  
 lum ipsius, imo et ecclesia primitiua, quae collecta e  
 rat in Hierusalem, et Iudaea. quoniam sicut illi a  
 Iudaeis passisunt, sicut Sabae in artibus Apostolorum  
 ita et ipsi erant a suis contribulibz afflicti, et itcirco  
 concludit, qz ipsi sunt sicut gaudium et sua gloria  
 et corona in presenti. Et erunt in aduentu Christi  
 in die Iudicij. ex quibus debent Thessalonicenses me  
 ritis consolari. Durat autem pars ista per totum cap. 2  
 Tertio nunc suam affectionem singularem, et suam  
 diligentiam erga eos exprimit edicens, qz ex nimio  
 amore ipsorum non potuit amplius sustinere, quin  
 etiam si maneret solus mitteret ad eos Timotheum  
 ad consolandum illos, ne mouerentur in tribulationibz  
 illis. In quibus iam ille praedixerat illos passuros, et  
 multa alia tangit, ex quibus exprimit suam dilectio  
 nem erga eos. scilicet qz multam consolationem rece  
 pit audiens a Timotheo, qz infide firmi stabant, nec  
 in tribulationibz deficiebant. Et qz nescit (iudicij)  
 quales et quantas gratias pro ipsis deo retribuatur. Et  
 qz

3. Pars.

quod tandem orat ut eos deus in omni Charitate mul-  
tiplicet. et eorum corda usque ad aduentum domini Je-  
su Christi corroboret, et confirmet. dicitur autem in  
ta pars per tertium cap. 3. §. 4

4. Pars.

quarto notat eos super quadruplici imperfectione cor-  
rigere. sicut enim communitas perfecta esset, et sanc-  
ta, aliqui tamen inter eos erant defectivos. erant et  
nimis inter eos quidam fornicarij, quidam autem ac-  
cidiosi et pigri, quidam uero super morte parentum  
et amicorum suorum nimis dolentes, et anxij; quidam  
etiam de nouissimis temporibus, et momentis aduentus  
Antichristi, et futuri iudicij erant nimis conferentes,  
et solliciti. corrigit ergo eos in his quatuor.

Primo quidem corrigit fornicarios dicens. Hoc enim  
est uoluntas dei sanctificatio uestra etc. Secundo uero  
acidosos ibi (Rogamus autem uos fratres ut operemini  
in manibus uestris. 3.º corrigit de morte parentum  
nimis anxios subdens. uolumus autem uos fratres  
ignorare de dormientibus) 4.º arguit disputantes  
de temporibus, et momentis, et de die iudicij nimis  
sollicitos subdens. de temporibus autem, et momentis  
etc. et dicitur illa pars a principio quarti capitis et per  
principium quinti usque ibi. (Rogamus autem uos fra-  
tres. Quarto autem <sup>§. 5.</sup> ultimoneuit eos in moribus)  
sicut decet instruere. non enim instruit sicut imper-  
fectos sed sicut perfectos scilicet ut superiores diligant  
imperfectos corrigant, infirmos suscipiant ad omnia  
et patienter se habeant, spiritum non extinguant  
p. 12

5. Pars.

prophetiam non spernant. Et similia, quae decem uiros perfectos. durat autem pars haec a prefato loco Rogamus autem uos fratres, usque in finem epistolae quae in salutatione fratrum terminat, et in postulatione gratiae domini nostri Iesu Christi pro ipsius Thessalonicensibus. cap. 33.

De diuisione epistolae 2<sup>ae</sup> ad Thessalonicenses. epistola secunda ad Thessalonicenses interdu<sup>ct</sup> principaliter unam conclusionem. scilicet eos informare de aduentu diei iudicij. quod ab aliquibus eorum dem credebat cito uentura ob tribulationes, quas sustinebant; praedixerat enim saluator. Matth. 24 loquens de die praedicta. Tunc tradent uos in tribulatione, et occident uos, et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Et tunc ueniet consummatio; ex hoc uero multum mouebant, et erant suspensi; et ob id Apostolus in presenti epistola oppositum, eos docet ponens multa, quae debent illam diem praecedere. Diuidit autem haec epistola in tres partes Prima igitur pars est commendatitia Thessalonicensium, praemissa quidem salutatione gratias agit Apostolus pro ipsis, et commendat eos primo de fidei ueritate et ueritate dicens. quoniam superereset fides uestra Secundo de mutua charitate Cabundat Caritas unius cuiusque uestrum in uicem. Tertio de patientia in tribulationibus et stabilitate subdens. Certe in uobis gloriemur pro patientia uestra in omnibus tribulationibus

Haec epistola informat de aduentu diei iudicij -

diuidit in 3. partes.

1. Pars

la

Sationibus, quas sustinetis. Quarto de premijma  
gritudine et immensitate danda eis in futuro  
iudicio dicens (ut digne habeamini in regno dei.  
quinto de aduersariorum iniusta poena futura, et  
uentura calamitate. ubi (si tamen iustum est  
(si pro quia, qz iustum est retribuere his quibus  
tribulant. Sexto Suius gratia agit de maiesta  
te Christi ad iudicium uenientes. ubi in reuelatione  
domini nostri? Septimo orat pro Martyrij hono  
re, et dignitate ut dat Thessalonicensibus, qui sa  
tot alia ad martyrium disponentia erant pro Christo  
passi. Et hoc facit ubi (In quo etiam oramus ut  
clarificet nomen domini Jesu Christi in uobis, hoc  
enim clarificatio in scriptis. refert ad martyrium  
et ad mortem, iuxta illud Joannis ultimo, signifi  
cans quia morte esset clarificatus deum. dicit  
autem hęc pars per totum caput primum. §. 2

2. Pars.

Secunda pars est reseratiua futurorum, et erudi  
tiua respectu nouissimorum temporum, et primo a  
gite de die iudicij predicens, q, non ita cito ueniet nec  
sic instat ut illi credebant, et ideo monebat, ne terre  
rent ex hoc, aut mouerent a principio secundi cap  
Rogamus autem uos, fratres est. Secundo agit de ad  
uentu Antichristi pugnare ostendens, q, ille pugnare  
et diem iudicij. ubi. quoniam nisi uenerit discessio  
primum. et reuelatus fuerit homo peccati. 3 agit de  
presentia cuiusdam Antichristi pugnare. scilicet Nero  
nis impij. et destructione Imperij Romani. ubi. et tunc  
quod

270

quid detineat scitis. quarto regreditur ad modum et  
qualitatem aduentus Anti Christi. ubi. et tunc reue  
latur ille iniquus. Quinto prae dicit qualiter et  
quomodo per aduentum ipsius seducunt Iudaei. ubi  
Et in omni seductione iniquitatis. Sexto concludit  
qualiter et ipse et Thessalonicenses. et ceteri ad fi  
dem conuerti tenentur de regnari. quia uenerunt  
per illum seducti. Et hoc facit ubi. Nos autem de  
bemus gratias agere deo. durat ergo haec pars per  
totum caput secundum. §. 3.

Tertia uero pars et ultima est informativa bono  
rum morum. et durat per totum caput 3. et ultim  
ubi primo implorat eorum suffragia. ubi. De cete  
ro fratres orate pro nobis: secundo monet et orat ut  
sabeant corda in obedientia. et in Caritate de se et  
in patientia de rella. ubi. Confidimus autem de uobis  
fratres in domino. Sequitur. Dominus autem dirigat  
corda uestra. Tertio monet ut abstineant et sepa  
rent se a quorundam societate peruersa, et inordina  
ta scilicet a societate pseudo Apostolorum, et hoc fa  
cit ubi. Denunciamus autem uobis fratres ut subtra  
hatis uos ab omni fratre ambulante inordinate. et  
ibidem describit de ordinationem talium. quia sunt in  
quieti et sciosi; et aliorum panem gratis manduca  
tes; cuius oppositionem ipse fecerat inter eos. Quarto e  
tiam illos monet, ut tales inordinatos non reputent  
inimicos, sed quia eos erripiant in caritate uera; et huc fa

3. Pars.

fauit ubi et nolite quasi inimicum existimare  
Quinto terminat suam epistolam in salutatione  
manu sua conscriptam, et in supplicatione. et o-  
ratione deuota, quam pro ipsis ad deum facit ubi;  
ipse autem dominus pacis det uobis pacem sem-  
piternam etc

cap. 34

De Diuisione Prima epist. ad Timotheum

§. 1.

Intendit epis-  
copum instrue-  
re precipue  
quantum ad  
septem; iuxta  
que epistola di-  
uidit in .7. §

Prima ad Timotheum intendit unam conclusio-  
nem describere scilicet qualiter se debeat habere  
episcopus. Et maxime superior ut pote Archiepiscopus  
uel primas in regimine suo Timotheus namque fu-  
erat ab Apostolo ordinatus episcopus ephessius que  
erat ciuitas metropolis Assie, et eccirca instruit eum  
qualiter se debeat habere in regendo. qd officium e-  
piscopale est officium propugnantis, respectu infi-  
delium; et est officium exorantis, et supplicantis pro  
populo in ordine ad deum; et est officium determi-  
nantis uniuersum ecclesiasticum gradum, et statum  
et est officium exemplatis et edificantis in ordine  
ad populum, qui habet exemplar illius imitari; et  
est officium dispensantis et prouidentis respectu pa-  
uperum; qd bona ecclesie bona sunt pauperum. qd  
episcopus dispensanda, prout unusquisque fidelium  
opus habet, ut patet ab eum. 2. et officium iudican-  
tis et condemnantis reum, quantum ad exterioris fo-  
rum: et est officium graduantis et docentis ueritate

moys

Morum. id est Apostolus in hac epistola Timotheum infor-  
mat quantum ad istos quinque artus. et secundum hoc  
diuidit epistola in septem partes.

i. Pars.

Primo namque Apostolus Timotheum docet qualiter de-  
beat resistere et impugnare errorem infidelium  
maxime Iudaeorum, qui uolebant fideles inducere ad  
obseruantiam literalem legalium, et dicit ut apud per-  
tohim cap. primum; ubi premitit salutationem dicens  
Paulus Apostolus etc. Deinde subdit in tantam exhor-  
tationem.hortat enim ipsum, ut denunciet pseudo a-  
postolos. et Iudaeos ne doceant fabulas, et genealogias  
et questiones interminatas, que pertinent ad legalia  
et hoc facit ibi. Sicut rogauit, deinde istius exhor-  
tationis subiungit rationem primam, quod tota lex, non ali-  
ud intendit nisi charitatem, peruenit cor, bonam con-  
scientiam, et fidem non fictam, nec ad aliud legalia  
ordinant, nisi ad figurandum ista, et quod falsi fratres  
predicti hoc non intelligunt, ideo in prefatione uanilo-  
quium conuertunt. Et hanc rationem ponit ibi. finis  
autem precepti) Tertiam rationem subdit ibi. scilicet  
autem, quod bona est lex; dicens quod licet lex bona sit non  
tamen posita est propter iustos, sed propter peccatores  
et enarrat diuersa peccata, que repugnant legi, que  
quidem pari modo repugnant euangelio. et sic patet  
quod lex illud idem intendit, quod euangelium scilicet bo-  
nos mores. Et ideo, qui moralia legis obseruat totam  
legem obseruat, quod aliud non intendit; qui autem seruat  
euangelium seruat legem, dato quod ceremonialia non ob-  
ser

seruet. Deinde ponit Apostolus de sua uocatione a Christo  
istis deuotissimam gratiarum actionem hac occasione  
quod Iudgos uisus est vituperare, et increpare tanquam de  
se ipso superbiendo: cum illis contemneret, et iocundo  
confiteretur se prius fuisse blasphemum, persecutorem  
et contumeliosum, et peccatorem, sicut et Iudgi nunc  
sunt. Et quod ipse in illis non remanserit non est sibi im-  
putandum, sed misericordis dei. et idcirco super his cre-  
dit gratias Regi sceulorum immortalis et ~~inuisibilis~~ <sup>inuisibilis</sup>; et  
hoc facit ibi, gratias ago ei, qui me confortauit etc.  
Deinde resumit suam exhortationem precipiens Ti-  
motheo, ut bene militet contra prefatos Iudgos. Et  
maxime cum bona conscientia, et hoc facit ibi. (Hoc  
preceptum commendo tibi. Deinde uero ostendit casum  
aliquorum, et deuiationem a fide propter defectum  
bonae conscientie ibi, quam quidem repellentes.)  
Secundo Principaliter docet eum orationi insistere  
et iugiter orare deum, et durat pars ista per totum cap-  
itulum ubi primo docet qualiter, et pro quibus debeat ora-  
re pro se ipso, quod pro Regibus et omnibus hominibus  
pro Regibus quidem, ut sub eorum regimine uitam  
quietam, et honestam agamus in omni uirtute; pro  
omnibus autem hominibus, quod saluati uoluerit uult o-  
mnes homines saluos fieri; et pro redemptione omnium  
se obtulit, et ipse uocatus Apostolus gentium predicator  
et doctor ita sciendum decreuit, facit autem hoc a prin-  
cipio capitis. (Obsecro uos.) usque ibi uobis ergo. Dein  
de Timotheum instruit, qualiter debeat informare ora-  
tionem populum, nam uiri possunt in omnibus orare leuan-

2<sup>a</sup>. Pars



De puras manus ad deum; mulieres autem orare debet  
 in habitu ornato cum verecundia, et sobrietate, et in  
 silentio, nec debent mulieres in publico discere, aut  
 dominari viris. quod probat per Adam, et euan.  
 Et hoc facit ab illo loco. (Vobis ergo viros orare) usq[ue]  
 in finem cap[itu]li secundij. §. 3.  
 Tertio vero docet eum disponere et ordinare omnem  
 gradum ecclesiasticum, et dicitur hoc pars per totum ca  
 pitulum tertium. ubi primo docet qualem episcopum debe  
 re ordinare eum aut, si quis episcopatum desiderat bo  
 num opus desiderat. ergo oportet episcopum irrepre  
 hensibilem esse, castum, primum etc. Deinde qualem  
 non docet in episcopum ordinare, q[ui] non illum, qui pri  
 us nesciuit semetipsum, aut domum suam regere, nec  
 nep[otes] p[ro]bitum, nec de crimine diffamatum; et hoc facit ubi  
 si quis autem domus sue p[ro]p[ri]e nescit) Deinde docet  
 qualem debeat ordinare diaconum ubi. Diacones si  
 militer) Deinde agit de uxorebus eorum ubi (mul  
 ieres similiter pudicas. Deinceps redit rationem qua  
 sic diligenter circa istam materiam informet eum fa  
 ut autem hoc. tum q[ui] forsitan tardabit venire ad  
 eum; tum q[ui] ecclesia est columna dei vivij; et firma  
 mentum veritatis. continet Christi dignissimum, et  
 sacerrimum sacramentum, et ides <sup>oportet</sup> ~~patet~~ omnem gra  
 dum ecclesiasticum esse bene dispositum. et hoc facit ab  
 illo loco. (Hoc tibi scribo filij) usq[ue] in finem cap[itu]li  
 §. 4.  
 4<sup>o</sup> Docet eum sonebe vivere et exemplare sibi sub  
 lectum populum. et dicitur pars illa per totum caput 4<sup>o</sup>  
 ubi.

3<sup>a</sup> Pars

ap[osto]l[us]

4<sup>a</sup> pars.

Vbi primo monet ad vitam austeritatem, sed quod aliqui  
abstinent a cibis et ieiunant, et sunt austeri intentio-  
ne Secretica et prava, credentes quod sit peccatum aliqui  
cibos comedere. Et similiter in matrimonio uiuere  
ideo detegit errores istorum, ne suadens poenitentiam  
Et austeritatem uideat errorem istum approbare.  
Sciebat enim, quod futuri essent heretici manichaei  
qui ista dicerent, et ex delictis ipsius se comunire uel-  
lent: Et Soc fauit in principio capituli. Spiritus autem  
manifeste dicit etc. // // // //

Deinde monet ad misericordiam et pietatem, quae  
multo plus ualeat secundum eum, quam austeritas  
Et poenitentia, quae est exercitatio corporalis, et hoc  
fauit ibi: exerce autem te ipsum ad pietatem etc.

Deinde uero occasionaliter ponit quorundam homi-  
num egeitatem, qui fidem Christi ex Soc uisuperant  
quod aspicimus in laboribus nostris ad uitam futuram  
Et Soc fauit occasione accepta, quod dixerat pietatem sa-  
bere promissionem uitae futurae, propter Soc enim sub-  
uit, fidelis sermo. In Soc male dicimur, quod speramus in  
deum uiuum. Deinde monet ad grauitatem doctrinae  
et auctoritatem ibi: Praecepte Soc est doce, nemo ad oles-  
centiam tuam contemnat. Deinde etiam monet ad o-  
mnem virtutum exemplaritatem, ibi: Sed exemplis fi-  
delium, in uerbo, in conuersatione etc. Deinde monet  
ad studium, ad lectionem, et ad contemplationis uerita-  
tem, et sinceritatem, ibi. Dum uenis attende lectioni etc.  
Deinde quod studium ordinat ad doctrinam monet ad eru-  
ditio

23 ditionis diligentiam quantum ad sibi subiectos. et se-  
 dulitatem. docet autem modum increpatiuum. et  
 habere modum obsecratiuum in erudiendo. et hoc  
 facit ab illis locis. (attende etc. et doctrina infra. usq;  
 ad finem capitis quarti. §. 5

Quinto docet eum prouidere et benedysperisare bona  
 ecclesie respectu indigentium. et hoc facit a principi  
 pro quinto capitis. quod incipit Viduas Sonora. us  
 q; ubi aduersus Presbiterum accusationem nolj  
 accipere. Considerandum autem q; in hac parte  
 quinta accipit Sonorare secundum Augustinus  
 pro subuenire: tunc autem episcopus prae introduc  
 tione ecclesie primitiue ministrabat bona ecclesi  
 e mulieribus viduis (quibus Sodie succedunt reli  
 giosae pauperes) similiter et presbiteris. ac presbiteri  
 tibus. qui alios informabant. vnde et de viduis ha  
 bet act. 6. et de presbiteribus. Luc. 10.

5. Pars.

Primo ergo docet Timotheum. quibus viduis be  
 beat prouidere dicens. Viduas Sonora. deinde gra  
 tia Suius ostendit quales debent esse viduae. quae de  
 bent eligi. ut de comunibus sumptibus ecclesie  
 prouideat eis. nam debent esse prius probatae in  
 regimine domus suae. et hoc ostendit ibi. quae autem  
 uere uidua est etc. et Itidem debent esse abstinē  
 tes a superflua delectatione. quod ostendit ibi. nam  
 quae in delictis est. et iterum debent esse amosa  
 quod dicit ibi. Vidua eligat non minus sexaginta  
 annorum: et iterum debent esse bona fama et in vir  
 tu-

tutibus exercitata, quod ostendit ibi, quae <sup>fuerit</sup> ~~est~~ uirg, uiri uxor. Deinde uero ostendit quae non debent eligi in uiduas, ut illi prouideat de comunibus sumptibus ecclesiarum, quae non iuuenes adolescentuli, quae prius fuerunt fornicatae, nec etiam uerbosae, curiosae et uanae, sed tales iuuenes debent nubere, et filios procreare: et tunc concludit, quod si aliqui habent in domo sua uiduas nutriat eas ne graue ecclesiae. possunt autem omnia ista ad mulieres religiosas referri.

Deinde uero, ubi (qui bene presunt presbiteris) docet quibus praedicantibus maxime debeat prouidere, quibus, qui bene laborant in uerbo, et doctrina in duplo prouidendum est, et Soc intelligit cum dicit, quod presbiteri duplici honore digni sunt, maxime et Sexto docet cum punire, et iudicare quantum ad exterius forum, et Soc ab isto loco (aduersus presbiterum accusationem nobis accipere, usque in finem cap. quinti. Nam primo docet quod accusationes aut testes recipiendi sunt contra Presbiterum, deinde coram quibus debet aggrauare, et punire reum, quod coram omnibus, quod facit ibi, peccantes autem coram omnibus argue. ) Deinde docet in punitionibus debere procedere inquisitionem, et diligens scrutinium ubi (testor coram deo et Christo Iesu. Deinde docet in iudicando non debere esse leuem, aut uisum, seu subitum, ubi (manus uero nemini imposueris. Et potest intelligi, uel de condemnatione

6. pars.

tione vel de ordinatione. Deinde docet iudicem de  
 bere esse irreprehensibilem. et Sonesturn in meo  
 eum in quo alium iudicat seipsum condemnat,  
 et ides subdit te ipsum castum custodi, et qz Timo  
 theus amore castitatis, se nimis maccrabat subiun  
 git. nisi ad huc aquam bibere sed modicus utere  
 uino. Deinde uero ponit differentiam peccatorum  
 qz quaedam publicasunt, et quaedam occulta. ut  
 ex Soc doceat quae sunt illa, quorum examinatio  
 diligens debet precedere iudicium. et Soc facit ubi  
 quorundam Somnium manifesta peccata sunt.  
 Septimo docet eum predicare et erudire seu instru  
 ere in ueritate morum subiectionem sibi populorum  
 et durat parsilla per totum caput 6. ubi primo  
 docet qualiter instruendi sunt serui. Scilicet ut domi  
 nos honorent. et eis fideliter obsequantur, propter  
 quod reprobat errorem aliquorum dicentium, qz  
 seruus ex Soc ipso, qz baptizatus est, et fidelis effectus  
 non tenebat dominos reuereri, nec ipsis obedire  
 qz eorum parens et frater infide. Docentes autem  
 talia Apostolus dicit esse superbas, et nihil scien  
 tes, et describit eorum multiplicia uitia. et hoc fa  
 cit a principio septimi capituli, quod incipit. Qui cumqz  
 sunt sub iugo, usqz ubi est autem questus magnus,  
 Deinde uero docet qualiter instruendi sunt domini  
 et qz tales consueuerunt esse auari, et plurimum  
 studere diuitijs ides eos monet ad sufficientiam et  
 ad

2. Pars.

ad uitandam auariciam. Appetitur diuitiarum  
 et acquirendum diuitias virtutum scilicet ius-  
 titiam, pietatem, et diuitias premiorum coelesti-  
 um, videlicet uitam eternam, et dicit quod  
 diuitia decent hominem dei, ut ista confiteatur  
 coram diuitibus prescipit Timotheus, et hoc facit ab illis  
 locis. Est autem quod dicitur magnus, usque ubi o Ti-  
 mothee de positione custodia, ubi allegans Timo-  
 theum monet eum, ut ueram fidem custodiat, et  
 gratiam dei sibi impleret, et sic epistola iam ista fini-  
 tur <sup>cap. 35</sup>

De diuisione 2<sup>a</sup> epistolae ad Timotheum

sequitur 2<sup>a</sup> ad Timotheum, ratio autem scribendi  
 hanc secundam epistolam fuit, quod Apostolus Romae  
 uinctus secundam confessionem coram Nerone fe-  
 cerat, et de proximo mortem suam, et suam sa-  
 crum martyrium expectabat, et ideo Timotheus  
 sibi charissimus, quem praeter ceteros suos discipulos te-  
 nerius diligebat, negotium fidei, et sacre pre-  
 dicationis, quod super omnia cordi habebat in fi-  
 ne suo uolebat commendare.

Apostolus in hac  
 epistola comen-  
 dat Timotheo  
 praedicationem  
 fidei.  
 et diuidit in  
 9 partes. //

Intendit igitur Apostolus in hac epistola concludere  
 nemuscam. Recomendare uidelicet, cum summa  
 efficaciam Timotheo praedicationem fidei, et diuul-  
 gationem Christi per mundum, quoniam ipse am-  
 plius super hoc per se ipsum certare non poterat, ut  
 pote iam passioni propinquus.  
 Diuidit ergo praesens epistola in nouem partes.  
 Primo

i. Pars.

Primo namque ipsum inducit ad Zelum fidei, et  
 sacre predicationis amorem ex sua intima, et spe  
 ciali amicitia. quoniam enim ipsum preceperis dilige  
 bat. ipsum insisteret illi ministerio et officio. cui  
 Apostolus semper insisterat persuadet. et hoc facit  
 a principio epistole. ubi vocat eum Charissimus  
 filium suum, et reducit ad memoriam lacrymas  
 eius. et fidem matris. et Augustus, et fidem puram  
 que Sabitatis in eo. usque ad hunc. ubi dicit propter  
 quam causam moneste. §. 2

Secundo autem ipsum inducit ex sua excellentia  
 et gratia a deo accepta, quod profectus discipulus ac  
 ceperat gratiam a deo. per impositionem manuum  
 ipsius, propter quod non debet erubescere testimo  
 nium Christi; nec ipsum Romam uincum, sed colla  
 borare in euangelio. pro quo ipse patiebat; nec ta  
 men erubescere. quod certus erat de bono deposito si  
 bi in die iudicij reseruat. et hoc facit ab illis ver  
 bis (propter quam causam moneste, ut resuscites  
 gratiam dei, usque ad illa (formam habere sanctorum  
 verborum §. 3

Tertio ipsum inducit ex aliorum instantia et per  
 fidia. scribens quomodo duo ex discipulis Pauli  
 imo fere omnes, qui erant in Asia auerti erant  
 a fide excepto quodam dubio Onesiphoro, et domus sua  
 et propter hoc magis debebat esse sollicitus ad predica  
 dum. ex quo ceteri excidebant, et hoc facit ab illis

60

2<sup>a</sup>

3

4. Pars.

Loco formam habet sanorum verborum usq; in finem cap<sup>o</sup> primi. §. 4

4<sup>o</sup> Inducit eum triplici similitudine exempli et metaphora. exempli scilicet militis qui debet esse strenuus in pugnando; et exempli Agonista, qui debet esse sollicitus in certando; et exempli Agrosq; qui debet esse sollicitus in laborando et primus in percipiendo fructu. Hoc facit ap<sup>o</sup> cap<sup>o</sup> secundae cap<sup>o</sup> quod incipit. Tu ergo fili mi usq; memores estis dominum Jesum Christum.

a  
5

5<sup>o</sup> ipsum inducit ex gloria repromissa nobis. et finaliter expectanda. Unde dicit q; q; Christus resurrexerat a mortuis, si comoriamur sibi, et conuicemus si sustinebimus, et conregnabimus. et hoc facit ab illo loco. Memores estis dominum Jesum usq; ubi noli verbis contendere. §. 6

a  
6

Sexto inducit ipsum ex loquacitate heretica et uanitate fabulosa. si enim heretici sunt solliciti sua uanitate et fabulis, quanto magis uos profidei ueritate! et ideo docet eum non contendere uerbis cum talibus, sed profana et uana uerba deuitare et ostendit rationem, quare deus permittit in ecclesia aliqua talibus erroribus implicari. per similitudinem, qua uidemus in magna domo, non solum esse uasa aurea in honorem, imo fictilia uasa ad contumeliam et turpitudinem recipiendam. dicit autem pars ista ab illo loco. Noli uerbis contendere usq; in finem capituli secundae

Septimo



§. 7

Septimo ex multiplicatione malorum Somnium  
 temporibus et diebus nouissimis. et hoc facit per  
 totum caput 3. ubi primum quomodo in diebus  
 nouissimis pessimi Somnium futuri sunt, multis  
 reati criminibus. Et hoc in principio cum dicit hoc  
 autem scito quia in nouissimis est. deinde ostendit  
 quod iam actu in illis diebus erant tales multi et hoc fa-  
 cit ubi. ex his enim sunt qui penetrant domos  
 etc. deinde ex hoc concludit Timotheus, quod ipse  
 debet in omnibus modo contrariis modo se habere  
 iuxta exemplum sui. ubi. Tu autem assecutus es  
 meam doctrinam etc. ) deinde infert quod ex hoc de-  
 bene esse uirtutibus dediti prepositi, ut per sacras  
 literas et scripturas, quas didicerunt increpent  
 et aggrauent errores delinquentium, et instruant  
 Somnium in iustitia et perfectione Christi: et hoc fa-  
 cit ubi. Tu uero permane usque in finem capituli.  
 Octauo iohannem inducit ex appropinquatione sui  
 martyrij et sua passione cito uentura, et hoc a  
 principio 4. capitis quod incipit. testificor coram  
 deo et Christo Jesu. Et deinceps ubi. ego enim iam  
 dehor. et tempus me resolutionis instat. usque ubi  
 festina ad me uenire cito. §. 9

7. Pars

8<sup>a</sup>

9<sup>a</sup>

nono autem et ultimo pro epistola complemento  
 scribit illi, et aperit quaedam familiaria, rogat eti-  
 am eum cito uenire ad se, et apportare libros et suas  
 membranas. Et alia multa, que patent ab illo loco  
 festina ad me uenire cito, usque ad finem epistolae

ij

## De Divisione epistolae ad Titum

1 erudit Titum  
quatenus recte  
suum officium  
exequatur.  
et dividit epis-  
tola in .5. par-  
tes.

1. Pars.

2

Sequitur epistola ad Titum, quem profecerat Aposto-  
lus Cretensem Archiepiscopum; et intendit unam  
conclusionem, scilicet ipsum erudire qualiter ex-  
erceat bene suum officium. Et dividit praesens e-  
pistola in quinque partes, praemissa namque salutatio-  
ne. primo ipsum docet qualiter se debet habere  
in institutione presbiterorum. et hoc facit ab illo  
loco. Huius rei gratia, usque ibi. sunt enim mul-  
ti inobedientes. docet namque quales debent esse pres-  
biteri. simplices cum autem et constituas per ciuita-  
tes presbiteros: deinde quales debent institui pres-  
biteri maiores, qui uocantur episcopi. ibi. oportet enim  
episcopum sine crimine esse. uel forte eosdem uo-  
cat presbiteros, et episcopos secundum Hieronimum  
Secundo docet ipsum qualiter se debet habere in  
confutatione Iudaeorum, qui erant falsi Christiani  
inducentes fideles ad obseruantiam legalium. et  
hoc ab illo loco. sunt enim multi inobedientes, us-  
que in finem primicapituli. ubi primo ostendit quomodo  
Iudaei effecti falsi Christiani erant ad decipiendum  
Suntarij et inclinati dicens (sunt enim multi seduc-  
tores, maxime, qui de circumcisione sunt.)  
deinde ostendit quod Cretenses erant ualde inertes et fa-  
cile poterant decipi. ubi. dixit quidam ex illis Cre-  
tenses semper mendaces) deinde ostendit qualiter  
tuus, et ceteri prelati ad resistendum illis debebant  
se ualde solliciti et parati ubi. quam ob causam in-  
crepa illis est. Tertio

Tertio  
quod

§. 3

3. Pars.

Tertio uero docet eum qualiter se debet Sabere in  
 singulis eorum fidelium eruditione secundum status  
 diuersos. Et Soc facit per totum caput secundus  
 ubi docet ipsum, qualiter debeat erudire, et infor-  
 mare Somines antiquos et senes. dicens, tu autē  
 loquere quę decent sanam doctrinam, senes ut so-  
 bii sint. Deinde qualiter antiquas mulieres ibi  
 amas. Deinde qualiter adolescentulas et mulie-  
 res iuuenes. ibi. Adolescentulas ut uiros susci-  
 ment. Deinde qualiter Somines iuuenes adolesce-  
 tes ibi. Iuuenes similiter. Et in moralibus ma-  
 gis mouent facta q̄ Verba. idē monet eum ut istas  
 eruditiones faciat non tam Verbo q̄ exemplis. ibi  
 in omnib; te ipsum probe exemplum bonorum spe-  
 rum. Postea docet eum qualiter debeat erudire  
 subditos et seruiētes. ibi. Seruos dominus suis sub-  
 ditos esse. Deinde subdit rationem omnium predicto-  
 rum per exemplum Christi, qui ad Soc in mundo appa-  
 ruit, ut ipsum renouaret in virtutib;. Fuit salua  
 et omnes Somines erudiret secularia desideria ab-  
 icere, et uitam officiosam ac mundam seclari. Et  
 Soc facit ibi. Apparuit enim gratia de; usq; in fine  
 capitis secundus.

§. 4

4<sup>o</sup> Docet ipsum qualiter se debet Sabere respectu  
 alienorum, a fide, et exterorum, docet enim ut mo-  
 neat fideles subditos esse principibus et potentatib;  
 secularibus, de quibus constat, q̄ tunc erant infideles  
 q̄ pagani et gentiles: et q̄ moneat eos ne litigent cū  
 aliis

4.

*[Faint handwritten notes in the right margin, partially illegible]*

alienus a fide, nec eos blasphemant, neque vituperant  
 et Socraut ubi. more illis est. Deinde redit Sui  
 rationem, quare scilicet non sunt infideles et gen  
 tiles a fidelibus blasphemandi. et Suius ratio est  
 quia nos alias fuimus illis similes, increduli. et  
 deseruientes desiderijs, et errantes, nec ex operibus  
 iustis, quos fecimus nos magis sumus facti salui q̄  
 illi. sed Socraut sola benignitas. et humanitas sal  
 uatoris. et Socraut ubi. eramus et nos aliquando  
 insipientes est. Durat ergo ista pars quarta a principi  
 capitis secundi, usq; ubi. fidelis sermo est. §. 5  
 quinto et ultimo docet eum qualiter se se debeat ha  
 bere in euitatione Hereticorum, et dogmatum per  
 uersorum. debet enim euitare stultas questiones, et  
 contentiones superfluas, et suadere bona opera et  
 virtutes. debet enim hominem Hereticum postuina  
 et secundam correctionem totaliter euitare. dicitur  
 autem pars ista, a prefato loco fidelis sermo est, et  
 de his uobis confirmare alios, usq; in finem episto  
 le. quam iuxta suam consuetudinem terminat in  
 salutatione, et postulatione gratia Iesu Christi.

§ Pars.

De diuisione epistole ad Philemonem <sup>cap 37</sup>

epistola <sup>hic</sup> ~~ad Philemonem~~ <sup>§. 1</sup> ~~intendit~~ unam conclusio  
 nem scilicet <sup>fauere</sup> Onesimo, q̄ seruus existens  
 Philemonis ab eo fugerat, et tandem Romam ueni  
 ens ab Apostolo in uinculis existente fuerat baptiza  
 tus. et in hac epistola primo ipsum salutatur, dicens  
 Paulus uinctus est. Secundo uero ipsius fidem et cari  
 tatem

Apostolus comen  
 dat Onesimum  
 seruum Philemo  
 nis. et septem  
 in ea facit -

tatem & pietatem in sanctos comendat, et dicitur  
 pars illa ab illo loco gratias ago. usque ubi propter  
 quod multam fiduciam. Tertio vero sibi aperit  
 quantam fiduciam, et sperem de ipso habeat, ab  
 illis verbis. propter quod multam usque ubi obsec-  
 ro te: 4<sup>o</sup> pro Onessimo deprecatur ut illi indulge-  
 at pro eo quod ab eo auferat, et quod ipsum mansue-  
 to animo suscipiat, ab illo loco obsecro te, pro  
 meo filio, usque ubi, forsitan meo discessit ad ho-  
 ram a te: 5<sup>o</sup> Onessimum fidelem effectum il-  
 li multum comendat, a loco illo, forsitan meo  
 a te discessit, usque ubi, si ergo homines me socium  
 & autem pro me uidentis, si forte aliquid dam-  
 num illi infugiendo intulerat se fidei iuramentum  
 offert, et promittit restituere, et hoc manu sua  
 propria scribendo confirmat, ab illo loco, si homi-  
 nes ergo me socium, usque ubi, nam spero per orati-  
 ones vestras. Et ultimo in salutatione deuota, et  
 postulatione orationum, ut iterum ad eum ueniat  
 epistolam totam consummat, ab illo loco, nam spero  
 per orationes vestras, usque in finem.

<sup>2 cap</sup> <sup>33</sup>  
 De Diuisione Epistolae ad Hebraeos

epistola ad Hebraeos unam intendit conclusionem  
 scilicet quod fidei Iesu Christi est immobiliter adhe-  
 rendum, et multo magis obediendum, quam unquam  
 fuit Legi ueteri, neque ab ipsa fide, persecutione ali-

Intendit quod fidei  
 Christi sic immo-  
 biliter adhe-  
 rendum ~~~~

qua

qua est discedendum. Sciendum enim est q. fide  
 Lex ex Iudgis conuersi appellare Hebræi. in titulo  
 Suius epistolæ. non enim dirigit ad hebræos illos  
 qui in perfidia remanserant; sed ad hebræos ad fi-  
 dem conuersos. Sciendum inquam, quod illi hebræi  
 erant magis zelatores legis; et cum hoc multa e-  
 rant passi: et patiebantur pro fide Christi, sicut legitur  
 in actibus; ad ipsos ergo confirmandum in fide  
 et consolandum in tribulationibus, et reuerendum  
 Christi legem potius, quæ legem veterem scripsit Ap-  
 toly presentem epistolam. concupiebant autem  
 Iudæi ad legem reuerentiam magnam propter  
 duas decem rationes.

1. ob duas decem ra-  
 tiones hebræi con-  
 cupiebant præci-  
 pue reuerentiam  
 legem. et ita =  
 epistola hęc diui-  
 dit in .12 partes

Primo namque propter angelorum frequentiam  
 unde ad galat. 3. lex propter transgressionem  
 posita est ordinata per angelos; in legislatione ete-  
 rim concurrebat frequentia angelorum loquentium  
 cum Moysse.

Secundo propter mediatoris scilicet Moysi ami-  
 citiam cum deo. fuit enim Moyses mediator in le-  
 gislatione; ut dicit Apostolus ad galat. 3. de quo  
 etiam moysse scriptum est, q. loquebat dominus cum  
 eo facie ad faciem, sicut consuevit loquiur ad a-  
 micum suum. et propter gloriam Joannis. 9. tu  
 (inquunt) discipulus illius sis, nos enim discipuli  
 Moysi sumus; nos scimus, q. Moysi locutus est  
 deus. 3. propter Primi Pontificis scilicet Aaron glo-  
 riam

riam, quam exprimit ecclesiasticus. c. 45. dicens, ex celsum fecit Aaron fratrem suum; et dedit illi sacerdotium gentis, et beatificavit illum in gloria.

4<sup>o</sup> autem propter succedentis sacerdotij permanentiam continuam secundum generationem successivam: Unde et ibidem ecclesiasticus subiungit; non est inductus illa alienigena aliquis, sed tantum filij ipsius solj, et nepotes eius; factum est enim illi in testamentum q̄d heruum, et semini eius sicut dies coeli; fieri sacerdotis, et habere laudem in nomine ipsius.

5<sup>o</sup> propter legis in se considerata, et ipsius testamenti excellentiam, de qua dixerat Moyses deut. 4. c. in laudem gentis hebraeae, quae erit ut aliis gentibus incluta, ut habeat caeremonias, iustitias, iudicia et legem, quam ego propono vobis hodie ante oculos vestros.

6<sup>o</sup> propter tabernaculi mirabilem et singularem structuram, habebant namq; tabernaculum factum ad exemplar, et similitudinem ostensam a deo. sicut moysi dictum est. exod. 25. Inspice et fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.

7<sup>o</sup> propter contentorum in tabernaculo sancti moriam, erant enim sancta. et sancta sanctorum, altare aureum, et virga Aaron, et tabula testamenti, et multa alia ad sanctitatem pertinentia, sicut

patet In exod. <sup>3</sup> Propter sacrificij et oblatio-  
num efficaciam: offerebant enim Sostia, quibus  
credebant tolli peccata populi, principum, et alij-  
orum, ut in leuitico patet.

9 Propter sponsonem diuinam, et dedicatione  
Legis perpetuam, per sanguinis effusionem fir-  
matam, de qua scriptum est, exod. 24. Secundo omnij  
mandato dixit Moyses. Hic est sanguis foederis  
quod pepigit dominus inobis cum super euenctis ser-  
monibus suis.

10. propter oblativum, et sacrificiorum rep-  
tationem continuam, reputabant enim maximij  
iuge sacrificium, et frequentationem Sostiarum  
in tantum, q. Daniel. 9. e. cessationem sacrificij ap-  
pellec desolationem dicens, in dimidio Sebdoma-  
dis deficiet Sostia, et sacrificium, et erit in templo  
abominatio desolationis.

11. Propter parentum, et seniorum, qui fuerunt  
Legis obseruatores auctoritatem, et sanctitatem mi-  
miam, fuerunt enim Patriarcha, et prophete sac-  
tissimi in veteri testamento; propter quod insulta-  
bant Christo Joannis. 8. nunquid tu maiores pa-  
tre nostro Abraham, qui mortuus est, et prophete  
mortui sunt; quem te ipsum facis?

12. Fultimo propter multiplicem mirandam  
circumstantiam, que conuenit in ipsa Legislatio-  
ne totali; de qua scriptum e. exod. 19. q. iam ad-  
uenerat dies tertius; et ceperunt audiri tonitrua  
mij



micare fulgura. totusq; mons synay fumigabat eoq;  
 descendisset dominus super eum in igne, eratq; mons  
 terribilis. et sonitus buccinae prolixius intendebat.  
 ex His igitur duodecim rationibus, quibus Iudaei ad le-  
 gis reuerentiam, et obseruantiam mouebant procedit  
 Apostolus in presenti epistola, ostendens ex omnibus  
 illis rationibus, quod multo fortius debent ad reueren-  
 tiam, et obseruantiam fidei inclinari; et secundum

Soc <sup>§. 2.</sup> diuidit praesens epistola in duas decem partes

principales. In Prima namq; procedit ex angelorum  
 frequentia, per quam lex fuit data, et arguit sic. Lex  
 antiqua fuit obseruanda, et reuerenda maxime, quia  
 fuit data per ministerium angelorum, sed lex Chris-  
 ti, euangelium, et fides data est per illum, qui est ex-  
 cellentior cunctis angelis; ergo multo magis euange-  
 lium obseruandum est, et sibi adherendum. Sane au-  
 tem rationem deducit Apostolus per duas prima cap-  
 ubi minorem proponit, et exponit, scilicet q; Christus  
 est melior angelis, quia filius et heres uniuersorum  
 et splendor gloriae paternae. Et Soc facit a principio  
 epistolae. Multifarie usq; ubi. Cui enim dixit alij  
 quando. Deinde minorem probat ex collatione eo-  
 rum, quae leguntur in scripturis dicta de Christo domino  
 ad ea, quae dicuntur de angelis; nam de uno filio dauid  
 expresse legit scriptum in psalmista, ego ero illi in  
 patrem, et filius meus es tu; et ad orientem omnes  
 angeli eius; de angelis autem non legitur quocumq;

filij

i. Pars

filij, sed potius ministri. Sequitur etiam in psal de  
uno filio dauid, q. ipse sit deus oles exultationis  
a deo suo unctus, et q. sedeat a dextris deij donec ini-  
mici sui ponant scabellum pedum suorum, quod  
de nullis angelis legit. et sic probata est minor q.  
Christus de semine dauid nasciturus esset excellentior  
cunctis angelis, q. Verus filius dei, et deus, et facit  
Soc. Apollolus ab illo loco. Cui enim dixit aliquando  
angelorum? et deinceps usq. in finem primi capituli  
et principium secundi usq. ubi propterea abundan-  
tius. Deinde probata minore probat rationem  
ent. Simemate dicens, q. si sermo legis datus per ange-  
los factus est firmus, et sibi obedientia debebat, et om-  
nis iniquitatem, et inobediens puniebatur, multo fir-  
tius ergo puniuntur qui erunt inobedientes euange-  
lio salutarij, quod eis datum est per dominum Je-  
sum Christum, et multis signis, et prodigijs confir-  
matum, et Soc. facit a loco illo, propterea abundan-  
tius usq. ubi. Non enim angelis subiecit deus. De-  
inde uero, q. tota uis rationis erat in probatione mi-  
noris, scilicet q. Christus dominus sit maior angelis  
deires regredie super eam inducendo auctoritate  
illam psalmi, in qua dicit de quodam somine, mi-  
nuisti eum Paulominus ab angelis est, et ostendit  
q. prima pars auctoritatis impleta sunt  
de Christo, q. et minoratus est per passionem, et glo-  
ria et Sonore coronatus per resurrectionem. sed  
tertia

tertia particula qua dicit omnia subiecisti sub pe  
 dibus eius nondum est impleta, sed tamen implebitur,  
 et per consequens angeli sunt subiecti ei. quod dicitur,  
 omnia nihil dimissit non subiectum. et facit Soc,  
 ab illis locis. Angelis subiecit deus orbem, resque ibi  
 debebat enim eum usque in finem totius cap. 2. et  
 incidens haec ostendit, quare deuit Christum primo  
 per passionem minorari. <sup>scilicet</sup> ut esset similis per om  
 nia hominibus, qui per ipsum debebant gloria et  
 honore in patria coronari. Unde sicut et nos simul  
 tas passiones debemus ad coronam gloriae peruenire,  
 sic et ipse debuit in passionibus suis modis nobis  
 assimilari, et etiam ut esset magis compassiuus ta  
 quam similia nobis passus. § - 3

In 2<sup>a</sup> parte procedit ex ratione secunda videlicet  
 ex moysis fidelitate, et amicitia cum deo. et arguit sic  
 Lex antiqua merito debuit observari propter excel  
 lentiam moysi, qui fuit mediator, et promulgator il  
 lius legis, sed Iesus Christus dominus fuit excel  
 lentior et longemaior Moysse, ergo euangelium per  
 ipsum promulgatum debet cum maiori diligentia ob  
 seruari. Hanc autem rationem deducit per duo cap.  
 tertium videlicet et quartum, usque prope finem quar  
 ti, ubi scribitur. Sabentes ergo Pontificem magnum  
 qui penetravit caelestia, ubi primo assumit minorem  
 scilicet, quod Christus est amplior gloria, et excellentio  
 rus quam Moyses, et hoc facit a principio tertij capituli.

2. Pars.

Unde fratres usq; ubi; omnis namq; domus. deinde  
probat eam per scripturam, que dicit q; moyses erat fi-  
delis famulus dei in omni domo eius. Unde dominus  
ait numer. 12. Non tales seruus meus moyses, qui  
in omni domo mea fidelissimus est. Assumit ergo  
postulus quatuor circa domum dei. Primo quidem  
ipsam domum, que non est aliud q; civitas dei. Et  
congregatio omnium electorum; secundo fabrican-  
tem ipsam domum, qui est deus, qui omnia creavit;  
Tertio filium, scilicet credentem istius domus; quarto famu-  
lum conservum, fideliem in ista domo: ex quibus  
probat dupliciter, q; Christus sit in ista domo excellen-  
tior moyse. Primo quidem q; ipse est fabricator is-  
tius domus. cum sit verus deus, ut ex superioribus  
probatur est. Secundo q; ipse est sicut filius in hac domo  
et moyses sicut servus. Durat autem ista probatio ab  
illo loco. Omnis namq; domus usq; ubi. quia propter sic  
dicit spiritus sanctus. Deinde inferre conclusionem  
scilicet q; perseverandum est firmiter in fide Christi  
et in sua credulitate ad hoc adducendo admonitione  
psalmiste dicentis. Hodie si visceribus audieritis vo-  
luntate obdurare corda vestra sicut et. et facite hoc ab il-  
lo loco. Quia propter sicut dicit spiritus sanctus usq; ubi;  
participes enim Christi effecti sumus. Deinde expo-  
nit illum versum psalmiste, ostendendo quod refert  
secundum verum intellectum ad tempus Christi. et ex-  
ponit primo quid importat, per Hodie, a loco illo  
Participes enim Christi effecti usq; ubi; quidam enim  
au

audientes. Deinde exponit, quod importet per exa-  
 cerbationem, et per offensam ab illo loco quidam e-  
 nim audientes, usq; ibi. Timeamus ergo in princi-  
 pio quarti capitis. Postea ostendit similem offen-  
 sam, et exacerbationem esse in tempore Christi qz  
 tum ad incredulos ab illo loco Timeamus ergo usq;  
 ibi. Ingrederemur enim in requiem) Deinde expo-  
 nit quod importat Per requiem domini ostendend-  
 q, non intelligit per istam requiem illa, quam ha-  
 bebat in terra promissionis quam dicitur David post ob-  
 tentam illam requiem dicebat ad Sue, Hodie si vo-  
 cem eius est tanq; aliam requiem scilicet coelestem insinuans  
 de qua scriptum est et requieuit deus die septimo,  
 etc. Et hoc facit ab illo loco. Ingrederemur enim  
 in requiem, usq; ibi festinemus igitur ingredi  
 Deinde vero concludendo monet, ut conemur in-  
 gredi in requiem illam coelestem, que non est aliud  
 qz requiescere ab omnib; operibus nostris, sicut et  
 deus requieuit a suis. Et per consequens ianen-  
 dum est, ne simus increduli, et exacerbantes et hoc  
 facit in illo versu. festinemus ergo ingredi etc  
 ultimo autem commendat sermonem et obsequium  
 dei, quo ita efficaciter, et lumineose vobis loquitur  
 David propheta in illo versu. Hodie si vocem, et  
 penetrat corda nostra ab illo loco, Vivus enim est  
 sermo dei, usq; ibi. Sabemus ergo Pontificem mag-  
 num.

In

In 3.ª autem parte procedit ex ipsius Aaron, qui  
 fuit Sacerdos Legalis gloria et reuerentia. unde  
 intendit sic arguere. Pontifex legis Antiquæ  
 licet Aaron, fuit in magna gloria et reuerentia  
 apud populum uniuersum, quoniam offerbat  
 sacrificium pro toto populo: et ad ipsum populus  
 accedebat pro remissione peccatorum, et pro dis-  
 cretione inter lepraam, et lepraam: et pro multis a-  
 lijs necessitatibus suis, sed Iesus Christus est mul-  
 to excellentior Pontifex, et nobilior quæ fuit Aaron  
 igitur ad ipsum est accedendum pro omni bono au-  
 xilio: et in ipso est maxime sperandum, et con-  
 fidendum. Sane autem rationem deducit ab illo  
 loco. Sabentes ergo Pontificem magnam, usque circa  
 finem quinti cap. ubi. De quo uerbis grandis sermo  
 et inter pretabilis ad dicendum. Circa quam par-  
 tem sic procedit, quod primo ponit conclusionem suam  
 scilicet quod ad offerendum est Christo Iesu tanquam mag-  
 no Pontifici, et ad honorem eius est pro omni gratia  
 et misericordia recurrendum; et hoc a principio  
 Sabentes ergo Pontificem magnam, usque ad prin-  
 cipium capitis quinti. Omnis namque Pontifex. De  
 inde uero uolens probare minorem assumit condi-  
 tiones Pontificis, quod scilicet debet esse ex homini-  
 bus assumptus, et ad offerendum dona, et sacrificia  
 constitutus, et debet esse infirmitate circumdatus  
 ut

ut errantibus magis compatiat, assumptis autem  
 sua non debet a se ipso esse, sed ex uocatione et  
 ordinatione dei: sicut et Aaron fuit uocatus, et hoc  
 facit ab illis locis, omnis namque Pontifex usque  
 sic Christus. Deinde ostendit has condiciones ex  
 cellentiori modo fuisse in Christo, quam in Aaron, et  
 primo, quod excellentiori modo fuit a deo uocatus,  
 deo sibi dicente, filius meus es tu, et tu es sacer-  
 dos in eternum secundum ordinem Melchisedech,  
 Aaron enim nec fuit filius dei, nec habuit ita ex-  
 cellentem ordinem ministrandi sicut Melchisedech.  
 Hoc facit ab illis locis. Sic et Christus, usque  
 in diebus carnis sue.

Deinde uersus ostendit quod in eo fuit tertia conditio  
 videlicet compassus et misericordia infirmorum  
 et errant<sup>tium</sup>. magis enim didicit obedire et com-  
 pati infirmis, quam Aaron, propter experientiam pas-  
 sionis, quam uere expertus est ille, et hoc facit in  
 illis uersu. Et quidem cum esset filius dei ~

In 4<sup>a</sup> autem parte procedit ex legalis sacerdotij per-  
 generationem continuam succedentis permanen-  
 tiam, et preeminentiam. Unde intendit sic argue-  
 re. non solum lex antiqua fuit obseruanda a filiis  
 israel, et habenda in reuerentia propter Aaron  
 primum Pontificem, et sacerdotem, imo et propt  
 excellentiam ipsius sacerdotij legalis per totam ge-  
 nerationis lineam in eius filiis conseruata, sed sacer-  
 do

dotium Iesu Christi est multo excellentius sacer do  
tus illis. ut constat testimonio illius prophetae di  
centis. Tu es sacerdos in q̄bernum secundum ordinē  
melchisedec. igitur fides Christi. et Lex noua. in qua  
est tantum sacerdotium multo magis est obseruanda  
Sanc autem rationem deducit a fine quinti capituli  
ubi scriptum est. De quo nobis grandis sermo. usq̄ ad  
principium octauae exclusiue. Et quoniam expositio  
illius uerbi. Tu es sacerdos in q̄thernum secundū  
ordinem etc. est ualde difficilis et alta nec hebrej  
quibus scribebat erant bene capaces. ideo Aposto  
lus primo ponit. Sibi quorū quādam obiurgatio  
nem dicens q̄ de melchisedec et suis sacerdotib̄ de  
beret facere grandem sermonem. quē non potest eis  
interpretari. q̄ sunt intellectū imbecilles. cum ta  
men deberent esse magistri eorum. quos pertinent ad  
Christum propter introductionem in Legem. et tamē  
ad Sue. quasi paruuli indigent salte. et q̄ eis expo  
nat fidei elementa. De quo nobis grandis sermo etc.  
Secundo ponit respectu eorum quādam admonitio  
nem. Sorat̄ enim ut omittant elementa. rudi mē  
ta. et principia fidei. illam q̄ supponant doctrinam  
scilicet trium sacramentorum videlicet baptismi  
poenitentis. et confirmationis. quae fit per imposi  
tionem manuum. et duorum articuloꝝ. scilicet  
resurrectionis mortuorum. et q̄berni iudicij. scilicet  
poenae damnatorum. ferant̄ q̄ ad sermonem perfectū  
et



Et hoc facit ab illis locis, quae propter intermittere  
 in principio sexti capitis usque ibi. Impossibile est enim  
 eos. Tertio autem ponit istius inquisitionis  
 utilitatem et rationem dicens, quod talis illuminatio  
 et degustatio divinorum verborum, quae transcendit  
 fidei rudimenta valet ad duo: primo quidem, quod tales  
 sic illuminati difficile prolabuntur, quod si contingat eos  
 prolabi <sup>in</sup> incredulitatem aut peccatum, difficilius re-  
 surgunt. Et sane difficultatem vocat impossibilitatem.  
 Secundo autem, quod talis illuminatio est  
 quasi quaedam fecundatio, nam verba celestia sunt  
 sicut imber, qui herbam germinat, et terram fecun-  
 dat; talis autem terra a deo benedicitur, sicut et illa  
 quae profert spinas et tribulus reprobat. Et hoc facit  
 ab illis locis. Impossibile est eos usque ibi. Confidimus  
 autem de vobis dilectissimi.

quarto vero ponit quandam cautam excusationem  
 forte enim ex his verbis indignarentur hebrei, cum  
 videt immuere, quod ipsi essent talis terra reprobatum  
 et idcirco dicit, quod non ipse ita tenet, imo confidit de ip-  
 sis multo meliora et iucuniora saluti, et hoc facit  
 in illis verbis confidimus autem. Quinto assignat  
 rationem, quare ita presumit et confidit, quod  
 propter eorum altam conversationem in fide Christi,  
 nam et sanctis ministraverunt in Hierusalem, et  
 pro Christi passiones et tribulationes toleraverunt.

a. Pars.

a.  
 b.

et

2. Pars.

et hoc facit ab illo loco, non enim iniustus est deus, usque ubi Abrahamus namque promittens deus.  
Sexto inducit pro alia ratione immobilem promissionem, quae facta est Abrahamus; nam sibi promissit, et promissionem iuramento firmavit, quod multiplicaret eum; quam promissionem ipse longanimiter expectavit, et sic per istas duas res immobiles, propter quas impossibile est deum mentiri, scilicet ob iuramentum, et promissionem, concludit pro Hebraeis longanimiter expectantibus, et tenentibus fidem Christi, quod introibunt usque in interiora uelaminis Sancti sanctorum, hoc est in illum solum, quod figurabat per illam partem tabernaculi, quae appellabatur sancta sanctorum, antequam perdebatur uelamen; et hoc facit ab illo loco. Abrahamus namque promittens deus, usque in finem cap<sup>is</sup> sexti et sic ostendit ab illo loco, de quo nobis grandis sermo, ubi incipit pars quarta, usque ad principium quarti capitis, difficultatem mysterij latentis in illis verbis, tu es sacerdos in aeternum. Deinde uero per totum caput septimum ostendit, quod sacerdotium Christi est excellentius sacerdotio legum ipsius Aaron, et filiorum eius, per expositionem illius uersus. Et primo exponit dignitatem Melchisedech, quantum ad multa; nam et quoniam in  
ter

24

interpretat Rex Iustus et Rex pacis, et quod sine patre  
 et sine genealogia. et quod non legitur in scriptura fi-  
 nis, nec principium uitae suae, et quod accepit decimam  
 ab Abrahama, et per consequens ab omnibus filiis  
 qui erant in lumbis eius, et ita ab ipso leui, et  
 Aaron; et quod benedixit Abraham; constat autem quod  
 minor benedicitur a maiore. si igitur futurus erat  
 sacerdos secundum ordinem melchisedech, patet  
 quod debebat esse maior Abraham, et omnibus fi-  
 liis eius, qui fuerunt postea sacerdotes. Item de-  
 bebatur esse Rex Iustus, et Rex pacis, et immorta-  
 lis, et aeternus; quae omnia competunt Iesu Chri-  
 sto; et per consequens patet quod sacerdotium suum  
 excedit leuiticum sacerdotium, et legale. et hoc  
 facit a principio quarti capitis, usque ibi. Si ergo  
 consummatus. Deinde uero ponderat aliud uocabu-  
 lum; quod ponit in illo uersu videlicet Sacer-  
 dos secundum ordinem. ex quo arguit dupliciter  
 primo quidem, quod translatus sacerdotis in quacumque  
 lege, lex illa etiam transferretur, et mutaretur, sed sic est  
 facta translatus sacerdotij, nam sacerdotium le-  
 gale debebat solum tribui leuiticis, et filiis A-  
 aron; Dominus autem in hoc uersu, cum ait, tu-  
 es sacerdos in aeternum, loquitur alteri tribui mi-  
 mirum tribui Iuda, et stirpi dauid, abs cui enim  
 filius dauid dirigit illud uerbum in psalmo, dirigit  
 enim ipsi Christo domino, igitur necesse est, ut lex anti-  
 qua

¶ Pars

qua translata sit, sicut e sacerdotium, et q, subs  
tituta sit noua lex, et nouum sacerdotium.

Secundo uero arguit, q, si ordo antiqui sacerdotij  
immutatus est, qui quidem ordo erat secundum suc  
cessionem carnalem; ut succedat sacerdotium se  
cundum ordinem Melchisedec, qui non legitur in  
scriptura fuisse mortuus, & per consequens acci  
pitur quasi uitam habuerit in lumbis suis, et sic  
sic immortalis, propter quod dicitur sacerdos in qth  
ernum; Evidenter concludit, q, propter hoc, pri  
mum sacerdotium euacuatum est, qz infirmum e  
rat, et corruptibile, & inutile, et nihil ducens ad  
perfectum; istud autem, quod introducit immorta  
le est, & perfectum. dicitur autem prima de uerbis  
ab illo loco Si ergo consumatus, usq, ubi mani  
festum est etiam. Secunda uero ab illo loco, ma  
nifestum est etiam, usq, ubi. Introducitur uero me  
lioris spes.

Deinde ponderat illud uerbum iurauit dominus  
& non poenitebit eum; ex hoc probans, q, melius ex  
cellentius est sacerdotium Christi, cum sit interdu  
tum sub iuramento dei, nec cadat super ipsum pe  
nitentia) qz sacerdotium Aaron, quod sub iuramen  
to non legitur introducitur, et hoc facit ab illo loco  
Introducitur uero melioris spes, usq, ubi, et alij quidam  
plures facti sunt sacerdotes. Deinde ponderat illud  
uerbum In qthernum, nam in sacerdotio leuitico  
plu

plures sacerdotes sibi inuicem successerunt, ex hoc q  
 per mortem prohibebat unus permanere, in isto  
 autem sacerdotis non ponit, nisi unus, qui per  
 manere permittit in gbernum; et talis est Chris  
 tus, qui excelsior caelis factus semel seipsum ob  
 tulit. et ex tunc in caelis remanet sacerdos perpe  
 tuus, et gbernus: Et hoc facit ab illis loco et alij  
 quidem plures facti sunt usq; in finem capitis to  
 tius

§. 6

In 5. Parte procedit ex tabernaculo pignel  
 lentia. Unde arguit. Lex antiqua, et eius Pontifi  
 cium, reuerabat propter sanctuarium, et taberna  
 culum, quod per moysen iubente domino legit  
 constructum in exodo; sed in lege noua Pontifex  
 noster Iesus Christus habet multo excellentius  
 tabernaculum, et sanctuarium, q; fuerit illud, er  
 go multo magis lex noua, debet obseruari, et  
 in reuerentia haberi. dicitur autem hęc pars apu  
 cipis capitis oltau; usq; circa medium, ubi scribit  
 nunc autem melius sortitus est ministerium ~

§. Pars.

Primo namq; per modum cuiusdam summe repli  
 cans ea, quę dicta sunt ponit minorem, ait enim  
 Pontifex noster, et minister tabernaculi ueri, qui  
 fixus dominus, et non homo. deinde uero ibi omni  
 enim Pontifex, probat istam minorem dupliciter, pi  
 mo quidem ratione, qz iam non oportere introdu  
 xisse alium sacerdotem, si tabernaculum, in quo  
 offert

offert sacerdos gubernus, de quo sic dicit tu es sacer  
dos in gubernum effec super terram. Sufficerent e  
tenim sacerdotes legales ad offerendum munera in  
illo tabernaculo terreo, quia non est nisi quaedam  
umbra, siue similitudo extrahita, quare relinquit  
quod illud tabernaculum sacerdotis guberni sit super cae  
lum. Secundo uero ibi. Sicut Responsum est mo  
ysi, probat idem per scripturam, quod precepit mo  
ysi, ut faceret tabernaculum iuxta exemplar sibi  
in monte monstratum. ex quo colligitur duplex ta  
bernaculum, alterum exemplatum, et corporale  
quod fecit moyses; et aliud exemplans et spiritua  
le, quod fecit deus; et cum omni tabernaculo  
deseruiat aliquis minister, necesse est, quod in illo ex  
emplante tabernaculo spiritualis sit minister de  
quo dictum est supra, quod est sacerdos in gubernum.

6. Pars

In 6. Parte Apostolus procedit ex ipsius legis in  
se consideratio <sup>et</sup> testamenti excellentia. Unde  
arguit sic. nunquam querit, aut queri debet lex alia  
aut aliud testamentum a primo, nisi primum in  
sufficiens sit defectuosum, et incompletum, et per  
rationem, defectus aliquos uis uisuperandum, sed  
dominus ~~in~~ <sup>et</sup> cap. introducit nouam legem,  
et nouum testamentum, cum quadam re probatioe  
prioris testamenti dati per moysen, ergo necesse est  
quod illud defectuosum fuerit et imperfectum, et quod  
se

Secundum fuerit multo melius et excellentius. Et per consequens diligentius observandum. durat autem hec <sup>ars</sup> ab illo loco. Nunc autem melius usque in finem cap. 3<sup>o</sup> nam primo ponit conclusionem dicens. Nunc autem melius sortitus est ministerium, quanto et melioris testamenti mediator est. Secundo format rationem ibi, nam si illud prius a culpa uacasset. 3<sup>o</sup> probat minorem inducens auctoritatem Hier. dicens. ecce dies ueniens dicit dominus etc. Et ponit auctoritate Longam. et claram. in qua deus promittit se daturum nouum testamentum, non secundum formam illius testamenti, quod datum est in exitu israel de Agypto. quarto uero Apostolus ex abundantia elicit ex predicta auctoritate unum aliud argumentum ponderando illud Verbum. Nouum, et hoc facit ibi. Dicendo autem nouum. Unde arguit sic. Nouum dicit per respectum ad antiquum et uetus; sed propheta introducit dominum promittentem se daturum testamentum nouum, non secundum formam prioris. ergo immut dominus quod testamentum prius illud tunc debet reputari uetus et antiquum. Et per consequens prope interitum; nam si remaneret in vigore. iam non diceret antiquum. <sup>S. B.</sup>

In 7<sup>a</sup> parte procedit ex contentorium in tabernaculo uerborum. et sanctorum. Unde arguit sic. in tabernaculo post factum per moysen erant duas partes; et in prima quidem parte, que dicebat sancta erant tria scilicet candelabrum, mensa. et propositio uinum panes; in secunda uero parte; que diuidebat a prima per unum uersamen, que dicebat sancta sanctorum erat turibulum aureum.

7. Pars

reum et circa testamenti. In primo autem taber-  
naculo parte omnes sacerdotes quotidie ingrediebant  
cum sacrificia consumabant. In 2<sup>a</sup> autem nullus intro-  
ibat nisi summus Pontifex, et ille tantum semel in anno  
cum sanguine quem pro se, et populi ignorantia offerre  
bat. et hoc erat ceremonia, et sanctimonia eorum  
que fiebat in tabernaculo, propter quam a toto populo  
maximus timor et reuerentia concipiebatur, et ad  
Legem, et ad tabernaculum ipsum; sed constat quod omnia  
ista erant significatiua, non enim apparet, quare exis-  
tendo in isto ritu sic esset agendum, magis quod aliter, sed  
tota ratio illius ritus erat, quod spiritus sanctus significa-  
bat, quod duplex erat ecclesia dei, que est uerum taber-  
naculum, et uerum templum ipsius. Prima quidem  
que militat, et peregrinat in uia: et hoc significatur  
per primam partem tabernaculi, que dicitur sancta  
et in istam potuerunt intrare sancti patres, in ueteri  
testamento, erant enim de ecclesia et ciuitate dei  
in cuius figura sacerdotes quotidie in istam introibant.  
Secunda uero est illa, que in celis triumphat, et regnat  
et hoc significabat per sancta sanctorum, in hac autem  
nullus potuit introire, nec erat uia aperta, aut propa-  
lata, donec summus Pontifex Christus dominus per pro-  
prium suum sanguinem introiuit, et uiam aperuit, ugi-  
t ex his, que in illis tabernaculis gerebantur patet, quod  
multo excellentior est Lex Christi, et per consequens ma-  
xime reuerenda. Deducit autem rationem a principi-  
um cap<sup>is</sup>, quod incipit. Habuit quidem prius iustificati-  
ones



ones cultorum usque ibi. que parabola est temporis instantis  
 In B. uero parte procedit ex oblati sacrificij efficacia  
 unde arguit sic. Lex antiqua a filiis Israel obserua  
 bat quod maxime, propter spem, quam habebant in effica  
 cia sacrificiorum, que auctoritate diuina fuerant ius  
 sa pro peccatis; sed sacrificia illa, ut erat ex natura  
 ipsorum, nullo modo sane efficaciam habuerunt. cons  
 tat enim, quod sanguis Sircorum, aut vitulorum, aut ri  
 tus ciborum, et potuum aut lotus aquarum, cum sint que  
 dam corporalia nullam habent efficaciam respectu pec  
 cati; Sanguis uero Iesu Christi per mortem effusus, cum  
 esset immaculatus et plenus spiritu sancto habuit de  
 sui ratione sane efficaciam; meret namque apud deum  
 ille, qui omnino immaculatus existens, et qui plenus  
 est gratia et spiritu sancto, dum exponit se morti, ut  
 obediatur deo <sup>pro</sup> gratiam non solum sibi, sed alijs, et per con  
 sequens, ut alijs donentur peccata, igitur multo excellentior  
 est Lex noua, que habet sacrificium continens ueram  
 efficaciam respectu deletionis peccatorum, quod Lex antiq<sup>ua</sup>  
 cuius sacrificia nullam habebant efficaciam denat<sup>ur</sup>  
 sua, sed tantum, in quantum erant figura, et parabo  
 la, siue similitudo sacrificij sui. Durat uero hęc ratio  
 ab illis locis, que parabola est temporis instantis  
 in Secunda autem, que incipit. Christus autem assis  
 tens Pontifex, ostendit qualiter Christus proprium sa  
 guinem intra sancta sanctorum offerens ad modum su  
 mi sacerdotis per Ternam redemptionem inuenit. et in  
 Secunda clausula, que incipit, Si enim sanguis Sircorum  
 ratio

ratiōnem format et deducit per hunc a minori, q̄ si  
Sanguis Sircorum, aut taurorum aliquo modo potuit  
Sanctificare et q̄ carnaliter, multo magis potuit spi-  
ritualiter Sanguis Christi. §. 10

9. Pars

In 9. autem parte procedit ex testamenti dedicatio-  
ne, et sponsione firma. Unde arguit sic, Lex antiqua  
reputabat firma, et per consequens immobiliter ser-  
uanda, q̄ fuerat sanguine dedicata, sicut patet ex  
24; Sed Lex noua multo excellentiori sanguine est  
dedicata, q̄ sanguine Iesu Christi, ergo multo firmiter  
est Lex noua. Et confirmat hoc ex consuetudine Su-  
mana, q̄ nullum testamentum est firmum, nisi post  
mortem testatoris, potest enim ipsum reuocare quan-  
diu uiuit, Sed primum testamentum Legis antiquae,  
non fuit confirmatum, per mortem testatoris, qui est  
Deus, sed solum per mortem Sircorum et vitulorum  
Sicut moyses dixit. Sic est Sanguis testamenti, quod  
mandauit ad nos deus; Nouum uero testamentum  
est confirmatum per mortem Christi, et testatoris De-  
i q̄ mortuus est in natura assumpta, igitur testamentum  
primum mutabile fuit, secundum uero immutabile  
et per consequens potius obseruandum. Durat q̄  
deductis ab illo loco. Fides noui testamenti, usq̄  
non enim in manifesta sancta Iesus introiuit. §. 11

10.

In decima autem parte procedit ex oblatione con-  
tinua et assidua. Unde arguit sic, Lex antiqua reputa-  
bat efficax, et proinde obseruanda, ob iuge sacrificium  
et

et ob indesinentem oblationem Hostiarum, quae fiebat per  
 annos singulos in sancta sanctorum a summo sacerdote  
 sed multo excellentiori modo in noua lege obtulit se  
 summus Pontifex Iesus Christus, non enim fecit nisi  
 unam oblationem sanguinis sui <sup>ad mundi uesperam</sup> ~~in fine saeculi~~ ad des-  
 tructionem peccati, qua facta introiuit in ipsa sancta  
 sanctorum, non quidem manufacta, sed in ipsum ue-  
 sum, ut appareat nunc in conspectu dei pro nobis, quae  
 ad modum per quandam imaginem summus Pontifex  
 in sancta sanctorum cum hostijs introibat, ut assit e-  
 rec ubi pro populo: ergo multo excellentior est mo-  
 dus oblationis in noua lege, qm̄ in ueteri, tum qm̄ in no-  
 ua lege non est facta ista oblatio nisi semel, in ueteri ue-  
 ro frequenter; tum qm̄ in lege ueteri fiebat coram deo  
 non facilliter apparente; in noua uero lege nunc offert  
 se Christus uultui dei facilliter sibi obiecto, durata u-  
 tem ista deductio, a fine cap. noni ubi scribit, Non  
 enim in manufacta, usq; in finem capitis decimij. Pri-  
 mo namq; ponit minorem, quantum ad illa, quae dic-  
 ta sunt de Christo ubi, q; semel suum sanguinem ob-  
 tulit, et non frequenter; et q; ipso oblato introiuit in  
 sancta uera, non autem figurata, aut manufacta  
 Et hoc facit usq; in finem noni capituli; ) Secundo  
 uero ponit maiorem, quantum ad illa, quae dicta sunt  
 de lege ueteri, scilicet q; oportebat per singulos annos  
 indesinenter oblationem summi Pontificis replicari, et  
 rationem subdit, pro eo q; illa oblatio perfecte non pote-  
 rat emundare: Et hoc facit a principio capitis decimij  
 quartij

quarto, quod incipit, Umbram enim habens lex, usque  
ubi, Impossibile enim est sanguine taurorum, aufer-  
ri peccata. 3.º uero incidenter probatur, quod  
uisus fuerat in ratione ista, et in aliquibus preceden-  
tibus, scilicet quod sanguis animalium oblativum, in lege  
non poterat ex natura sua auferre peccata, sed quod  
omnis oblatio peccati erat ex adimplerone diuine  
iustitiae, quam Christus adimpleuit, uenit, uerum  
tamen, non quod ego uolo, sed quod tu. adducit autem  
ad hoc auctoritatem prophetae dicentis in persona Ch-  
risti in psalm. sacrificium, et oblationem uoluis tibi  
corpus autem adaptasti mihi, uel secundum aliam  
oblationem, aures autem (accipiendo partem pro toto) u-  
sequit Solocautum pro peccato non postulasti, tunc di-  
xi ecce uenio, in capite libri scriptum est de me, ut fa-  
ciam uoluntatem tuam etc, ac si uellet dicere, Christus  
secundum adaptationem Apostoli, ut loquat filius ad  
patrem, quod uoluis, non placuerunt tibi Solocautum  
uetera Legis, <sup>et</sup> accires adaptasti mihi aures, et corpus, et fe-  
cisti me incarnari, et ecce ego ueniens in carne assump-  
ta faciam uoluntatem tuam tibi obediens usque ad mortem  
Et tunc concludit Apostolus, quod in hac sola uoluntate sanc-  
tificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi, qua  
si dicere uelit, quod solo merito uoluntatis deletur  
omne peccatum. et hoc facit ab illo loco. Impossibile  
enim est, usque ubi, Et omnis quidem sacerdos.  
quarto etiam probat idem alia auctoritate psalmi, quod  
illi eodem, cui dicitur est, Tu es sacerdos in aeternum in

eo dem psalms dictum est. sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, quod non posset esse, si oporteret eum frequenter sacrificare. non enim sacrificando sederet ad dexteram, sed potius ad ministraret. Et ides conuincit, quoniam Sabuit nisi semel offerre. et Soc facit ab illo loco (Et omnis quidem sacerdos usq; ibi; contestat autem nos et spiritus sanctus.

Quinto probat idem auctoritate superius introducta, in cuius fine dicit deus loquens de nouo testamento, propicius ero iniquitatibus eorum, et peccatorum ipsorum non recordabor amplius. constat autem, quod peccata remissa sunt, iam non oportet amplius pro peccato offerre. ergo in nouo testamento, non oportet esse ulterio-rem oblationem, quia peccata obliuioni sunt data, ut testat propheta, et Soc facit ab illo loco, contestat autem nos usq; ibi; Sabentes itaq; fratres.

Sexto concludit principalem intentionem, scilicet quod sume perseuerandum est in tali lege; et tangit multa media ex precedentibus. Primum quod sanctas auctorum per Christi sanguinem sunt operata, et iniriata est nobis uia ad intrandum per uelamen, et omnino debemus intrare abluti corpore, et corde, et fidem istam immobiliter obseruare. et Soc medium ponit ibi. Sabentes itaq; fratres: secundum ponit ibi. Voluntarie enim peccantibus nobis, dictum est enim, quod iam amplius non est offerenda aliqua hostia pro peccato, quia iam oblata est; et omnino multum debemus timere, ne uoluntarie peccemus.) Tertium ponit ibi; terribilis namq; est

est scilicet q. sub duobus uel tribus testibz moriebat  
ille, qui legem moysi non seruabat. multo ergo fortius  
in die Iudicij, et ignis, cum uerificabit illud Verbum  
mibi uindictam, et ego retribuam, et illud Cuius erit  
dominus populum suum, punient transgressores mo-  
us legis.

quartum ponit ibi. Rememoramini pristinos dies  
scilicet q. multum debent perseverare in fide, q. pro  
ea multas tribulationes sunt passi, et rapinas bonorum  
suumum.

§ . 12

ii. Pars.

In. ii. uero parte procedit ex obseruationum legis antiq.  
sanctitate nimia, et ex parentum seniorum exemplari  
forma. Unde arguit sic. Lex antiqua in summa reueren-  
tia est Sabenda propter sanctissimos patres, qui ipsam  
obseruauerunt, sed illi eodem patres magis sancti effecti  
sunt, et potius iustificati, ex hoc q. ambulauerunt in fi-  
de Iesu Christi, quam ex hoc q. legem seruauerunt, igitur  
fidei exemplum ipsorum est potius adsequendum, q. legi.  
Durat autem hoc rati a principio capituli undecimi,  
usq. circa medium duodecimi. ibi. Non enim accessistis  
ad tractabilem, et accessibilem ignem, circa rationem  
istam primo diffiniens fidem ponit minorem, scilicet  
q. omnes patres sancti placuerunt des. ex es q. ambula-  
uerunt per fidem. et hoc factum a principio decimicapituli  
(est autem fides) deinde uersus minorem istam probat  
et deducit per patres, qui fuerunt ante legem. u. p. o. t. e.  
per Abel, Henoch, et Noe, Abraham, Isaac, Iacob, et  
Ioseph. ostendens, q. isti septem ambulauerunt per fidem  
et

Et per eam solum placuerunt deo. Et Sociaut ab illo loco fide intelligimus aptata esse sequela verbo dei usque ibi fide Moyses natus occultatus est mensibus tribus. potent autem particula 7. in praedicta deductione, secundum numerum septem patrum.

Deinde vero eandem minorem deducit In Moyses legis latore; Et In his que acciderunt tempore legis datae sub Moyses et Josue. et Sociaut ab illo loco. fide Moyses natus usque ibi; et quid ad Suedicam, defuere enim me tempus. Deinde autem per modum summe, et ego socii adducit idem. In iudiciis et prophetis, qui fuerunt post datam legem: et Soc praedicto loco. et quid ad Suedicam, usque ibi. Et Si omnes testimonio fidei probati inuenti sunt. ubi minorem probatam concludit. Deinde In principio capituli duo decimi, quod incipit. ideoque et nos tantam habentes appositam nubem testium, probata minore inferre conclusionem principaliter inter tam, videlicet, quod debemus perseverare in fide et certare pro ea ac passiones sustinere exemplo Christi. Deinde autem cum ait. Nondum enim usque ad sanguinem resistitis oburgat Iudgos super inobservantiam suae conclusionis. Videbant enim edo affligi, defuere et fatigari ex persecutionibus et passionibus, quas tolerabant pro fide. Et adducit contra eos auctoritatem sapientis Et Sociaut ab illo loco. Nondum enim usque ad sanguinem resistitis. usque ibi; propter quod remissas manus, et soluta genua erigite. Deinde vero modum describit, qui debeant in fide perseverare, quod cum rectitudine operum. Et Sane.

Sanctitate morum, et Soc facit ab illis locis, propter quod  
remissas manus est usque ibi. non enim accessit ad tractabilem  
et accessibilem ignem. §. 13

In Parte autem 12. et ultima procedit ex multiplici  
apparitione miranda, et stupenda, quae facta legitur quando  
lex fuit data. Unde arguit sic. Lex antiqua Sabitae fuit  
in summa reuerentia, et studiose debuit observari, ob  
signa et mirabilia, quae fuerunt in ipsa legis datione,  
quae ponit exod. c. 19, sed multo excellentiora, et mi-  
rabilia sunt illa, quae concurrunt in lege noua, igitur  
noua lex, et fides Christi diligentius observanda est  
et reuerentius suscipienda. dicitur autem ista deductio  
ab illis locis, non enim accessit ad tractabilem, usque in  
finem totius epistolae. Vbi primo uolens probare mi-  
norem narrat mirabilia, quae contigerunt in legis datione  
et Soc facit in principio, non enim accessit usque ibi, sed  
accessit ad Syon montem, et ciuitatem dei uiuentis.  
Deinde uero ostendit meliora esse, et excellentiora, quae con-  
currerunt in legis nouae datione, et fidei promulgatione  
et Soc facit ab illis locis; sed accessit usque ibi. Si enim  
illi non effugerunt. Deinde ex minore probata, rationes  
deducit et dicit quod si antiqui legem non obseruantes, poe-  
nam non effugerunt, multo minus effugerunt, qui fidem non  
recipiunt, et deum de coelo uocantem contemnent. et  
Soc facit ab illis locis. Si enim non effugerunt, usque in fi-  
nem capituli. ) Deinde in principio cap. 13. quod incipit  
Itaque regnum immobile suscipientes ponit conclusionem  
istius rationis, et totius epistolae, quae iam probata est per  
duodecim rationes, uidelicet quod infide Christi immobiliter  
stare





Apostolus eorum, sed gentium potuissent forsitan  
indignari, et presumptioni imputare, quod eis presentem  
epistolam destinasset; et idcirco excusat se ubi (rogau-  
tem vos fratres, ut sufferatis verbum veritatis, ver-  
bum solatii) & in Timotheo laicus epistolae re-  
commendatione ubi cognoscite fratrem vestrum Ti-  
motheum.

cap. 39

### De septem epistolis canonicis

§. 1.

Nunc accedit liber septem canonicarum, qui edi-  
tus est a quattuor Apostolis. Iacobo scilicet quan-  
tum ad unam epistolam. Petro quantum ad duas,  
Ioanne quantum ad tres: Iuda quantum ad unam,  
intendunt autem omnes isti Apostoli, ~~scribere~~ ec-  
clesiam Christi, & quemlibet fidelem informare  
respectu agendorum, et credendorum. Diuiditur autem  
liber iste in quattuor partes principales scilicet in me-  
rum quattuor scribentium.

materia canoni-  
carum epistolarum

Prima namque Iacobi est informativa respectu  
moralium virtutum quantum ad omnem statum  
in generalibus. Secundam partem quae continet duas  
canonicas beati Petri est informativa respectu mora-  
lium virtutum secundum dicendum tempus, et statum pro-  
videndum cuiuslibet in specialibus. Tertia quae continet  
tres canonicas Ioannis est informativa respectu theo-  
logarum virtutum scilicet fidei, spei, et caritatis

modo singulari. A vero pars que continet canonicam beati Iude est confirmativa omnium precedentium. et doctrina verorum Apostolorum, et pseudorum confirmativa modo virtuali. et rationali.

Epistola canonica beati Iacobi

Apostolus incipit et premitte salutacionem secundum modum epistolarum. Unde introducit personam saluantem dicens. Iacobus, et personam instigantem ad scribendum, subdens deus. et Domini nostri Iesu Christi cuius amor et obsequium ad scribendum excitabat; et salutacionem dicens, duodecim tribubus que sunt in dispersione; et bonum optatum concludit salutem. et tunc sequit narratio, et prosecutio ubi omne gaudium exultate fratres, et dividit in 20 partes, scilicet viginti doctrinas morales, quas in presenti epistola ponit beatus Iacobus.

Primo namque monet ad virtutem patientie et stabilitatis respectu adversorum, et hoc facit ab illo loco (omne gaudium, usque ubi) (si quis vestrum indiget sapientia) circa virtutem autem patientie describit modum, quod verus patients non solum debet sustinere, imo in sustinendo debet gaudere; et ideo dicit, omne gaudium exultate etc. et describit obiectum subdens in tentationibus variis. et describit fructum, et effectum sub quadam concatenatione concludens, scientes quod probati si deus vestre patientiam operatur etc. §. 2.

Dividit epistola in 20 partes iuxta 20 doctrinas morales, quas tractat

I. Pars.

2

nec

net ad uirtutem confidentis et firmitatis. docet enim  
confidere et firmiter postulare a deo omnia, quibus  
homo indiget. et in nulla hesitare de deo. et dicitur hęc  
doctrina ab illo loco. si quis autem uestrum indiget sa-  
pientia usque ubi gloriatur frater summus. circa uirtutem  
autem confidentis docet. quando confidendum scilicet  
in tempore indigentis. tunc enim deus assistit. et ides  
promittit. si quis autem uestrum indiget sapientia. uel  
alio dono. deinde docet in quo solo est confidendum. quod  
in illo. qui est fons affluentis scilicet in solo deo. et ides  
subdit. postulet a deo. et ponit rationes quare in solo  
ipso est confidendum. quod si accedat ad deum firmitate. et  
postulata concedit. dono ad hęc. unde subdit. postulet a deo in fide nihil  
sequens. et adducit ad glorandum istum modum exem-  
plum nature ubi. qui enim hesitat similis est fluctuima-  
ris. et uerbum scripturę ubi. Vir duplex animo inconstans  
est etc.

3. Pars

§. 3  
3.º Monet ad uirtutem equanimitatis. que multum  
patientis uicina. non tamen est eadem. quod patientia  
respicit solum aduersa. Equanimitas autem respicit  
tam prospera. quod aduersa. est enim equanimis. qui in  
quodam lance rationis recte consistit. ut neque extollat  
in prosperis. neque desiciat in aduersis. sed ad modum  
boni quadrati. ut dicit philosophus in libris ethicorum  
et boni tetragonismi sine vituperis. in quo aenque latere  
plane cadit. unde et ab hoc dicitur est. 2. reg. 14. quod sicut  
an

angelus domini esset, qui nec maledictione nec benedic-  
 tione moueret. Durat ergo ista doctrina de equanimi-  
 tate ab illo loco (glorietur autem frater Sumilus) usque  
 ubi (beatus uir, qui suffert tentationem. circa virtu-  
 tem autem istam describit primum actum, qui est in-  
 prosperis non erigi cum dicit (glorietur autem frater Su-  
 milis in exaltatione sua) et actum secundum, qui  
 est in aduersis non desici cum subdit (dices autem  
 in humilitate sua. Et rationem utriusque subdit, quod  
 sicut flos ferri transibit: ubi quendam similitudi-  
 nem assumit. Et deinde propositionem adaptat, et in-  
 ducit ubi, ita et dices in itineribus suis marcescet etc.  
 4<sup>o</sup> monet ad uirtutem pudicitiae et castitatis. Unde  
 de docet de abstinentia motum cum magna fortitu-  
 dine, et resistentia sustinere; durat autem haec doc-  
 trina ab illo loco (beatus uir, qui suffert tentatio-  
 nem, usque ubi (fratres mei dilectissimi), circa virtu-  
 tem autem istam sic procedit. In primo ostendit ip-  
 sam esse magni meriti dicens (beatus uir qui suffert  
 tentationem, resurgendo scilicet concupiscentijs, quoniam  
 cum probatus fuerit, accipiet coronam uitae. Deinde  
 respondet uicidam dubitationi, quae posset suboriri, pos-  
 set enim aliquis credere, quod dixerat, quod resistere tenta-  
 tioni, est quaedam hominis probatio, ut recipiat coro-  
 nam uitae, quod deus mitteret. Si uicis modi tentationes car-  
 nis, quod remoueris dicit, quod cum talis tentatio bonans  
 sit

4 pars

Sic deus neminem tentat de peccato carnis sed unus  
quisq; a propria concupiscentia tentat. et Soc facit i  
bi. nemo cum tentat. Deinde ostendit hanc virtutē  
inter ceteras esse singulariter et precipue donum  
deij. sicut et sapiens ait non possum esse continent  
nisi deus det. et Soc facit ibi. Omne datum optimū  
et omne donum perfectum desursum est. Deinde  
probat ex assimilatione genitoris et geniti deus  
enim generat quemlibet fidelem per Verbum ve  
ritatis iuxta illud Joannis. i. Dedit eis potestatem  
filios dei fieri, genitus autem debet assimilari ge  
nitori. cum ergo deus mundus et sanctus sit. secun  
dum illud. sancti estote, quoniam ego sanctus sum  
argumentum est, q; ipse in nobis inicit munditias  
et castitatem. et Soc facit ibi. Voluntarie enim  
genuit nos, vel forte ab illo Omne datum optimū  
usq; in finem Suius doctrinae, ubi ostendit qualia sūt  
dei dona, q; optima et perfecta, occasione accepta ex  
Soc, quod dixerat q; carnis tentatio a deo non erat.

5<sup>a</sup> Pars

5<sup>o</sup> monet ad duas virtutes simul. scilicet ad mā  
suetudinem, et docilitatem: et durat hęc doctrina ab  
illo loco (sectis fratres mei dilectissimi) usq; in fines  
capitis primi. et coniungit has virtutes, q; oportet dis  
centem credere et mansuetum. ponit autem pri  
mo documentum, quantum ad utranq; partem in  
principio, unde vero exponit ipsum, quantum ad hoc  
quod

quod dictum est de virtute mansuetudinis. ibi. ira enim viri) deinde quantum ad id, quod dictum est de virtute docilitatis ibi (estote factores verbi) et quod docilitati practica duo repugnant. videlicet ociositas ad operationem. dicit enim philosophus. primo et sic. quod moralis doctus non est proprius auditor. scilicet tor passionum, qui sperere non implet, quod audit; et garrulitas in locutione, cum quis antequam didicerit loqui, vult docere, idem loquens de virtute docilitatis prohibet ociositatem ad operationem dicens, estote factores verbi. et garrulationem in locutione subdens. (si quis autem existimat se religiosum esse non refrenans linguam suam.) §. 6

Sexto movent ad virtutem Iustitiae maxime distributivae. et incedit contra vitium sibi oppositum, quod est acceptio personarum. et incipit haec doctrina in principio capitis secundi. fratres mei dicitur usque circa medium. ibi. (sic loquimini. et sic facite) In hoc vero documento sic procedit. quod primo ipsum proponit prohibet enim acceptio personarum: secundo ipsum exponit ibi. (et enim si introierit in conspectu vestro, ostendens in quo est personarum acceptio. et si proponit divites pauperi sola contemplatione divitiarum. Quod ubi illud redarguit, et auctoritate divina confirmat ibi. (audite fratres mei, nonne deus elegit pauperes, et ex divitum crudelitate ibi. (nonne divites per potentiam

6. Pars.

triam' et ex ipsorum infidelitate ubi, nonne ipsi blas-  
phemant bonum nomen. quinto autem tempera-  
mentum ponit, qz fortassis exultaret aliquis, qmo-  
neret ut odiosaberemus divites, et tantummodo pau-  
peres diligeremus, et Soc remouet dicens (Si tamen  
legem perfectas regalem benefacitis). §. 7

7. Pars.

Septimo monet ad virtutem misericordie et pietatis.  
Et incipit Soc doctrina circa medium secundicap-  
ituli loquimini, et sic facite, et finit ubi (sed dicit  
aliquis, probat autem quod pietatis et misericor-  
diae maxime congruit Christiano propter tria, primo  
ratione charitatis, et libertatis animorum, qz lex Chris-  
tiana est lex libertatis et charitatis, propter quod unus  
debet alteri compati et misericors esse; et Sanctorum  
nomen tanqz dicens (sic loquimini, et sic facite, sicut per  
legem libertatis est) Secundo ratione equitatis in  
die iudicij, qz tunc misericordes misericordiam conse-  
quere; et Soc facit ubi (Iudicium sine misericordia) §.  
ratione veritatis credendum, qz non uere credit, sed  
sabet fidem mortuam, qui non sabet ad proximum  
misericordiam, maxime ad fratrem suum Christianum,  
et Soc facit ubi (quod prodeunt fratres mei si fidem dicat  
quis se sabet esse). §. 8

8.

8.° monet ad virtutem vigilantis et strenuitatis ubi  
sed dicit aliquis) et durat usqz in finem capitis secun-  
di. tanqz enim quattuor rationes propter quas debet  
qz



quilibet per vigil esse in bonis actib9. strenuus et ope-  
rosus. prima quidem qz operositas est perfectionis de-  
clarativa. sicut dicit saluator, a fructibus eorum cog-  
noscetis eos et sane rationem tangit (sed dicit aliqui  
ostendens qz perfectio et fides bona hominis non mani-  
festat nisi ex operib9. Secunda vero qz est consumma-  
tiva et completa perfectionis. nam fides sine operi-  
bus ociosa est, et carens suo complemento. et inducit  
ad Soc exemplum Abrahq. et sacra scriptura auctoritate,  
et Soc ibi Cuius autem scire o homo inanis. tertiam  
ex qz Soc virtus est perfectionis acquisitiva. disponit  
enim. et promeretur acquisitionem perfectionis, exemplo  
Raab. ibi. Similiter et Raab meretrix. quarta vero ra-  
tio est qz est perfectionis adornativa. sicut enim corpus  
ornat per animam, sic et perfectio hominis per operatio-  
nem multiplicem virtuosam. et Soc facit. ibi, sicut enim  
corpus sine spiritu.

§. 9

9. monet ad Virtutem taciturnitatis, et refrenatio-  
nem lingue. Et incipit ista doctrina in principio capituli  
tercij. nolite plures magistri fieri fratres mei. dicit qz  
qz prope finem ibi, quis sapiens, et disciplinatus inter  
uos. Describit autem vitium lingue, et loquacitatis,  
quantum ad sex conditiones, propter quas omnis homo  
debet fugere istud vitium. ostendit enim primo qz est vi-  
tium declarativum presumptionis, ex presumptione te-  
nim cordis, et appetitu apparentis loquacitas procedit. et

9. Pars.

Soc

Soc est quod in principio dicit nolite plures magister fieri. Secundo ostendit q, est vitium conturbativum cōmunionis, seu cōmunicatis, subdens q, in multis offendimus omnes, unus <sup>slz</sup> alterum. tertio ostendit q, est vitium enervativum perfectionis ibi, si quis in verbo non offendit, quarto ostendit q, est vitium et si modicum quantum ad instrumentum, quod est lingua, tamen maximum in virtute, qz introductivum multa confusionis. Et turbationis. Et ponit ad hoc exemplū animale de freno equi (potest autem circumfrens circumducere; Et exemplum artificiale de naue et quib<sup>or</sup> nauibus ibi, ecce naues, et exemplum naturale de modica scintilla ignis, que comburit totam domum, et unam etiam siluam, sic ergo lingua magna pericula inducit. et Soc facit ibi, ecce quantus ignis. Quinto dicit q, est vitium causativum rebellionis, qz linguam reus domare potest. Et Soc ibi, omnis enim natura bestiarum. Sexto ostendit esse vitium contentivum multiplex offensivus, et in deum, et in proximum, ostendens q, tales loquaces, qui detrahunt proximo, et si linguā benedicant deo, nihil utile sibi faciunt, adducens exemplū de dulci aqua et amara, que nunqz eodem foramine fontis emanat. Et de ficu, et uva, que non procedunt ex eadem arbore. et Soc facit ibi, in ipsa benedicimus deum patrem. §. 10.

10. monet ad Virtutem sapientie, et celestis prudentes

10. Pars.

25 tie. ubi quis sapiens et disciplinatus usq[ue] in finem ca-  
 pituli tertij. et primo monitionem suam proponit  
 de celesti sapientia. et prudentia dicens, quis sapiens  
 et disciplinatus. Deinde vero monitionem exponit  
 ibi. q[ui] si zelum amarum habetis, et primo declarat  
 que sit prudentia, et vere prudentis contraria, quia  
 a terrena sapientia. et diabolica. Zelo et contenti-  
 one plena est. Secundo autem ibi. que autem de-  
 sursum est. ostendit que sit prudentia celestis, et  
 vera: Tertio ibi. fructus autem iustitiz concludit  
 et de hac sapientia, q[ue] est multum fructuosa. <sup>§. 11</sup>  
 Undecimo monet ad virtutem Humilitatis, et sub-  
 iectionis, et detestat elationem, ac vitium super-  
 bie. Et incipit h[ec] doctrina in principio quarti capi-  
 t[ul]i. Unde bella, et lites in vrb[ib]us. Durat autem usq[ue]  
 ibi. appropinquate domino, in monitione autem multa  
 de virtute Humilitatis detestat oppositum vitium  
 Superbie. p[ro]pter mala que inde oriuntur: et in ordine  
 ad proximum, et in ordine ad seipsum, et in ordine  
 ad deum. Et hoc concludit propositum. et in hoc  
 habet quattuor partes. Primo namq[ue] ostendit q[ue] in  
 ordine ad proximum oriuntur ex superbia lites et bel-  
 la, mores et zelus. Secundo ibi. et non habetis,  
 ostendit malum, quod sequit[ur] in ordine ad seipsum,  
 nam ex superbia oriuntur in corde mala confidentia  
 Et ex hoc non postulat, nec recurrit ad diuinum au-  
 xi

ii. Pars.

subium propter presumptionem cordis, et si postulat  
non accipit, eo q. male petat. Tertio vbi. adulteri  
re sitis, q. amicitia, ostendit malum quod sequit  
in ordine ad deum, nam procedit ex supbia arbitri  
re et uanitate odium dei, et amicitia sui sequit. 4. vbi  
an putatis sortat ad humilitatem, quod est principa  
le intentum, et adducit duplicem scripturam, prima  
que dicit spiritus ~~uider~~ humanus superbus e et inflat  
et ad inuidiam prouocat. secundam, que dicit q. deus  
superbus se opponit, et humilibus gratiam donat. et ex  
hoc ~~con~~cludit ppositum de virtute humilitatis dicens  
subditi estote deo etc. possit autem dici, q. in pre dicta  
doctrina detestatur inuidiam, et monet ad benignitatem  
et pacem, sed q. inuidia orit ex supbia, melius est ut  
exponat, ut dictum est. § 12

12. Pars.

duodecimo uero monet ad austeritatem, et uirtute  
poenitentia. et hoc facit ibi. appropinquate domino  
et appropinquabit uobis. et facit tria scilicet q. poenit  
sabit tres partes. scilicet contritionem, per quam quis  
deus appropinquat, et ad istam monet dicens, appro  
pinquate domino, et appropinquabit uobis. et con  
fessionem, per quam fit purificatio cordis, et emun  
datio manus, et ad istam monet subdicens, et muer  
date manus peccatorum, et punitionem siue uindicta  
tam, et satisfactionem, et ad hanc monet p. dicens,  
peccatum conceptum vbi (miseri estote. scilicet in corde  
et lugete, et peccatum ostensum per signum vbi) (ri  
sus vester in luctum conuertat, et peccatum patratu  
etiam

etiam perfectum per altum. ubi. (Humilitati in eis  
pectus domini. §. 13

13. Pars

Decimo tertio monet ad virtutem benignitatis. et be-  
nevolentis, cui opponit detractio, et murmuratio.  
et incipit hęc doctrina. nolite detrachere alterutrum  
fratres mei. Et primo detestat ipsum vitium. se-  
cundo ubi qui detrahit fratri, inducit ad Socratis  
Et triplicem modum. Primum legis transgressioes  
dicens, qui detrahit fratri detrahit legi, et iudicat le-  
gem: secundum sui condemnationem subdens (un-  
est legis laque, qui potest perdere, et liberare. et tertium  
sui presumptionem subdens (tu autem quis es, qui iu-  
dicas proximum tuum. Et sic enim tribus debet homo  
deuitare detractionem. scilicet iudicium proximi sui, qz  
in iudicando fratrem uenit contra legem de charitate  
proximi. Et qz usurpat officium iudicis, qui potest  
eum condemnare, et qz ad ipsum non pertinet alius  
iudicare §. 14

14

Decimo quarto monet ad virtutem timorationis in  
terre, ac reuerentis in ordine ad deum, cui opponit  
audacia temeraria. Et ~~vanitas~~ exultatio. Et incipit  
hęc doctrina. ecce nunc quid dicatis, ubi primo expo-  
nit vitium temeritatis, quę opponit timorationi diuine  
dicens, quod dicatis Sodite: aut crastino ubi in ciui-  
tatem est. Secundo contra illud vitium rationabi-  
liter opponit ubi (qui ignoratis, quid sit uobis in cras-  
tinum. Tertio uirtutem oppositam, et modum debitus  
docet, et proponit ubi pro eo ut dicatis. si dominus uolue-  
rit

40

4<sup>o</sup> modicum oppositionem esse in visu ostendit ubi nunc  
autem exultatis in superbis vestris. quinto ipsum  
reprehendit maxime in Christianis, qui sciunt qua  
litas est agendum, et non agunt. Et hoc facit ubi sci  
entes igitur bonum facere. §. 15

15. Pars

Decimo quinto monet ad virtutem contentationis  
et sufficientis, quae opponit cupiditati et avaritiae,  
et incipit hoc doctrina in principio quinti capituli  
agere nunc divites, ubi decubatur avaritiam propter  
quinq; rationes. Primo quidem, quia causat oblivionem  
et ignorantiam proprii status. Non enim cogitant ta  
les, quae evenient eis. Et hoc facit in principio dicitur,  
dicens. Considerate in miserijs vestris, quae advenient vo  
bis. Secundo quia exegat internam prudentiam, quae dic  
tat divitias, vestimenta, et omnem ornatum esse con  
ternendum, sicut res putrefactioni subiectas. Et hoc fa  
cit ubi. Divitiae vestrae putrefactae sunt. 3<sup>o</sup> quia causat in  
debitam animam ad sollicitudinem et superfluum curam  
unde generat ignem, et eruginem sollicitudinis interitae,  
et ides subdit. aurum, et argentum vestrum erugina  
vit. 4<sup>o</sup> quia claudit in die iudicii dei misericordiam, cum  
dicitur. esurivi, et non dedistis mihi manducare. et ides  
subdit. thesaurizastis autem vobis iram in novissimis  
diebus. Quinto quia avaritia facit multiplicem iniustitiam,  
et multam pauperum oppressionem, quorum clamor  
provocat divinam iram, et ides subdit. ecce merces opa  
rius

riorum Virorum, qui messuerunt. Decimo sexto monet  
ad virtutem castitatis, sobrietatis et temperantis op  
posita vitia detestando scilicet peccatum gula, et luxurie  
Incipit Hec doctrina ubi epulati estis. Vbi primo  
detestatur gulam ubi epulati estis super terram (secundo  
illud, quod oritur ex gula scilicet luxuriam ubi (et in  
luxurijs vestris enutristis corda vestra: deinde illud  
quod oritur ex utroque videlicet ignaviam et crapulam  
ubi (enutristis corda vestra. deinde quartum, quod ex  
his tribus oritur scilicet malitiam in viros honestos et pios  
nam tales consueverunt contra sanctos homines ma  
chinarj: unde subdit In die occisionis, occidistis iustum.  
conuenienter ponit istam doctrinam de detestatione  
luxurie et gula, post doctrinam in qua diuitias et aua  
ritiam fuerat detestatus. quoniam istud vitium plerumque  
sequitur illud.

17<sup>o</sup> Monet ad virtutem longanimitatis et perseve  
rantis. Et Socrates rationabiliter egerat namque de auari  
tia diuitum. Et voluptatibus eorum, qui consueverunt  
opprimere virum iustum. et ideo nunc pauperes et  
iustos exhortatur ut expectent aduentum domini, in quo  
diuitibus reddent mala pro peccatis. Et ipsis bona pro  
patientia et alijs meritorijs. Incipit Hec doctrina  
ubi. Patientes igitur estote fratres. Monet autem ad is  
tam virtutem tripliciter. Primo per quandam simi  
litudinem, de agricola expectante fructum terre. 2<sup>o</sup>  
ubi patientes estote vos, quoniam aduentus domini appropin  
qua

16. Pars

16. Pars

17. Pars.

18. sic procedendo per re promissionem. Et promitten-  
do certitudinem aduentus domini et propinqui-  
tatem. 3<sup>o</sup> ibi. exemplum accipite. proponendo  
sanctorum precedentium vitam, et formam ex-  
emplarem; omnes enim per patientiam, et lon-  
gamnitatem ad regnum peruenierunt. §. 18

18. Pars

18. monet ad virtutem religionis et latius pro-  
hibendo actum sibi contrarium videlicet iurium  
et assuefactionem iuramenti et inique hęc do. prima  
ibi. ante omnia fratres mei. ubi primo prohibet iura-  
menti frequentiam assuefactionem, et pronitatem  
dicens. Nolite iurare neq; per coelum. neq; per terram.  
Secundo monet ad verbi simplicitatem ibi. Sic autem ser-  
mo vester. 3<sup>o</sup> monet ad alium actum religionis a iura-  
mento. videlicet ad actum laudis, et orationis ibi. tris-  
tate autem aliquis vestrum. 4<sup>o</sup> monet ad alium actum  
qui est suscipere reuerenter et debite sacramentum  
maxime ultimum, quod est unctio extrema, quod ipse  
solus inter alios Apostolos promulgauit. et hoc facit i-  
bi. infirmat quis in uobis. §. 19

19.

Decimo nono monet ad uirtutem Charitatis et mutue  
amicitię, maxime spiritualis. et hoc facit ibi. Confi-  
termini ergo alteruorum peccata uestra. ubi ponit ad-  
monitionem de Charitate et spirituali amicitia quę  
constitit in secretarum reuelatione, maxime peccatorum  
et mutua oratione, ut possint euitari peccata. Secundo  
ibi. multum enim ualeat, ostendit orationem mutua[m]  
esse



esse maxime efficax per exemplum Helie prophete  
vigebimus et ultimus mores ad virtutem correctionis  
fraternae in ultima particula fratres si quis autem  
ex vobis erraverit, et posset reduci. Hec particula ad  
precedentem qz fraterna correctio procedit ex charita  
te

20. Pars.

cap. 40  
De Prima canonica Petri

Prima et secunda canonica Petri sic distinguunt. qz  
postqz tractavit Iacobus de virtutibus moralibz in gen  
nerali non considerata aliqua conditione singulari p  
sonae vel temporis. Nunc beatus Petrus in his duabus ca  
nonicis tractat de virtutibus moralibz sm diversos sta  
tus et tempora. Et in Prima quidem tractat de virtu  
tibus diversis secundum diversitatem personarum, unde  
refert se ad diversos status. In 2a autem, quae incipit  
Symon Petrus, secundum diversas conditiones tempora  
les. unde refert se ad novissimum, et finale tempus. An  
ti Christi.

Prima autem canonica dividit in tres partes. scilicet  
in exordium, processum, et terminum; sive inchoati  
onem, narrationem, et conclusionem. Secunda inci  
pit ubi Benedictus deus; 3<sup>o</sup> ubi ystighona. 2<sup>o</sup>  
exordium ergo sive salutatio dividit in 4 partes qz  
primo introducit salutantis persona, cuius exprimit  
nomen Petrus, et officium s<sup>o</sup> Apollolus, et obsequiu  
s<sup>o</sup> Iesu Christi. 2<sup>o</sup> introducit salutata ecclesia, cuius  
tan

dividit epistola  
in exordium q  
cessum. et termi  
num. in. 3. s<sup>o</sup> p.

) 1. Pars qua  
duplex

tanquam æternalis dilectio cum dicit (electis a deo)  
supple ab æterno, et temporales uocatio ubi aduenis;  
et poenalis professio, ac persecutio passa pro Christo  
quæ dispersus et localis descriptio, quæ Ponti galatæ  
est. 3<sup>o</sup> introducit saluationis causa, ideo enim  
eos saluat, quæ sunt electi secundum præscientiam dei  
patris, et aliquid succedens ex tempore, ostendit enim  
eos electos ad participationem flaminis, cum dicit in  
sanctificationem spiritus: et ad subiugationem propriæ  
uoluntatis uoluntati dei Patris, cum subdit, in obedi-  
entiam; et ad efficaciam sanguinis, et meritum passio-  
nis Christi, cum subdit, et aspersionem sanguinis Je-  
su Christi: ex quibus ratio et causa sufficiens colligitur  
quare saluantur. 4<sup>o</sup> introducit saluationis forma  
optat enim eis bonum in ordine ad deum ueritate gra-  
tia uobis, et in ordine ad mundum, in quo possint uixere  
re tranquille, cum subdit, et pax multiplicet, uel  
bonum presens, quod est gratia, et bonum futurum, quod  
est pax et gloria. Deinde sequitur narratio pro-  
cessus ubi Benedictus deus. Et habet duas partes pri-  
cipales. Prima continet gratiarum actionem super be-  
neficijs susceptis a Christo: docet enim gratias agere  
de sex beneficijs per fidem Christi nobis collatis. Et  
primum quidem est ablutio baptismalis per quam re-  
generamur, et de isto beneficia ait. Qui secundum  
misericordiam suam regenerauit nos. etc. Secundum  
est

secundum est tuitio virtualis, per quam conseruamur ab  
 omni malo in presenti donec perueniamus ad salutem  
 et de isto subdit. In nobis, qui custodimur in uirtu  
 te de j. Tertium est perpassio martyrij corporalis  
 per quam probamur purgamur, ac tentamur. Et de  
 isto subdit modicum nunc si oportet contritari in  
 uarijs tentationibus. 4<sup>m</sup> est dilectio instrumentalis  
 per quam, per quam copulamur. Sumimus Christo  
 ceteris gentibus excogatis et de isto subdit, quem  
 non uidentes diligite. quintum est preparatio  
 propheticalis per quam informamur est enim mag  
 na gra. q. pmissere deus prophetas ad informatio  
 nem nostram. Et de hoc beneficio subdit, de qua sa  
 lute exquisierunt. Sextum est impletio salutaris,  
 per quam honoramur etiam plus qz prophetis, qz quod  
 ipsi pzdixerunt completum est in nobis, et ipsi la  
 borauerunt. Et nos in labores eorum introiuimus. et de  
 hoc beneficio subdit, quibus reuelatum est qz no  
 sibi ipsis.

2<sup>a</sup> autem pars principalis continet generalem info  
 mationem in moribus, hinc quandam generalem con  
 clusionem ex pzedentibus, continet enim ex tot recep  
 tis beneficijs, nos debere conari ad omnem sanctitate  
 et fugere omne peccatum, et iniquitatem. Et ponit  
 per ordinem septem que ad sanctitatem debent in  
 ducere et ad perfectionem viqz sectandam quemlibet  
 Chris

2<sup>a</sup>. Pars. in  
 qua septem pro  
 ponit, que ad  
 sanctitatem de  
 bent inducere.

Christianum. Primum inductivum est status  
gratiosus, ac si ita vellet arguere, quoniam ad talem sta-  
tum, et ad tantam gratiam est vocatus, ad fugam om-  
nis mali debet conari, et acquisitionem omnis per-  
fectionis, et omnis virtutis. Et hoc inductivum tan-  
git in principio huius partis cum dicit propter quod  
succincti. Secundum inductivum ponit ibi quasi  
filij obedienter, ac si ita argueret debemus esse filij  
obedientes, et magis parere qui nos cavet, et ma-  
xima nobis beneficia contulit, sed ille imperat dicens  
sancti eritis, quoniam ego sanctus sum, igitur ad sanctita-  
tem debemus conari. Tertium inductivum ponit  
ibi et si patrem, et illud quidem est nexus amorosus ac  
si ita argueret nexus et proportio debet esse inter pa-  
trem et filium, sed nos invocamus in patrem, illum  
qui personam non accipit, igitur toto tempore nostrum in-  
colatus conari debemus, ad bonam conversationem  
et sancta opera. Et ponit ibi (sejentes quoniam corrup-  
tibilis). Et illud est alius quidam preciosus: ac si ita  
argueret qui non parvo precio est redemptus, non de-  
bet se pro parvo estimare, sed qui libet Christianus  
redemptus est non auro, aut argento, aut alio corrup-  
tibili precio, sed potius sanguine agni immaculati  
ergo habendo respectum ad istum actum preciosum  
quo Christus dominus se ipsum tradidit, ut nos redime-  
ret.

et a uana nostra conuersatione nullo modo prouiso  
 paruo preuo nos dare debemus, aut ad pristinam u  
 nam conuersationem redire. Quintum ponit. ubi  
 animas nostras sanctificantes. et est modus quidam  
 speciosus nostre generationis: ac si sic argueret, una  
 queq; res debet suo principio conformari, et modo  
 sue generationis, qz ex eodem sumus, et nutriamur  
 sed quilibet Christianus natus est non ex semine corrup  
 tibilij, sed per uerbum diuinum, qz per uerbum sancti  
 euangelij, quod uerbum manet in qz bernum, cum  
 tamen omnis caro exarescat ut fenum, ut dicit isai  
 ergo quilibet Christianus debet carnem fugere et de  
 bere castitatem, charitatem, fraternitatem et omnē  
 sanctitatem sectarij. Sextum ponit in principio ca  
 pituli secundi. (deponentes uigil) et est gustus quidam  
 saporosus et uoluptuosus quem debet experiri Christi  
 anus, ac si ita argueret, gustato spiritu desipit om  
 nis caro, Sed uos o Christiani estis illi, quibus prae  
 t̄ gustate et uideate quoniam suauis est dominus  
 ergo si gustatis qz dulcis est omnis malicia et omnis  
 dolus, simulatio. Et uersaliter omnis mundana  
 conuersatio uobis debet desipere, et lac mundum gus  
 tare, ut in illo crescatis in sanctitate et perfectione.  
 Septimum et ultimum ponit ubi, ad quem accedentes  
 et est gradus quidam gloriosus, in quo positus est quilibet  
 Christianus, positus namqz est sup lapidem uiuum  
 Je

modum  
 debetis

Jesum Christum tanquam spiritalis domus. Et tanquam  
 sacerdos sanctus, qui debet in domo illa offerre <sup>et</sup> mun-  
 dum sacrificium. Et acceptabile ~~sacramentum~~ <sup>et</sup> opera  
 etiam sancta esse tanquam autem circa hunc gradum  
 gloriosum primo quidem ubi fundat, quod in Christo la-  
 pide. dicens ad quem accedentes lapidem vivum 2<sup>o</sup>  
 In quo consistit. Et in quo consumat, quod in sacerdotali  
 ordine ibi. Et ipsi tanquam lapides vivi super edificamini.  
 iste gradus est ad quem euectus est. ~~quod~~ Christus  
 tanquam, ut sit sacerdos. et templum dei. tertio ibi pro-  
 phetae. Et est predictus prophetiae gradus iste. ibi prop-  
 terque continet scriptura <sup>A. inducit</sup> ~~Inducit~~ tanquam auctoritatem <sup>inducit</sup>  
 isaie dicens ~~Ecce~~ ponam in domo, et dauid propheta  
 Job dicens non credentibus autem lapidem quem repro-  
 bauerunt. Et auctoritatem osee concludens. qui alij  
 quando non populus dei est. ~ ~ ~ ~ ~  
 3<sup>a</sup> vero pars principalis ponit <sup>D. 3.</sup> ~~generalem~~ <sup>+</sup> eruditionem  
 in moribus secundum conditionem personarum et dicitur  
 si status. Incipit circa medium capituli secundi. Ch-  
 ristini obsecro vos. duratque usque in finem epistolae. ubi  
 concludit. Diuidit ergo haec pars, quae principalem  
 intentionem epistolae continet in quattuor partes, si-  
 cut in quattuor status, quos informat. Primo namque in  
 format constitutos in gradu infimo et quasi seruili, quod  
 in primitiua ecclesia paues erant domini et paucio-  
 biles. Accirca non curando de ~~Principibus~~ et superioribus  
 nobis

inducit

Specialem

3. Pars.  
 quattuor homi-  
 num status in  
 format ac pro  
 inde in 4. par-  
 tes diuiditur

ribus qui tunc erant infideles informas subditos et  
 subiectos quantum ad sex virtutes, monec enim eos  
 in ordine ad se ipsos, ut habeant virtutem temperan-  
 tia dicens obsecro vos abstinere a carnalibus de-  
 siderijs. In ordine autem ad proximum ut habe-  
 ant virtutem exemplaritatis, et studeant edifica-  
 tioni fraternis subditis, conversationem vestram  
 inter gentes habentes bonam. In ordine vero ad pu-  
 cipatum, et seculare dominium, ut habeant virtu-  
 tem obedientie, et reverentia nam scandalizavit  
 infideles propter inobedientiam Chushtanorum et hoc  
 facit ibi (subiecti absolute omni humana creature pro-  
 pter deum. In ordine vero ad deum monec ut habe-  
 ant virtutem religionis, et latro, per quam serviat  
 deo, et omnes honorent ac timeant deum, et hoc facit  
 ibi (quare liberi) In ordine autem ad dominum ini-  
 quum et presidentem discipulum monec ut habeant  
 virtutem patientie ibi (servi subditi absolute in omni  
 timore. In ordine etiam ad Christum dominum mo-  
 net ut habeant virtutem iugis memorie ipsius. Hec  
 enim dabit eis virtutem patientie, scilicet si habeant iu-  
 gem memoriam Christi passivi, ut sequantur vestigia eius  
 et hoc facit ibi In hoc enim vocati estis, ubi circa me-  
 ditationem dominice passionis tanque aliquid glorio-  
 sum et nobile dicens (In hoc vocati estis, quasi dicat  
 ad

ad istum honorem uocat nos deus dolorosum et fle  
bilem (passus est pro nobis) Luminis sum et imitabile  
uobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigi  
eius. explicat autem lumen virtutis quod illuxit in  
Christi passione. Et debet a nobis imitari. fuit enim  
Christus dominus in sua passione exemplar omnis sac  
tatis, et innocentis, ideo ait (qui peccatum non fecit,  
omnis veritatis et iustitiae, ideo subdit (qui cum ma  
lediceret non maledicebat. omnis humilitatis et  
subiacentis, ideo subdit (qui cum patere non uimi  
nabat, superbe scilicet et arroganter. omnis mag  
nanimittatis, serenitatis, et confidentis, quod (exadebat  
se. omnis longanimitatis, et sustinentiae usque ad tem  
pus, quod iudicari se iniuste, cum ipse posset iudicare.  
sicut in fine iudicabit. omnis charitatis, et amicitiae  
quoniam peccata nostra ipse tulit super lignum. om  
nis honestatis et poenitentiae. Unde subdit (ut pecca  
tis mortui iustitiae uiuamus. Vltimo autem tangit  
circa huius meditationem aliquod fructuosum et uer  
te ubi (cuius luore sanati estis.

Secundo autem informat constitutus in statu do  
mestris economicis et ciuilibus, cuius partes sunt vir  
et uxor. Et incipit pars illa in principio capituli  
similiter mulieres, ubi primo informat est in for  
mneum monendo eas, ad humilitatem, et obedi  
tiam dicens (similiter mulieres subdite sint uiris  
suis, ad operositatem et diligentiam bonorum operum  
sub



subdens (ut si qui non concedunt verbo per mulierum  
 conversationem sine verbo lucrifiant ad congrui-  
 tatem ornatus et modestiam subdens (quarum no-  
 sic extrinsecus capillatura. ad spirituales autem  
 thesaurum et ornatus sanctimoniam subdens (sed  
 qui est absconditus homo cordis. et adducit in exem-  
 plum omnium uirum matrem fidelium saram  
 subdens (sicut sara obedebat Abramq; dominum  
 eum uocans.

Deinde informat sexum masculinum viros sicut  
 in ordine ad uxores. docens q; debent studere ad quat-  
 tuor respectu ipsarum. primo ad complacendum. dicit  
 viri similiter cohabitantes secundum scientiam; ad  
 sufferendum subdens (quasi infirmiori uasculo mu-  
 liebi) ad Reuerendum dum dicit Impatientis ho-  
 norem tanq; coheredibus gratq;. ad conuiuendum de-  
 bent enim taliter cohabitare. et debitum reddere. ut  
 aliquando uacent orationi. et sic subdit (ut non im-  
 pediant orationes uestra.

Tertio informat constitutos in statu politico et comu-  
 ni ~~uicibus partes sunt viri proximis et Christianis~~  
 unde intendit communiter informare Christianos in  
 statu politico exultentes et incipit hęc pars ubi (in  
 fide autem omnes unanimes. et q; comparari potest  
 Christianus ad alterum. quantum ad corpus proximam  
 et ad finem ultimum. ad deum. et ad Christiano-  
 mi ||

ominum. Ides sic ponit quattuor informationes  
Primam quidem unius hominis in comparatione ad  
alterum. Et hoc continet sex virtutes, quas quilibet  
tenet ad alterum observare. ac proinde monet ad  
conseruandam identitatem, et conformitatem dicens  
Confide omnes unanimes, et ad conseruandam dul-  
cedinem, et benignitatem subdens (compatientes  
fraternitatis amatores, misericordes, et ad seruan-  
dam sobrietatem, et tranquillitatem ibi) (modestis su-  
miles non reddentes etc) et ad seruandam, imo et  
ad inducendam in alterum securitatem; maxime ne  
timeant pati pro fide. Et hoc facit ibi (quis est qui  
vobis noceat si boni emulatores fueritis, et ad serua-  
dam sedulositatem circa ea que sunt fidei, ibi) (domi-  
num autem Iesum Christum sanctificate in cordibus  
vestris, pax semper etc) et ad habendam stabilitatem  
in fide ac virtutibus, etiam dabo quod patiamur pro eis, et  
hoc ostendit exemplo Christi, qui uenisset iustus pro  
iustitia passus est, et ad iustitiam predicandam uenit  
euangelizare etiam incredulis, quos ad huc per pati-  
entiam expectat; sicut expectauit deus incredulos in  
diebus Noe, cum fabricaret arca. Et hoc facit ibi (me-  
lius est enim benefacientes si uelit etc) usque in finem  
capitis tertij. Secundam informationem ponit  
hominis in comparatione ad corpus proprium, et hoc  
in principio capitis quarti. Christus igitur passus in carne  
unde

305

Unde monet ad fugiendum peccata carnalia ex  
imitatione regali Christi domini, dicens (Christus  
in carne passus, et nos eadem cogitatione armami-  
ni, quia qui passus est in carne desijt a peccatis. et  
ex conversatione brucali, quam habuimus, subdes  
sufficit enim piseritum tempus ad voluntatem ge-  
nium consumandam. et ex segregatione moralij  
et virtualij, qua segregati sumus a ceteris, dum ait  
In quibus nunc obstupescunt, In quos admirantur non  
concurrentibus vobis in eadem luxuria confusiones,  
et ex retributione finalij concludens (propter huc enim  
mortuus euangelizatum est.

Tertiam vero informationem hominis in ordine  
ad finem ultimum ponit ibi (omnium autem finis  
appropinquabit, ubi primo finem prestatuit dicens  
omnium finis appropinquabit. Secundo ad finem  
prestitutum, ea que sunt ad finem ordinat, et disponit  
ibi (estote inquam prudentes. et docet ad finem ultij-  
mum ordinare, ea que sunt hominis. Primo quidem,  
Sabium dicens (estote prudentes et vigilate in oratio-  
nibus. Secundo amicum addens, ante omnia autem  
mutuam in vobis nec ipsi caritatem continuam ha-  
bentes. Tertio propriam substantiam, et proprium hos-  
pium, ubi sospitales inuicem, quarto omne spirituale  
et temporale donum a deo receptum, ubi (cuius quisque  
sicut accepit gratiam in alterutrum. Unde et quartum  
ad

ad donum spiritualis eloquentis subdit, si quis lo-  
quitur quasi sermones dei, tanquam ad donum tempora-  
les <sup>diligentia</sup> ~~eloquentis~~ si quis administrat, tanquam ex virtute,  
Ultimus autem docet quis sit ille, qui committit omnia  
quantum ad finem debetum, quod Iesus Christus  
et ideo concludit (ut in omnibus honorificat deus  
per Iesum Christum. et  
quartam informationem hominis in ordine ad  
nomen Christianum ponit ubi (Charissimi nolite)  
requirit autem nomen Christianum sex conditiones  
Primam quidem stabilitatem in loco, quae opponitur  
Leuitati discursum, quae quidem leuitas, sive ex feruore  
tentationis prohibens ergo leuitatem, qua aliqui dis-  
currunt de loco ad locum, imaginantes semper aliquid  
quod noui reperire delectent. (Charissimi nolite peregrina-  
ri quasi aliquid noui uobis, secundam, conformitatem  
cum Christo, maxime in passionibus, et ideo subdit (ad  
commemorantes Christi passionibus gaudete. Tertiam,  
iocunditatem in animo etiam respectu aduersorum  
(si exprobramini in nomine Christi beati eritis) quae  
tam uero sanctam, et inuerecundam frontositatem in  
bono non enim debet Christianus uerecundari si pro  
nomine Christi patiat, sic tamen si patiat ut ho-  
micida, aut latro. et ideo subdit, nemo uestrum pa-  
tietur ut homicida. Quintam, equanimitatem in  
iudicio diuino, debet enim diuina iudicia equanimi-  
ter

ter tolerare et ides subdit (quoniam tempus est in  
 ciperi iudicium a domo dei. Sextam stabilitatem  
 in martyris in quo commendant Christi animas su-  
 as deo et ides subdit (itaque et si qui patruunt  
 quarto <sup>etiam</sup> informat constitutos in statu principatus ec-  
 clesiasticis et spirituales, cuius partes sunt Prelatus  
 et subditus, episcopus et populus. Incipit pars ul-  
 tima quarto cap. Seniores ergo in vobis sunt, ubi ipse  
 informat gradum pastorem appellando sacer-  
 dotes et episcopos seniores et promittit suam aucto-  
 ritatem, et excellentiam, ut magis autentica doc-  
 trina reddat dicens (Seniores obsecro ego consenior  
 et testis Christi. subiungit vero doctrinae continentiam  
 am ubi (Pascite) et monet episcopos ad quinq; habe-  
 da Respectu gregis sui. videlicet ad diligentiam cum  
 ait pascite qui in vobis est gregem dei. et ad beneuo-  
 lentiam, et spontaneam curam cum subdit prouiden-  
 tes non coacte sed spontanee secundum deum. Et  
 ut fugiat auaritia, nec seruiant in ecclesia propter  
 eam cum subdit (neque turpis lucri gratia) et ut fu-  
 giant superbiam cum subdit, neque ut dominantes in  
 cleris. Et ut studeant ad exemplarem vitam, cum add  
 sed forma facti gregis ex animo. Et pro his omnibus re-  
 promittit inmarcessibilem coronam, cum concludit  
 Et cum apparuerit Princeps pascuum  
 Secundo vero principaliter informat eorum popula-  
 rem

rem, ut obediant gradui parvialy, et hoc facit ibi  
similiter adolecentes) monet autem ad virtutem  
obedientis cum dicit (subditis, et te senioribus) et  
ad virtutem Similitatis mutuis, ac reverentis, nō  
solum in ordine ad preslatos, sed etiam ad invicē  
unde dicit (omnes enim invicem Similitatem in  
sinuate. Et ad virtutem timorationis internis, in  
ordine ad deum. unde subdit Similiamini quē  
sub potenti manu dei. Et ad virtutem confidentis  
que tota collocanda est in deo et ides addit (omne  
sollicitudinem vestram prosequentes in eum, et ad  
virtutem prudentis et vigilantis contra diabolum  
dicens (obis) estote et vigilate, et ad virtutem to-  
lerantis passionum in ordine ad mundum, ibi scientes  
eandem passionem. Et demum promittit dandam eis  
a deo virtutem longanimitatis, et perfectas ac cō-  
sumantis perseverantis. Et ides concludit deus au-  
tem omnis gratis. Ultimo ibi (ipsi gloria et imperiū  
post exordium, et tractatum foris finem epistolę, et  
imponit tantum in gratiarum actione; ponit namq;  
exhibitionem respectu dei. dicens (ipsi gloria et im-  
perium in secula seculorum amen. et gratis ostenta-  
tionem respectu sui. ostendit enim se gratiam habere  
quibus voluit scribere maxime per fratrem valde fi-  
delem eis unde dicit per Silvanum fratrem fidelem  
vobis; et gratis distinctionem a vita et doctrina pseud  
A

Apostolorum. Unde contestat. Sane esse ueram gra-  
 tiam, & ueram fidem. ponit etiam gratis oblationes,  
 ex parte totius ecclesie, quam dicit in Babylone  
 collectam et ides subdit. Saluat uos ecclesia. inuicē  
 que etiam gratis signum, et declarationem, que de-  
 bet esse inter Christianos, et subdit. Salutate inuicē  
 in os uobis sanctis; et demum ponit gratis postulationes  
 concludens. gratia uobis omnibus, qui estis in Christo  
 Jesu amen)

cap. 41

~ De 2<sup>a</sup> Canonica Petri ~

In secunda sua canonica intendit sanctus Petrus  
 informare Christianos secundum diuersas conditio-  
 nes temporales, maxime secundum tempus inuisi-  
 biloni, et finale et habet tres partes principales  
 Prima namque est pars exordialis, que continet salu-  
 tationem, in qua premitte persona scribentis, et comē-  
 dat a sapientia, et claritate, cum appellat Symon)  
 qui interpretat agnoscens; et ab adherentia, et fir-  
 mitate cum subdit Petrus, qui interpretat firmus  
 a subiacentia, et paruitate, cum appellatur seruus  
 a Preeminentia et dignitate, cum adiungit Apосто-  
 lus Jesu Christi. Deinde subiungit ecclesia, cui ser-  
 bit, quam distinguit a congregationibus infidelium,  
 ex parte cognitiue ueniat. Sic qui coequalem nobis,  
 cum sortiti sunt fidem. et ex parte affectiua in uirtus  
 se uice cum subdit. In Babilone deus uestis. Deinde conclu-  
 dit

Informat Chri-  
 stianos secun-  
 dum diuersos  
 staty tempore  
 diuidit in 3.  
 partes  
 I. Pars

et bonum quod optat bonum utique in quo <sup>est</sup> atinum  
cum dicit. gratia vobis et pax et consummationem cum  
subdit. et pax adimpleat et dispositivum ad utru-  
que vel promotivum utriusque cum addit. in cogniti-  
one domini nostri Jesu Christi. §. 2

2. Pars co-  
mendans Chris-  
tianam fidem  
de quattuor  
excellentijs.

Secunda autem pars fundamentalis quae continet  
fidei commendationem quam pro fundamento oportet  
procurare in omni doctrina salutari. commendat Chris-  
tianam fidem de quattuor excellentijs. et prerogati-  
vis. Primo namque eam commendat de summa nobilita-  
te et opulencia et ponit divitias fidei Christianae quae  
iam habent in re a quolibet fidei sancto. et sunt istae  
omnia quae sunt necessaria ad vitam sanctam in or-  
dine ad seipsum et ad pietatem, sive ultimum et la-  
tium in ordine ad deum. Et has divitias tangit in prin-  
cipio huius partis. cum ait. quomodo omnia nobis di-  
vinae virtutes sunt quae ad vitam et pietatem donatae  
sunt. Deinde ponit divitias fidei Christianae quae non  
iam habent in re. sed quoddammodo in spe unde tangit  
ea quae nobis sunt promissa. et ad quae pervenimus  
per fidem: et ostendit quae nobis promissa sunt  
elevata sunt et sublimia calore dicens. per quem  
maxima; et comparata sunt cum vigore, quae per sangu-  
inem Christi. id est subdit preciosa: et predicata sunt a  
prophetis et patriarchis cum calore. et id est dicit ea  
promissa et reserata sunt. ac communicata ex ama-  
re non enim emptae sunt. sed donatae. unde dicit. pro-  
missa



missa donavit. Secundo comendat fidem Christianam de summa sinceritate et sanctorum ubi. ut per Soc efficiamini. et describit sanctitatem Christianam ex parte terminum, ad quem accedit per eam enim accedit ad conformitatem divinam. et ides dicit, ut per Soc efficiamini: et ex parte terminum a quo recedit per ipsam, unde subdit fugientes eam, quos in mundo est corruptionem.

Tertio ibi (vos autem curam omnem subinferentes, comendat fidem Christianam de strenuitate, opositate, et efficacia, non enim vult fides somnium suum aut pigrum, sed per dilectionem operantem. Et ides ponit connexionem octo virtutum, quas fides vera exigit. exigit namque virtutem sedulitatis, et propter Soc ait, vos autem curam omnem subinferentes. exigit et virtutem stabilitatis. et ides subdit ministrare in fide vestram virtutem, i. fortitudinem, et exigit virtutem docilitatis idesque dicit, in virtute autem scientiam. et exigit virtutem sobrietatis et temperantiae. unde dicit. In scientia abstinentiam exigit virtutem tranquillitatis ides addit in abstinentia autem patientiam. exigit virtutem liberalitatis et misericordiae. dicens, in patientia pietatem. exigit et virtutem affabilitatis et sic subdit in pietate autem fraternitatis amorem. et exigit virtutem principalem, et nobilissimam divini amicitiae, quos omnia per  
fuit

perficit & consummat et appellat Sic Caritas. Unde  
subdit in fraternitatis autem amore & caritatem  
deinde ibi. Hec enim si uobiscum adsint, probat  
et ostendit q. fides exigit. Sane uirtutum connexionem  
quadruplex ratione. Prima est q. fides carens esse  
uis uirtutibus uana esset, inutilis ac frustratoria et  
Sane tangit uocat. Hec enim si uobiscum adsint nō  
uacuis uis constituent.

Secunda ratio est, q. aliter fides sibi ipsi esset contraria  
a. quę sonat in illuminationem & purificationem  
si autem careret habens fidem uirtutibus exilis  
esset et manutentari, & oblitus esset purgationis  
quam habuit p. fidem et hoc tangit ibi. Cui enim pres  
to sunt Hec. Tertia est q. aliter uocatus hominis  
ad fidem esse multum dubia & momentanea, et nō  
uideret esse secundum predestinationem æternam  
sed secundum presentem Iustitiam; et Sane tangit ibi  
quapropter fratres magis satagate. 4<sup>a</sup> est q. ob illius  
modi connexionem fides facit uitare peccata et sup  
abundare merita; et Sane tangit ibi, quapropter fra  
tres magis satagate, Hec enim facientes non peccabitis  
aliquando.

quarto ibi ppter quod uis incipiam semper comone  
re comendat fidem Christianam de securitate et  
confidentia ostendens q. ueritas fidei est summe  
firma et solida de qua non est dubitatio, et primo  
qua

quadruplificatione dicit se libenter Studere fidelibus  
 ut perseuerent in fide. Et prima est amor ueritatis  
 quod diligit ueritatem istam uim summo feruore. Et  
 idem dicit Incipiam uos semper comonere de his. Vo  
 lo enim uos confirmatos esse In presenti ueritate  
 secunda est timor breuitatis uitae suae, quod uis et uel  
 ceter debuit uita cadere, huc significauerat illi  
 Christus dominus. Et Sane tangit ibi Iustum autem  
 arbitror. Tertia est tenor Charitatis, quod etiam post  
 Sane uitam intendit operam dare, ut permaneat in  
 ista ueritate. Et Sane tangit ibi. dabo autem ope  
 ram post obitum meum. quarta est horror falsita  
 tis, quam continet alia secta, quod omnis alia doctri  
 na fabulosa est. Et indocta. Et Sane tangit ibi. non  
 enim indoctas fabulas. Deinde ibi accipiens enim,  
 ponit duas rationes ex quibus euidenter concludi  
 tur quanta est firmitas, et securitas fidei Christianae  
 est. Prima est testimonium apostolicum firmatum  
 super contemplatione, et euidentia facti, quod in monte  
 exultantes uiderunt faciem Christi gloriosam, sicut  
 sol resplendentem, et audierunt uocem patris dicen  
 tem. Hic est filius meus dilectus. Et Sane tangit ibi  
 accipiens enim a deo patre honorem est. Et est ora  
 culum prophetium fundatum super reuelationem  
 dei, quod sancti prophetae non uoluntate humana, sed  
 spiritu sancto inspirati testimonium perhibent fidei  
 Christi

Barthanz. & habet se sermo propheticus quasi lu-  
cerna et lucifer diem uerq; fidei introducens. &  
Sane tangit ibi. & Sabemus firmiorem propheti-  
cum sermonem. §. 3

3. Pars que  
informatur de  
motibus in or-  
dine ad tempus  
futurum ~

Tertia uero pars principalis continet informatio-  
nem in moribus maxime in ordine ad tempus futu-  
rum & incipit cap. 2 (fuerunt uero et pseudo pro-  
phete) informat autem respectu duorum temporum  
futurorum. Primo quidem respectu temporis. In  
quo futurum erat dissidium hereticorum, quod  
nunc pro parte pertransijt quamuis nondum ad ple-  
num. & Soc facit in toto secundo cap. Deinde  
Respectu temporis. In quo erit iudicium bonorum et  
malorum. et Soc facit. 3. cap. per totum. Unde in cap.  
Secundo agit de Hereticis instruens Christianos quod  
licet se debeant habere ad ipsos, caput ergo secundum  
continet Hereticorum Hypocrysim et eorum fic-  
tionem. & ostendunt causas futurij per quoddam ex-  
emplum similitum; quod inter filios Israel statim a  
principio falsi prophete fuerunt. Deinde autem ibi  
qui introducent sectas perditionis ostendunt habe-  
re triplex motuum. Primum quidem appetitum  
uauitatis. & ides dicit & introducent sectas, quod  
pertinet ad presuppositum uauitatis, que sicut Gregori-  
um est filia uauis glorie. Secundum, appetitus  
Luptatis. & ides subdit. & multi sequuntur eorum  
Luxuriam. Tertium appetitus diuitiarum et muen-  
danz

dane prosperitatis. Et ideo subdit Et in auaritia et  
 sic ex his tribus ostenditur, q. necesse est perversos  
 Somniet et hereticos in ecclesia esse futuros.  
 Secundo presens caput continet hereticorum poenam  
 et condemnationem ibi; quibus iudicium, quam  
 probat futuram per tria exempla. Primum de dam-  
 natione Luciferi, et demoniorum Et hoc tangit ibi  
 si enim deus angelis. Secundum de subuersione ho-  
 minum impiorum per diluuium facta, ibi, et huius  
 originali mundo; Tertium de subuersione et combus-  
 tione Sodomorum, ibi. Et ciuitates sodomorum.  
 deinde ex his tribus exemplis concludit unam ge-  
 neralem sententiam, scilicet q. deus impios nunc de  
 tentationibus eripere et iniquos ad cruciandum re-  
 seruare, ibi nouit igitur deus pios. deinde ex hac ge-  
 nerali sententia inferit conclusionem intentam ar-  
 guens per locum a maioribus, qz si non pepererit deus a-  
 gelis in quibus maior ratio militare uideat, multo mi-  
 nus parcat talibus Somnibus, qui brutales sunt et  
 quasi pecora irrationalia, corruptibilia, et immu-  
 da, et hoc facit ibi, magis autem eos, qui post carnem.  
 3. continet presens caput Secreticorum spurcitas  
 et de prauitatem ibi. Hi uero uelut irrationalia  
 pecora, et ostendit ipsos esse plenos omnigenere  
 uitiorum. Primo quidem uitis ignorantibus, et ideo  
 eos uocat irrationalia pecora, in captiuitatem et p-  
 ri

mitern per ignorantiam incidentia. 2<sup>o</sup> Vicio  
irreligiositatis et irreuerentis indeum, ac inius  
titis. et ides subdit Blasphemantes in corruptio  
ne sua peribunt peripientes mercedem iniustitig  
tertio, vitio luxuria, et immunditig subdens  
usluptatem qstirmantes. 4<sup>o</sup> Vicio gulig et castri  
margis. Vnde subdit delitijs affluentes in con  
uiujs suis. Quinto vitio dissolutionis et impu  
ditig in aspectibz et ingestibus. Vnde subdit (ocu  
los Sabentes plenos adulterijs. Sexto vitio aua  
ritig idesq sunt similes Balaam peruerso prophe  
ta. Vnde subdit. cor exercitatum auariciae habe  
tes seutiuiam Balaam. Septimo vitio hypocris  
is et inanis glorig ibj. Si sunt fontes sine aqua  
octauo vitio malignitatis, et uerig peruerse, qm  
uocant, neq student, nisi ad subuersionem bonoꝝ  
Vnde ait. Superbia enim uanitatis loquentes pel  
liciant. Nono vitio adositatis et promissionis me  
dole ibj, qui merore conuersati libertatem illis pro  
mittentes. Decimo vitio ingratitude respectu  
diuinae gratig. ibi melius enim erat illis non cog  
noscere uiam Iustitig.

Caput autem Tertium in quo tractat de finali iudi  
cio, et de fine mundi, quod incipit. Sane ecce uobis,  
diuidit in obo partes. Primo namq ostendit doctrina  
sua, que est de finali iudicio esse ueram firmam  
et

et ualde authenticam. Et qz a sanctis prophetis in  
 producta est. et ab Apostolis. et a domino saluatore  
 secundo. Hoc primum sciens, ostendit hanc doc  
 trinam in futuro a quibusdam fore negandam. et  
 ponit rationem eorum motiuam ibi. (Ex quo enim  
 patres dormierunt / tertio ex probat et repellit opini  
 onem istorum ibi. Latet enim eos. Quarto Respon  
 det ad eorum rationem P<sup>h</sup>antasticam ibi; unumce  
 ro uos non lateat Charissimi. Quinto componit qua  
 dam moralem consequentiam ponens antecedens. et  
 consequens ibi. cum ergo hec omnia dissoluerint  
 sine. 6<sup>o</sup> infert quandam suasionem. et monitione  
 fructuosam. et eruditionem principaliter intentam  
 scilicet qualiter debeamus nos habere in expectan  
 do diem iudicij. et hoc facit ibi. propter quod Charis  
 simi. Septimo ostendit in hac doctrina. et in omni  
 bus alijs suis cum beato Paulo Apostolo plenam con  
 cordiam; et confirmat epistolas beati Pauli. Pseu  
 do enim Apostoli dicebant illas non esse recipiendas.  
 qz non erat Apostolus. de Petro autem id dicerent  
 audebant; et hoc facit ibi. Sicut et Charissimus fr  
 ter meus Paulus. 8<sup>o</sup> autem in exhortatione et  
 gratiarum actione finit. et concludit epistolam ibi  
 vos igitur fratres prescientis est<sup>huc</sup>

De Prima Canonica Joannis.

§. 1.

Ami.

Diuidit episto  
la in .9. par  
tes.

In .1.<sup>a</sup>. 2<sup>a</sup>. et 3.<sup>a</sup>. canonica Ioannes tractat de  
virtutibus theologicis, sicut duo Apostoli precedenti  
de virtutibus moralibus tractauerunt. Et prima qui  
dem abundantius tractat de ipsis. Diuidit in no  
uem partes secundum tres replicationes, in quibus  
tractat primo de fide, deinde de Charitate, et  
ultimo de spe. In 2<sup>a</sup> autem tractatu eodem mo  
do replicat. In 3<sup>o</sup> uero quasi sub alio ordine, quia  
primo de Charitate, deinde de fide, et ultimo de spe.

1. Pars ostēdit multas ex  
cellentias fidei. In Prima igitur parte agit de virtute fidei, ostendens  
excellencias eius, et durat per totum caput primū  
et principium secundi, usque ubi (et in hoc sermone  
cognouimus eum, si mandata eius obseruamus)  
circa fidem autem sic procedit, quod ostendit ipsam esse  
uirtutem habentem multam auctoritatem, et  
dignitatem, quantum ad testes; qui uiderunt, audie  
runt, et manibus contractauerunt uerba uirtus, qui  
testificati sunt nobis, quod tenemus per fidem. et hoc  
facit in principio canonica, cum dicit, quod fuit ab  
initio etc. Secundo ostendit eam habere multam  
uoluntatem et excellentiam, quod facit Sommes habere  
societatem cum sanctis Apostolis, imo et cum patre,  
et filio Jesu Christo, et hoc facit ibi, quod uidimus.  
Tertio ostendit eam habere multam iocunditatem  
et cordis exuberantiam, ac spirituales letitiam, et  
hoc facit ibi (et hoc scribimus uobis ut gaudeatis.)



4<sup>o</sup> ostendit ipsam habere magnam puritatem, nō  
 enim est secta tenebrarum, et errorum, spurcitia-  
 rum, et peccatorum. ut cetera scilicet, Sarracenorum,  
 paganorum, et hereticorum; sed sicut deus est  
 lux sanctitatis, et mundicię, et tenebrę in eo non  
 sunt ullę, sic societas nostra, quam habemus per fidem  
 non est in tenebris peccatorum, sed in luce, et verita-  
 te morum. Et hoc facit ibi et hoc est annunciatio,  
 quanto ostendit ipsam habere summam utilitatem, ef-  
 ficaciam, et influentiam ad delenda peccata, iusti-  
 ficamur enim per fidem, sicut Apostolus ait, et hoc  
 facit ibi (si autem in luce ambulamus sanguis Je-  
 su emundat nos ab omni peccato. Sexto ostendit ipsam  
 habere, et in se continere multam necessitatem, et in-  
 digentiam, non quidem quod ipsa nobis indigeat, sed quod  
 nos ea indigemus: diceret enim forte aliquis, peccato-  
 res bene indigent ea quod necesse habent emundare pec-  
 cata, ego autem non indigeo quod peccatum non habeo  
 ostendit nullum hominem immunem esse a peccato  
 et per consequens omnes homines indigere fide iusti-  
 ficante. Et hoc facit ibi. Si dixerimus quod peccatos  
 non habemus.

Septimo et ultimo ostendit ipsam habere multam uti-  
 litatem, et sufficientiam. Sufficit enim ad uscatam de-  
 mini nostri Jesu Christi <sup>et</sup> meritum, cui coniungimur  
 per fidem ad propiciationem peccatorum nostrorum  
 imo et totius mundi. Et hoc facit ibi. *filii hominum*  
 seri

2. pars de  
actib; chari-  
tatis -

Scribo uobis, quod est principium capituli secundi.  
In 2<sup>a</sup> autem parte agit de Virtute Charitatis, et  
ostendit, q; ex charitate debemus tria diligere, et am-  
plexari scilicet deum, proximum, et ad hunc officio  
suum: et tria simuliter effugere, et euitare scilicet mū-  
dum, Somnium hirceticum, et omnem ad hunc vitio-  
sum, et durat pars illa ab illo loco (quod in hoc sum),  
quod iuxta principium capituli secundi situat usq; in  
finem eiusdem, et diuidit in sex partes. Prima nā  
q; ostendit q; ex charitate debemus deum diligere,  
docendo, q; non sufficit deum per fidem cognoscere,  
sed necesse est, et mandata seruare, ibi (et in hoc si-  
mus quoniam cognoscimus eum) et q; mandata serua-  
re est Charitatis perfectionem habere ibi, qui autem  
seruat Verbum eius: et q; perfectionem habere est si-  
mulem conuersationem cum Christo tenere ibi, quod  
ut se in illo manere, debet sicut et ille ambulauit est.  
Secundo ostendit q; etiam ex Charitate debemus proximi  
nostrum diligere, et hoc facit ibi Charissimum nō man-  
datum nouum; ubi resumit quoddam principium ue-  
tus, qz supra dixerat ipsum, scilicet q; in Christo, et  
in uobis tenebignullisunt, aut esse debent, imo tene-  
brę uitiorum iam transierunt: et lumen sanctitatis  
iam lucet. Et deinde ex isto principio concludit inten-  
tum scilicet proximum esse diligendum, quia qui odit  
fratrem suum ad hunc in tenebris est, qui uero diligit ip-  
sum

sum in lumine manet. Et Soc facit ibi, qui dicit se  
 in lumine esse. Tertio ostendit q, ex charitate de-  
 bemus omnem alium virtuosum exercere, et virtu-  
 tem diligere. Et Soc facit ibi. scribo vobis filios  
 ubi allicat ad virtutem, et parvulos, et patres anti-  
 quos ibi, scribo vobis patres, et ad adolescentulos ibi.  
 scribo vobis adolescentes: et ad Sue infantulos ibi  
 scribo vobis infantes: et perfectiores ac viros ibi scri-  
 bo vobis Juvenes, qui iam fortes estis. Quarto os-  
 tendit q, ex charitate debemus mundum contemne-  
 re, et Soc facit ibi, nolite diligere mundum, neque ea  
 que in mundo sunt. Et tangit duas rationes prop-  
 ter quas Sabens charitatem debet fugere mundi amo-  
 rem; Primam quidem propter mundi ad deum co-  
 ntrarietatem: illa enim tria, que sunt in mundo sunt  
 contraria charitati, et Sane tangit ibi (sequis dili-  
 git mundum: Secunda ratio est propter mundi ins-  
 tabilitatem, quam tangit ibi, (et mundus transit, et  
 convalescentia est. Quinto ostendit q, debemus  
 ex charitate Somnium hereticum fugere, et de-  
 vitare; et Soc facit ibi (filii mei, novissima hora  
 est, ubi tangit Hereticorum multiplicationem  
 quos et vocat Antichristos ibi, et sicut audistis qz  
 Antichristus venit. et Hereticorum reprobatione  
 qz licet aliquando videant esse ex nobis, tamen non  
 sunt secundum dei prescientiam, et predestinatio-  
 nem eteram, ibi. ex vobis prodierunt, et ex vo-  
 bis

This is a very faint handwritten note or marginalia on the right side of the page, partially overlapping the main text. It appears to be a list or a set of instructions, but the text is too light to transcribe accurately.

bus non erant, ponit etiam suam excusationem  
in describendo ista non enim facit huc, quod reputet  
fideles esse ignorantes, sed ut sollicitet eos tanquam sci-  
entes et hoc ubi, sed vos unctionem habetis a sancto.  
deinde ponit hereticorum quandam descriptionem  
et notificationem ibi. Et quoniam omnem menda-  
cium ex veritate non est. ubi enim dicit, quis est he-  
reticus, vel Anti Christus, quia qui negat quod Jesus  
non est Christus. Deinde concludit ex procedentibus  
sua informationem, scilicet quod heretici de-  
vitandi sunt, et permanendum est in veritate ab  
initio audita, et ab Apostolis predicata ubi, vos au-  
tem quod audistis ab initio in vobis permaneat. Et  
ostendit quod debemus ex Charitate omnem alium vi-  
tiosum fugere et vitare, permanendo scilicet in pu-  
ritate vite, ad quam inducit unctio spiritus sancti  
ad quam inungunt Christiani per sacramenta Je-  
su Christi, illa enim unctio excludit omnem menda-  
cium peccati, et docet, quod verum est, et iustum. Et  
hoc facit ubi. Et vos unctionem, quam accepistis ab  
eo maneat in vobis. §. 3.

3<sup>a</sup>. Pars que  
de spe agit cir-  
ca quam sex  
principaliter perpe-  
dit.

In 3<sup>a</sup> autem parte principali agit de virtute spei  
et incipit illa pars a principio capituli tertij, videlicet  
qualem Charitatem, et durat usque in finem eiusdem  
tractando autem de spe facit sex per ordinem. primo  
namque ostendit, quod sit respectus dei potissimum in-  
ductivum, quia dei adoptio, ex eo enim quod deus in ta-  
tu

214

hum dilexit nos ut nos filios suos esse voluerit. et uoca-  
ri. non mirum si debeamus in ipsum sperare. et hoc  
inductiuum tangit in principio. videte qualem cha-  
rstatem est. Secundo uero ostendit quod sit respec-  
tu spei potissimum completiuum. et finale termina-  
tiuum scilicet dei fructio. debemus enim sperare  
pro finali termino nos peruenturos ad deiuisionem,  
per quam similes ei erimus. et Soc tangit ibi. Charis-  
simi nunc filij dei sumus est. 3<sup>o</sup> ostendit quod nra  
spei debitum conuocatiuum. qz dei imitatio  
et conformis conuersatio ad Christum. debent enim  
spem conuocari ceteris Virtutes. alioquin quicū  
uicij. et sine mutatione uite sperat. iam non habet  
spem. sed presumptionem; et Soc tangit ibi. et omni-  
qui Sabet Sane spem sanctificat se. sicut et ille sanctus  
est. Quarto ostendit quod sit spei potissimum ex-  
ercitiuum. qz Christi passio. et meritum ipsius cumu-  
lato. nam ex merito passionis Christi potissimum eri-  
gi possumus ad sperandum. et hoc tangit ibi. In hoc  
apparuit filius dei. ut dissoluat opera diaboli. 5<sup>o</sup>  
ostendit quod nra spei potissimum promotiuum  
scilicet. fratrum dilectio. et concordialis unio. quia  
enim est extra amorem fratris sui. iam non est ex deo  
nec Sabet ut sic sperare de deo. et Soc tangit ibi. om-  
nis qui non est iustus; ubi declarat qd odiens fratrem  
non debet sperare de deo propter multa. primo qz non  
est ex deo. nec filius dei. ubi. non est ex deo. qui non dili-  
git

que fratrem suum. Secundo quod dicit Cain pro exem-  
plo ubi (non sicut Cain qui ex maligno erat. et  
tertio quod talis similis est mundo. qui odit Christianos  
et ex consequenti non debet sperare in Christo quia  
ut principio utque scilicet gratia. et hoc facit ubi. no-  
lite mirari fratres si odit vos mundus. Et 4<sup>o</sup> quod qui  
odit fratrem non potest excusari a mentali homicidio  
et hoc facit ubi. omnis qui odit fratrem suum homici-  
da est. Deinde dat doctrinam de diligendi modo di-  
cens. quod debemus pro fratre exponere vitam exemplo  
Christi domini. et hoc facit ubi. In hoc cognovimus  
Charitatem dei. et quod debemus pro eo exponere nos-  
tram substantiam. et facultates ubi. (qui sabuerit  
substantiam suam mundi. Deinde reprobat dilecti-  
onem. que consistit in solo verbo. et manifestat solus  
per linguam ubi. filio carni non diligamus. Sexto  
ostendit quod sit respectu spei potissimum signum. et  
precipuum ostensivum. ponit autem duplex signum  
Primum quidem conscientie serenatio. quem enim in  
conspetu dei cor suum. et conscientia non reprehendit  
in hoc potest agnoscere. se esse ex veritate. et in ve-  
ritate sperare. et hoc tangit ubi. In hoc agnoscimus  
quoniam ex veritate sumus. Secundum vero sig-  
num est dei ex auditus. cum enim deus exaudit nos  
signum est. quod veraciter in ipso speramus. et hoc tangit  
ubi. Charissimi si cor nostrum non reprehendit nos  
fiduciam habemus ad deum ~

In 4. parte principalis Incipit secundus tractatus et ut recapitulatio de fide. et durat hęc pars a principio quarti capitis. no lice omni spiritui credere usq; ubi Charissimi diligamus nosmet inuicē, tangit autem tria de fide; Primo namq; ostendit de dono fidei. a quo sit immissiue, q; a spiritu sancto spiritus quidem maligni immittunt errores et hęreses. et ideo non est omni spiritui credendum, sed spiritui qui ex deo est. et hoc tangit ubi. no lice omni spiritui credere: Secundo ostendit de dono fidei de quo sit obiectiue q; de deitate. et humanitate unita filio dei et ideo qui soluit Iesum non habet ueram fidem, et hoc facit ubi. In hoc cognosce spiritus dei. Tertio ostendit de dono fidei in quo est, et in quo non est possessiue: ostendit enim per mixtum, quod fides non possidet ab hereticis, sed a fidelibus; illi enim habent spiritum erroris, si autem spiritum ueritatis, et hoc facit ubi. Cuius ex deo estis filioy.

4. Pars. in qua fit recapitulatio de fide

In quinta autem parte, quę incipit Charissimi diligamus nosmet inuicem, rursus tractat de charitate et monet nos ad eam propter quattuor, quę ex ipa proueniunt; ex charitate enim prouenit in nobis adoptio dei filialis, facit enim hominem filium dei et ex deo nasci. et hoc dicit in principio ubi; q; charitas ex deo est; et omnis qui diligit ex deo natus est. 2<sup>o</sup> ex charitate prouenit in nobis cognitio dei salutaris et

5. Pars rursus de Charitate.

et salubris, et Soc ostendit ibj, et cognoscat deum, qui  
non diligit non novit eum. Tertio provenit in nobis  
dei imitatio virtualis ipse enim prius dilexit nos, et  
ideo debentius ipsum, et proximum diligere, ut ip-  
sum debite imitemur; neq; alias debite imitamur  
nisi per charitatem diligamus; et Soc ostendit ibj (in  
Soc est charitas, non q; nos dilexerimus deum et  
quarto provenit in nobis ex charitate dei mansio  
et connexio singularis, quoniam per charitatem  
deus manet in nobis, et nos in deo: et Soc facit ibj  
deum nemo vidit unq; si diligamus invicem deus  
in nobis manet. Probat autem istam immansione  
mutuam, primo ex persona spiritus sancti, qui nobis  
comunicat, et dat in charitate ibj. In hoc cognos-  
cimus quoniam in eo manemus, quia de spiritu sanc-  
to dedit nobis. Secundo probat illud ex persona filij  
que conversata nobiscum est in mundo, et hoc facit  
ibj: et nos vidimus. Tertio probat idem ex hoc quod  
est commune toti trinitati, est enim deus charitas et  
amor et Soc facit ibi deus charitas est. §. 6

6. Pars rur-  
sum de virtute  
spej.

In sexta vero parte que incipit In hoc perfecta est  
charitas dei nobiscum, tractat rursus de virtute  
spej, et facit duo, Primo namq; ostendit, q; ex charita-  
te virtus spej orit, et gignit, qui enim sperat sine cha-  
ritate presumit, sed perfecta charitas debet dare spem  
et fiduciam in die iudicij; et Soc facit in principio (in  
Soc



Hoc est perfecta Charitas, ut fiduciam habeamus in die iudicij. Tertio ostendit, q. per Charitatem oppositum spei tollit et excludit, scilicet timor servilis, et hoc facit ibi, timor non est in Charitate. D. 7

In septima autem parte, qua incipit, nos ergo diligamus deum. Rursum tractat de Charitate, et q. eius duo sunt actus, primus potissimus, qui est respectu dei, et secundus annexus, qui est respectu proximi, quorum alter est alteri iunctus et connexus utriusque tria facit. Primo de Charitate tractat quantum ad actum potissimum et primum, qui est amare deum, secundo ibi (si quis dixerit diligo deum, et fratrem suum odent, tractat de Charitate quantum ad actum annexum, qui est amare proximum. et probat amandum esse proximum tripliciter; Primo a maiori ibi qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, et ab auctoritate ibi; (et hoc mandatum habemus a deo; et a Patre, quia nati sumus ex eodem patre per fidem. et hoc facit in principio capituli quinti, omnis qui credit, quoniam Iesus est Christus; arguenter sic; qui diligit genitricem diligit genitum, omnis vero fidelis genitus est a deo, ergo omnis, qui diligit deum diligit fratrem suum. Tertio ibi In hoc cognovimus quoniam diligimus nos, tractat de Charitate quantum ad utrumque actum ostendendo ostendendo connexionem eorum; quia signum est, q. Somo diligit proximum cum diligit deum mandata eius custodiendo, et eorum

7. Pars rursus  
de Charitate

So addit autem remouendo dubium, q mandata  
dei graua non sunt, quod est intelligendum suppo-  
ta charitate, quae grauiora leuia facit et hoc facit  
ibi. Hae est enim charitas dei sanctificatio vestra  
In octaua autem parte, quae incipit ibi, quoniam  
omne, quod natum est ex deo, tractat rursus de fide  
et ponit duas ipsius excellentias, et primo ostendit  
q fides facit mundi contemptorem, per quem con-  
temptum triumphat quilibet fidelis, et vincit mu-  
dum, et sic perfecta mundi uictoria. Ponit autem  
istam conditionem, in principio, quoniam omne  
quod natum est ex deo, vincit mundum. Deinde ap-  
ponit circa hoc rationem ex ipso Christo domino, qui  
est obiectum fidei, dicens, q qui credit Jesum esse fili-  
um dei, et ita credit eius diuinitatem, et tamen sic cre-  
dit ipsum uenisse per aquam, et sanguinem tenendo su-  
am humanitatem, nec solum uenisse in aqua baptis-  
malis, imo in aqua, et sanguine, qua fluxerunt pro  
nobis ex latere ipsius, qui sic itiqz tenet propter amo-  
rem Christi facile contemnit mundum, et per conse-  
quens vincit ipsum. Et hanc rationem deducit ibi  
quis est, qui vincit mundum. Secundo ostendit q fides  
facit hominem certi ueri speculatorem, fidei enim non  
potest subesse falsitas, sicut alijs habitibus intellecti-  
ualibus humanis acquisitis, et hoc facit ibi (et spiritus est  
qui testificat, ubi inducit ad probandum fidei ueritatem  
Primo testimonium datum ab una summa essentia dei  
quae

voluntas ~

3. Pars rur-  
sum de fide

que per opera que nullus hominum unquam fecit manifestissime declaravit se ipsam fuisse in illo homine singulari, et pluribus. Et hoc factum videtur in principio et spiritus est, qui testificat, quoniam eductus est veritas, ubi enim per spiritum accipit communis essentia iuxta illud Joannis. 4. Spiritus est deus. Tertio induat testimonium datum a personarum trinitate a patre quidem, cum ait de coelo. Hic est filius meus dilectus. et a spiritu sancto cum corporali specie descendit sicut columba super eum. et ab ipso et verbo et filio cum ait ego et pater unum sumus. Et hoc factum ibi quoniam tres sunt, qui testimonium dant in coelo. Tertio induat testimonium datum de humana natura, ex effusione aquae et sanguinis et emissionem spiritus in ara crucis, que quidem effusio testatur veritatem humanitatis, nam si fuisset corpus phantasticum non fuisset talis emanatio, et si non habuisset animam, (ut mentitus est Apollinaris) inclinatus capite non emisisset spiritum. Fuit etiam veritas manifestata, quod potuit animam cum voluit et aquam per modum fontis miraculose scaturientis effudit corpore mortuo, quod sine miraculo fieri non potuit. Et hoc factum ibi. Et tres sunt qui testimonium dant in terra. Quartum induat testimonium interuentum experientis. Et conscientis, nam quilibet fidelis considerans testimonium operum virtuosorum, et miraculorum, que nulla unquam creatura fecit, aut facere potuit quod quidem testimonium majus est omnibus testimoniis

115  
rijs quocumque ex hoc ipso concipit testimonium  
consuetas <sup>et</sup> eundem omnibus dicit spiritus sanctus in  
terius, q. Christus est filius dei, et sic quilibet fidelis  
habet testimonium dei in se. et hoc facit ibi (si  
testimonium somnium accipimus. §. 9  
In Nova deinde parte et ultima tractat rursus  
de spe et incipit. et hoc est testimonium, quoniam  
vitam eternam dedit nobis. ostendit autem, quod  
sicut illa quae iam quilibet fidelis tenet per spe  
aut tenere debet. et ponit septem, quilibet enim  
fidelis debet sperare firmiter se obtenturum a deo  
vitam eternam per fructum, et beatam vitam  
nem: et hoc ponit in principio, unde et concludit. haec  
scribo vobis ut sciat, quoniam vitam eternam ha  
bebitis. Secundo debet sperare, quod obtinebit a deo be  
nignam exauditionem omnium petitionum suarum  
et hoc ponit ibi, et hoc est fiducia, quam habemus ad  
deum, quod quocumque petierimus audiet nos. Tertio  
debet sperare a deo, quod habebit fraternam condona  
tionem, si enim pro fratre existente in peccato ora  
uerimus sperare debemus, quod obtinebimus, et dabit  
nobis a deo, et hoc si non sit peccatum ad mortem quod  
post finalem inpenitentiam, quod est peccatum ad mor  
tem orandum non est, si nobis constet aliquem sic peccas  
se. 4<sup>o</sup> debet sperare a deo per felicitatem suam et diti  
tatem ab omni peccato, et a diabolo, et hoc ponit ibi. Sa  
mus quod orans qui natus est ex deo, non peccat, eterna  
lij

9. Pars rursus  
sum de spe.

218

Signus non tangit eum. 5. debet sperare q. a deo ob-  
tinebit mundanam debellacionem; sicut supra dic-  
tum est. q. fides nostra vincit mundum. et hoc facit  
ibi. Scimus quoniam ex des. tunc. et mundus totus  
in maligno positus est. Sexto debet sperare et gratias  
agere deo pro interna illuminatione, et immacu-  
lata religione quam accepit oppositam idololatrie  
et superstitioni simulacrorum et hoc concludit. hic  
est verus deus. Quia q. Berna: filii custodite eos  
a simulacris amen. cap. 43

### DE 2<sup>a</sup> Epistola Boarnis.

Hanc scribit Boarnis cuidam nobili doming que  
nominabat electa. magna auctoritatis, et nobili-  
tatis multo. Habens subditos, quos omnes alebat  
infidei; et ides Apollus ad eam scribit agens de  
tribus virtutibus theologis, sicut in precedenti epis-  
tola. Breuiter tamen, et succinthe

Present igitur canonica diuidit in octo partes, in primam  
quidem continet quendam salutatis amerosa. Unde  
dicit senior electe doming. In secunda continet quendam  
exultatio victoriosa, de profectu et bonafama eius-  
dem doming, et filiorum suorum, unde subdit. gaudis-  
sum ualde. In 3<sup>a</sup> continet quendam exhortatio ver-  
tuosa de impletione mandati antiqui dati a christo  
de charitate, et amore fraterno. Et de impletione  
ceterorum mandatorum, et permanentia infideal

agit etiam de  
tribus uirtutibus  
theologicis. Et  
diuidit in 8  
partes.

1. Pars

2

3

4<sup>a</sup> Pars.

imites audita et ab Apostolis predicata. et hoc fa-  
cit ibi. et nunc rogo te domina. In 4<sup>a</sup> parte con-  
tinetur quaedam consultatio luminosa, clara et vera  
consilium enim, et monet, ut caveat a seductoribus, et  
falsis prophetis et Spretibus nuncijs Antichristi; et hoc  
facit ibi quoniam multi seductores exierunt in  
mundum. et tangit tres rationes, quare ab ipsis  
est cavendum: prima est multitudo, et nequitia  
illorum. et Sane tangit in principio. secunda est  
amissio iam habituum bonorum, quos cito perderet, qui  
ab ipsis non caueret. et Sane tangit ibi. videte vos  
met ipsos ne perdatis, quae operati estis. Tertia est  
adeptio maximorum bonorum, qui enim permanet  
in sana doctrina fidei; et cauent sibi a seditionibus  
Spreticorum. Sabent Patrem, et filium, et deum  
trinum; Sic per fidem et spem, perfectius habituri in  
Patria pervisionem, et rem; et Sane tangit ibi, qui  
permanet in doctrina. In quinta autem parte con-  
tinetur quaedam excommunicatio vigorosa praedictorum  
Spreticorum; unde praecipit non communicare cum  
talibus, neque in domo, neque in salutatione, neque in ver-  
bo; et hoc facit ibi, si quis venit ad vos nolite eum re-  
cipere in domo, neque accipere ei dixeritis. In sexta vero  
parte continetur quaedam re promissio gloriosa et dicit  
se praedixisse quae scripta sunt, ut non confundantur  
sed potius glorientur in die iudicij. et hoc facit ibi. ecce pra-  
dixi vobis. In septima autem parte continetur quaedam  
ex

5

6

7

excusatio. Cum hac quaedam oblatio gaudiosa, nam,  
excusat se de scribendo plura, ubi plura habens scribe  
re uobis. et offert eis suam presentiam cito q. se uenturu  
ad eos. ut gaudium eorum sit plenum ubi. Spero enim  
me futurum apud uos. In octaua autem et ultima  
parte continet quaedam conclusio. Consumatio  
gratiosa unde dicit, Salutant te filia sororis tuae, gra  
tia tecum Amen.

8.

cap. 44

De Tertia Can. Joannis.

nunc accedit tertia Joannis canonica, quam dire  
xit cuidam nomine Gais de eadem materia, quae  
etiam in. 8. partes diuidit. Primo namq. Gaium  
salutat dicens Senior Gais; secundo eius beneuole  
tiam captat reserans sibi, q. pro ipso iugiter orat ubi  
charissime de omnibus orationem facis. Tertio de  
ipso exultat ratione famq. et conuersationis dulco  
ria ubi gaudisus sum ualde. Quarto ipsum de uino  
singulariter scilicet de hospitalitate comendat na  
ipse libenter recipiebat pauperes fratres, qui disuer  
rebant ad perducandum; et hoc facit ubi, Charissime  
fidehiter agis quidquid operaris in fratres. Quinto ip  
sum ad cautelam inducit respectu hereticorum, et  
perique cuiusdam, qui dicebat Diotrephes; unde pre  
cipit sibi ut caveat ab illis; et hoc facit ubi; scripsisse  
forsam ecclesis, sed is qui amat primatum gerere.  
Sexto inuitat ad imitandum respectu bonorum; et ma

Hae epistola est  
de eadem mat  
qua precedens  
et in. 8. etiam  
partes diuidit

Xime cuiusdam boni viri, qui dicebat Demetrius  
et hoc fecit ubi Charissime nobis imitari malum. Se  
quitur. Demetrius testimonium reddit ab ipsa verita  
te. Septimo de ampliori scriptura se excusat ubi  
multa Sabui tibi scribere. 8. et ultimo in saluta  
tione finit epistolam, et consummat dicens Pax tibi  
salutant te amici.

cap. 45  
De epistola Canonica Iudae

